sibili, soli sapienti Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. Quia de Filio magna admodum locutus erat, et quod condemnatos servaret, ne quis putet Patrem hic sua gloria privari, ad illum etiam gloriam refert. Hæc autem omnia et ipsi Filio sunt communia : nam et ipse rex est sæculorum. Si enim sæculorum conditor, quomodo non rex, et immortalis, et invisibilis quoad divinitatem, solusque sapiens ? ipse namque est sapientia Patris. Hæc quoque de Spiritu dicuntur. *Soli* enim *sapienti* dixit, non ad discrimen Filii et Spiritus : apage : verum quia et angeli et homines sapientiam habent, ostendit eum solum proprie sapientem esse, quippe qui sit fons et auctor sapientiæ ; quæcunque autem aliæ creaturæ sapientiam habent, per participationem habent. *Honos* autem et *gloria*, non per verba tantum, verum etiam per opera. Illa enim gratos tantummodo nos ostendit, hæc vero imitatores ipsius efficit, quod majus est. Præterea gloriam in verbis propterea postulat, ut ipsum diligamus, eique attenti simus, ipsique obediamus, adeoque hinc ipsi commodum percipiamus : perinde ac qui solis jubar admiratur, sibimetipsi prodest, quia in lumine gaudet, illoque ad opera utitur : quemadmodum is qui ignorat luminis gloriam, seipsum damno afficit, cum non utitur eo ad operationem.

Vers. 18. *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee.* Cum præceptum dixisset, præceptum autem herile magis sit, subintulit, *Fili Timothee.* Non enim cum auctoritate, inquit, sed ut filio hæc loquor. Dixit autem, *commendo*, ut exactam cautelam indicaret, et quod non sint nostra quæ habemus, sed Dei. Quæ igitur dedit, ista custodire debemus.

Secundum præcedentes in te prophetias. Doctrinæ et sacerdotii dignitas, utpote magna, Dei calculo indiget, ut is qui dignus est, illam suscipiat. Propterea **557** antiquitus a prophetia creabantur sacerdotes, hoc est, a Spiritu sancto : prophetia enim est, præsentia etiam dicere. Hunc ad modum Timotheus ad sacerdotium electus erat. Quoniam vero prophetias multas esse dicit, fortassis et quando in discipulorum numerum primo adsciscebatur, et quando circumcidebatur, et quando eligebatur, omnia cum prophetia fiebant. Ait ergo, *Præcipio tibi juxta præcedentes in te prophetias :* hoc est, ad illas respiciens, et veluti ab eis doctus quid te facere deceat, adhortor te ut digne illis ambules, nec eas dedecore afficias.

Ut milites in illis bonam militiam. Quid præcipio tibi ? *Ut milites in ipsis :* hoc est, ut non transgrediaris leges ipsarum, sed quemadmodum te istæ elegerunt, et ad quod elegerunt, *ut milites bonam militiam.* Est enim et mala militia, quando quis membra sua exhibet arma peccato et impuritati,

Variæ lectiones.

[50] ἀποστερῆσθαι o. [51] φύσεως o. [52] προσαγούσας πρός σε o. [53] εὑρέθη καὶ ἤρθη o. [54] εἰπεῖν σοι τί δεῖ, παρ. o.

Militiæ autem meminit, ut indicet, omnibus esse bellum acre, maxime vero doctori. Proinde cum vigilantem esse decet, neque quidquam laxi ostendere.

VERS. 19. *Habens fidem et bonam conscientiam.* Ne existimes, inquit, quod sufficit tibi cum prophetia sacerdotio fungi, verum oportet te habere fidem, ut verbum recte doceas, bonamque conscientiam, hoc est, vitam irreprehensibilem comparare. Ex hac enim est bona conscientia, ut aliis etiam præsidere possis. Ut enim imperatorem primum oportet bonum esse militem, hunc ad modum doctori convenit, ut ipse habeat ea quæ a discipulis exigit. Hinc autem discamus, etiamsi doctores et præceptores fuerimus, non dedignari neque aspernari superiorum cum judicia tum adhortationes.

Quam quidam repellentes, circa fidem sunt naufragium passi. Quam, bonam conscientiam videlicet. Nec immerito : cum enim vita impura fuerit, dogmata etiam inde perversa nascuntur. Ut enim metu futurorum non torqueantur impure viventes, persuadent sibi omnia nostra vana esse. Porro, qui fidem repulerit, et rationibus omnia permiserit, naufragium facit circa fidem. Fides enim portus est tranquillus, mentem in tranquillitate constituens : quæstiones autem fluctus sunt, mentem tanquam in miserabile naufragium nunc huc, nunc illuc rapientes, petrisque allidentes, vel etiam submergentes.

VERS. 20. *Ex quibus est Hymenæus et Alexander.* Animadvertis quod jam olim fuerint qui perperam docebant, a fide discedentes, rationes et quæstiones sequentes? **558** Ne igitur etiamnum deficias, sicubi ejusmodi conspexeris, sed resiste illis.

Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare. Si alios erudit Satanas, quare se ipse non instituit? Non dixit, ut erudiat, sed, *ut erudiantur.* Non enim ille hoc efficit, sed hoc ex eventu accidit. Ut enim tortores innumeris referti malis, aliis in causa sunt, ut moderate vivant : sic et diabolus. Cur autem istos non per sese Paulus punivit, perinde ac illum Bariesum, et ut Petrus Ananiam? Ut cum atrocitate pœnæ major sit contumelia, atque ut ostendat se Satanæ imperare, atque hinc terribilior evadat. Vel potius, infideles quidem ipsi puniebant, ut discerent se non posse latere. Nam et Ananias incredulus erat, cum adhuc tentaret. Qui vero hoc tandem didicissent, et tum postea aversi essent, Satanæ tradebant, indicantes ipsis quod non suæ ipsorum erant potestatis, sed eorum, apostolorum inquam, vigilantiæ commissi fuerant. Vel quia eos qui emendari volebant, non puniebant ipsi ; incorrigibiles vero ipsi puniebant. Quomodo vero tradebatur Satanæ? Ejiciebatur ex Ecclesia, abjiciebatur a grege,

ἁμαρτίᾳ καὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ. Στρατείας δὲ ἐμνήσθη, ἵνα δηλώσῃ, ὅτι καὶ πᾶσι μὲν πόλεμος σφοδρὸς, μάλιστα δὲ τῷ διδασκάλῳ. Ὥστε δεῖ νήφειν καὶ μηδὲν χαῦνον ἐνδείκνυσθαι.

Ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ἀρκεῖσθαί [55] σοι τὸ μετὰ προφητείας ἱεράσασθαι, ἀλλὰ δεῖ σε ἔχειν πίστιν, ὥστε τὸν λόγον ὀρθοτομεῖν, καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, τουτέστι, πολιτείαν ἀκατάγνωστον κεκτῆσθαι. Ἐκ γὰρ ταύτης ἡ ἀγαθὴ συνείδησις, ἵνα καὶ τῶν ἄλλων δύνασαι προΐστασθαι. Ὡς γὰρ τὸν στρατηγὸν δεῖ πρότερον ἀγαθὸν στρατιώτην εἶναι, οὕτω καὶ τὸν διδάσκαλον δεῖ αὐτὸν ἔχειν, ἃ τοὺς μαθητὰς ἀπαιτεῖ. Ἐντεῦθεν [56] ἐὰν μανθάνωμεν, κἂν διδάσκαλοι ὦμεν, μὴ ἀπαξιοῦν τὰς τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξιώσεις καὶ παραινέσεις.

Ἥν τινες ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἐναυαγησαν. Ἥν, τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν δηλονότι. Εἰκότως· ὅταν γὰρ ὁ βίος ἀκάθαρτος ᾖ, καὶ δόγματα ἐντεῦθεν διεστραμμένα τίκτεται. Ἵνα γὰρ μὴ τῷ φόβῳ τῶν μελλόντων βασανίζωνται [57] οἱ ἀκαθάρτως ζῶντες, πείθουσιν ἑαυτοὺς, ὅτι πάντα τὰ παρ' ἡμῖν ψευδῆ. Καὶ ὁ τὴν πίστιν δὲ ἀπωσάμενος [58], καὶ λογισμοῖς τὸ πᾶν ἐπιτρέψας, ναυαγεῖ περὶ τὴν πίστιν. Ἡ γὰρ πίστις λιμὴν ἄκλυστος, ἐν γαλήνῃ καθιστῶσα τὸν νοῦν· αἱ δὲ ζητήσεις κύματά εἰσι, τὸν νοῦν ὥσπερ εἰς ναυάγιον [59] ἐλεεινὸν ἄλλοτε ἀλλαχοῦ συναρπάζοντα, καὶ πέτραις προσαράττοντα, ἢ καὶ ἀποπνίγοντα.

Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος. Ὁρᾷς πῶς ἐκπαλαι ἦσαν οἱ παραδιδάσκοντες, οἱ τῆς πίστεως ἀπεχόμενοι, λογισμοῖς δὲ καὶ ζητήσεσι κατακολουθοῦντες ; Μὴ τοίνυν καὶ νῦν ἐκλύου, ὅταν τοιούτους βλέπῃς, ἀλλ' ἀνθίστασο.

Οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Ἄλλους παιδεύων ὁ Σατανᾶς, πῶς οὐχ ἑαυτὸν παιδεύει ; Οὐκ εἶπεν, Ἵνα παιδεύσῃ, ἀλλ', *Ἵνα παιδευθῶσιν.* Οὐ γὰρ ἐκεῖνος τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλὰ τοῦτο ἐκβαίνει ἐξ ἀποτελέσματος. Ὥσπερ γὰρ οἱ δήμιοι, μυρίων γέμοντες κακῶν, τοῖς ἄλλοις τοῦ σωφρονεῖν αἴτιοι γίνονται, οὕτω καὶ ὁ διάβολος. Διὰ τί δὲ μὴ δι' ἑαυτοῦ τούτους ὁ Παῦλος ἐκόλασεν, ὥσπερ ἐκεῖνον τὸν Βαριησοῦν, ὡς καὶ Πέτρος Ἀνανίαν ; Ἵνα μετὰ τῆς σφοδρότητος τῆς κολάσεως καὶ ἡ ὕβρις ᾖ μείζων, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ τῷ Σατανᾷ ἐπιτάσσει, καὶ ἐκ τούτου φοβερώτερος ᾖ. Μᾶλλον δὲ τοὺς μὲν ἀπίστους αὐτοὶ ἐκόλαζον, ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐ δύνανται λαθεῖν. Καὶ γὰρ καὶ Ἀνανίας ἄπιστος ἦν, ἔτι πειράζων. Τοὺς δὲ τοῦτο μαθόντας λοιπὸν, εἶτα ἐκτραπέντας, τῷ Σατανᾷ παρεδίδουν, δεικνύντες αὐτοῖς, ὅτι οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ αὐτῶν, τῶν ἀποστόλων φημὶ, συνείχοντο φυλακῇ. Ἢ καὶ ὅτι οὓς μὲν διορθώσασθαι ἠβούλοντο, οὐκ ἐκόλαζον αὐτοὶ, τοὺς δὲ ἀδιορθώτους αὐτοὶ ἐκόλαζον. Πῶς δὲ

Variæ lectiones.

[55] ἀρκεῖν o. [56] ἐνταῦθα o. [57] σωφρονίζωνται o. [58] διαπωσάμενος o. [59] ὥσπερ ναυαγὸν o.

παρεδίδοτο τῷ Σατανᾷ; Ἐξεβάλετο τῆς Ἐκκλησίας, ἀπερρίπτετο τῆς ἀγέλης, καὶ παρεδίδοτο γυμνὸς τῷ λύκῳ. Ὥσπερ γὰρ πάλαι τὴν σκηνὴν ἡ νεφέλη περιεῖτεν, οὕτω καὶ τὴν Χριστοῦ Ἐκκλησίαν τὸ Πνεῦμα. Εἴ τις οὖν ταύτης ἐκτὸς, καὶ τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἐκτὸς, καὶ λοιπὸν ἄθλιος [60] καὶ εὐχείρωτος· τοιοῦτον τὸ τοῦ ἀφορισμοῦ ἐπιτίμιον. Καὶ ὁ Θεὸς δὲ αὐτὸς, νόσοις παραδιδοὺς καὶ κακώσεσι τοὺς ἁμαρτάνοντας, παιδεύει διὰ τούτων. *Κρινόμενοι γὰρ*, φησὶν, *ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα*. Ὅρα δὲ, ὅτι τὸ, λογισμοῖς ζητεῖν τὰ θεῖα, βλασφημεῖν ἐστιν. Ὕβρις γὰρ τοῖς θείοις, τὸ ὑπ' ἀνθρωπίνων λογισμῶν δοκεῖν καταλαμβάνεσθαι.

A tradebaturque nudus lupo. Ut enim olim tabernaculum protexit nubes, ita quoque Christi Ecclesiam Spiritus. Si quis igitur est extra hanc, est etiam extra Spiritum, ac deinceps miser et capta facilis. Hujusmodi supplicium est excommunicatio. Deus etiam ipse, dum morbis et afflictionibus peccatores tradit, erudit per hæc. *Dum judicamur enim*, inquit, *a Domino erudimur* [16]. Animadverte autem, quod rationibus inquirere divina, sit blasphemare. Injuria enim fit divinis rebus, si quis eas humanis rationibus putet comprehendi posse.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων. Πρῶτον πάντων, τουτέστιν, ἐν τῇ καθημερινῇ λατρείᾳ. Καὶ γὰρ ὁ ἱερεὺς, ὥσπερ κοινὸς τῆς οἰκουμένης πατὴρ, ἵσταται πάντων κηδόμενος, ὡς καὶ ὁ Θεὸς ᾧ ἱεράται. Ὅρα δὲ τὴν χάριν ἐκτεταμένην. Αἱ γὰρ Ἰουδαϊκαὶ εὐχαὶ οὐχὶ τοιαῦται. Οὐκ εἶπε δὲ εὐθὺς, *ὑπὲρ βασιλέων*, ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύων [61]· ἀλλὰ πρότερον εἰπὼν, *ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων*, τότε ἐπήγαγεν, *ὑπὲρ βασιλέων*. Κἂν γὰρ ἄπιστοι ὦσιν οἱ βασιλεῖς, εὔχεσθαι δεῖ· ἐπεὶ τότε τοιοῦτοι ἦσαν. Δύο δὲ τὰ ἀγαθὰ γίνεται ἐκ τοῦ ὑπὲρ πάντων εὔχεσθαι ἡμᾶς, ἢτε ἔχθρα καταλύεται, ἣν ἔχομεν πρός τινας· οὐδεὶς γὰρ δύναται ἀπεχθῶς ἔχειν πρὸς τοῦτον [62], ὑπὲρ οὗ δεήσεις ποιεῖται· καὶ ἔτι αὐτοὶ [63] βελτίους γίνονται, τῷ τε τῆς κακίας μετεβάλλεσθαι διὰ τῆς τῶν εὐχῶν συνεργείας, καὶ τῷ μηκέτι ἐκθηριοῦσθαι πρὸς ἡμᾶς. Ἥλικον γὰρ ἦν τὸ τοὺς διώκοντας, τοὺς κατακόπτοντας ἀκούειν, ὅτι οἱ ὑπ' αὐτῶν κατακοπτόμενοι ὑπὲρ αὐτῶν εὔχονται; *Δέησις* δὲ καὶ *προσευχὴ*, καὶ *ἔντευξις*, ὡς τὸ αὐτὸ σημαίνοντα παρειλήφθησαν τῷ Ἀποστόλῳ δι' ἐνάργειαν [64], τῇ ἐπιμονῇ τῶν λέξεων ἀπαιτοῦντι ἀπαραιτήτως ποιεῖν τοῦτο ὃ παραινεῖ. Τινὲς δὲ διαφορὰν αὐτῶν περιειργάσαντο, δέησιν μὲν εἰπόντες εἶναι ἱκετηρίαν προσφερομένην ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τινων λυπηρῶν [65]· προσευχὴν δὲ, αἴτησιν ἀγαθῶν· ἔντευξιν δὲ, κατηγορίαν τῶν ἀσεβούντων, ἢ ἀδικούντων, ἢ ἀδιορθώτων. Σκόπει δὲ ὅπως καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς ἄλλους [66] γινομένων ἀγαθῶν εὐχαριστεῖν κελευόμεθα, ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ὅτι πάντας ἐμπιπλᾷ τῶν ἑαυτοῦ ἀγαθῶν, καὶ τοὺς ἀπίστους, καὶ τοὺς βλασφήμους. Ἐκ τούτου δὲ εἰς φιλαδελφίαν συγκολλώμεθα καὶ ἑνούμεθα. Ὁ γὰρ εὐχαριστῶν ὑπὲρ τῶν τοῦ πέλας ἀγαθῶν, ἀναγκάζεται καὶ φιλεῖν αὐτόν [67]. Πολλῷ οὖν μᾶλλον ὑπὲρ τῶν εἰς [68] ἡμᾶς γινομένων εὐχαριστεῖν δεῖ.

CAPUT II.

B Vers. 1. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate constituti sunt.* Primum omnium, id est, in quotidiano cultu. Etenim sacerdos veluti communis orbis terrarum pater, consistit omnium curam gerens, perinde ac Deus, cui sacerdotio fungitur. Observa autem hic gratiam late patentem : nam Judæorum preces ejusmodi non sunt. Non statim autem dixit, *pro regibus*, ne adulari videatur ; sed cum prius dixisset, *pro omnibus hominibus*, tunc subjunxit, *pro regibus*. Etiamsi enim infideles fuerint reges, pro ipsis tamen orandum : tunc enim tales erant. Duo autem ista bona oriuntur **559** ex eo quod pro cunctis mortalibus intercedimus : inimicitia dissolvitur, C quæ nobis cum aliis est ; nemo enim potest hostili animo esse adversus eum pro quo preces ad Deum fundit ; ad hæc, meliores ipsi redduntur, et quod a vitiis auxilio precum nostrarum transferuntur, et quod non amplius erga nos efferantur. Quanta enim res esset, ut ii qui persequebantur et cædebant, eos quos ipsi torquebant, pro ipsis orantes audirent ? *Obsecratio* autem, et *oratio*, et *postulatio*, ceu idem significantia ab Apostolo ob perspicuitatem assumpta sunt, utpote qui istiusmodi verbis immorando efflagitat, ut id ad quod hortatur, sine recusatione præstarent. Nonnulli autem inter hæc discrimen curiose fecerunt, asserentes, obsecrationem esse supplicationem quæ offertur pro liberatione a rebus tristibus : orationem vero petitionem D esse bonorum : postulationem vero, accusationem impie agentium, injuriam inferentium, vel qui sint incorrigibiles. Contemplare autem quomodo et gratias agere jubemur pro beneficiis in alios collatis, quod solem suum oriri faciat super bonos et malos, quod omnes bonis suis impleat, et infideles et blasphemos. Ex hoc autem in fraterna charitate conglutinamur et unimur. Qui enim gratias agit pro proximi bonis, ipsum etiam amare cogitur. Multo igitur magis pro beneficiis in nos collatis gratias agere oportet.

[16] I Cor. XII, 32.

Variæ lectiones.

[60] ἄλλοις εὐχείρωτος o. [61] κολακεύειν o. [62] τοιοῦτον o. [63] ἐκεῖνοι, καὶ, αὐτοὶ ἐκεῖνοι o. [64] ἐνέργειαν o. [65] δυσχερῶν o. [66] ἀλλήλους o. [67] οὐκ ἀναγκάζεται καὶ φιλεῖν αὐτὸν o. [68] πρὸς o.

VERS. 2. *Ut tranquillam et quietam vitam agamus.* Quia verisimile erat Christiani animum turbari, siquidem mysteriorum tempore pro infidelibus regibus orare jubetur, lucrum apponit, ut ita saltem adhortationem recipiamus. Illorum salus, inquit, nostra est tranquillitas : bellum enim gerunt, ut nos extra metum simus. Quomodo igitur non iniquum est, illos pro nostra securitate pericula subire, nos vero ne labia quidem aperire ut pro ipsis interpellemus?

In omni pietate et castitate. Hoc adjecit, quod cessatio a bellis plerisque deliciarum et injuriæ occasio fiat, ex quibus prava etiam dogmata nascuntur. *Ut* igitur *vivamus*, inquit, non in deliciis aut injuria, sed *in omni pietate :* omni, inquam, non ea solum quæ est in dogmatibus, verum ea etiam quæ est in vita (est enim et in vita impietas, ut cum ait, *Deum confitentur se nosse, factis autem negant* [17]), vel quæ purissima est et ab omnibus hæresibus disjuncta. Similiter et *in* omni *castitate*, non solum a lascivia abstinendo, sed in omni virtute. Oportet igitur nos pacem habentes cum iis qui foris sunt, in anima pariter esse pacatos, viventes in omni pietate et castitate : tum enim vere tranquillam et quietam vitam duceremus. **560** Tria enim sunt bellorum genera : unum quod a barbaris, alterum quod privatim adversum nos geritur ab his qui nobis infensi sunt, tertium quod intra nos ex pravis motibus excitatur. Bellum certe quidem a barbaris illatum regum industria sedat, quibus et nos orationibus succurrere opus est ; reliqua autem duo nos ipsi sedare debemus, hoc sane quod ab osoribus nostris nobis infertur, mansuetudine atque orationibus nostris afflictiones compensando : *Cum his* enim, inquit, *qui oderunt pacem, eram pacificus* [18] ; et : *Detrahebant mihi, ego autem orabam* [19] ; illud vero quod in nobis ipsis est, per omnia justitiæ arma.

VERS. 3. *Hoc enim bonum et acceptum est coram Servatore nostro Deo. Hoc*, quale? Orare pro omnibus, et Græcis et hæreticis. Et natura quidem bonum est : omnes enim ejusdem sumus naturæ conservos : atque ipsi Deo gratum est.

VERS 4. *Qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* Si omnes homines ille vult servari, velis et tu, atque imitare Deum : si autem vis, ora. At si ipse hoc vult, dicet aliquis, quid opus est meis precibus? Imo plurimum hoc ipsis commodat, siquidem ad charitatem eos trahit, teque rursus efferari non permittit. Rursus hinc verisimile est eos etiam ad fidem adduci. Salutem enim quæ ex fide est, intellige. *Et ad agnitionem veritatis*, hoc est, fidei in ipsum : sola enim ista est veritas.

VERS. 5. *Unus enim Deus, unus et mediator Dei*

Ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν. Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν τὴν τοῦ Χριστιανοῦ ψυχὴν ταράττεσθαι, εἴγε κελεύεται ἐν τῷ τῶν μυστηρίων καιρῷ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἀπίστων βασιλέων, προστίθησι τὸ κέρδος, ἵνα κἂν οὕτω δεξώμεθα τὴν παραίνεσιν. Ἡ ἐκείνων, φησὶ, σωτηρία, ἡμῶν ἐστιν ἀμεριμνία· στρατεύονται γὰρ ἵν' ἡμεῖς ἐν ἀδείᾳ [69] ὦμεν. Πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, ἐκείνους μὲν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἀσφαλείας [70] κινδυνεύειν, ἡμᾶς δὲ μηδὲ τὰ χείλη διαίρειν ὑπὲρ αὐτῶν εὐχομένους ;

Ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τοῦτο δὲ προσέθηκεν, ἐπειδὴ πολλοὶ ἡ ἀπὸ τῶν πολέμων ἠρεμία τρυφῆς καὶ ὕβρεως ὑπόθεσις γίνεται, ἐξ ὧν καὶ δόγματα πονηρὰ τίκτεται. *Ἵνα* οὖν *διάγωμεν*, φησὶν, οὐκ ἐν τρυφῇ καὶ ὕβρει, ἀλλ' *ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ* · πάσῃ, μὴ μόνον τῇ τῶν δογμάτων, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου (ἔστι γὰρ καὶ διὰ τοῦ βίου ἀσέβεια, ὡς ὅταν λέγῃ, *Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται*) · ἢ καὶ τῇ καθαρωτάτῃ καὶ πασῶν [71] τῶν αἱρέσεων ἀπῳκισμένῃ. Ὡσαύτως καὶ *ἐν πάσῃ σεμνότητι*, μὴ μόνῃ τῇ ἀποχῇ τῆς ἀσελγείας, ἀλλὰ πάσῃ ἀρετῇ. Δεῖ οὖν ἡμᾶς εἰρηνεύοντας ἀπὸ τῶν ἔξω, εἰρηνεύειν καὶ κατὰ ψυχὴν, διάγοντας ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι· τότε γὰρ ὄντως ἔχοιμεν ἂν ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον. Τρεῖς γὰρ εἰσι πόλεμοι· ὅ τε βαρβαρικὸς, καὶ ὁ ἐκ τῶν ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθανομένων ἐπαγόμενος ἡμῖν, καὶ ὁ ἔνδον ἐκ τῶν παθῶν ἐπεγειρόμενος. Τὸν μὲν οὖν βαρβαρικὸν πόλεμον ἡ τῶν βασιλέων δραστηριότης παυει, οἷς δεῖ καὶ ἡμᾶς συνεργεῖν διὰ τῶν εὐχῶν · τοὺς δὲ λοιποὺς δύο ἡμεῖς αὐτοὶ παύειν ὀφείλομεν, τὸν μὲν ἐκ τῶν μισούντων ἡμᾶς, τῇ πραῢθυμίᾳ [72] καὶ τῷ εὐχαῖς ἀμείβεσθαι τὰς θλίψεις · *Μετὰ τῶν μισούντων* γὰρ, φησὶ, *τὴν εἰρήνην, ἤμην εἰρηνικός* · καὶ, *Ἐνδιέβαλόν με, ἐγὼ δὲ προσευχόμην* · τὸν δὲ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, διὰ πάντων τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης.

Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ. Τοῦτο ποῖον ; Τὸ εὔχεσθαι ὑπὲρ πάντων, καὶ Ἑλλήνων καὶ αἱρετικῶν. Καὶ τῇ φύσει ἐστὶ καλόν · πάντες γὰρ τῆς αὐτῆς φύσεως κοινωνοῦμεν· καὶ τῷ Θεῷ δὲ ἀποδεκτόν.

Ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Εἰ πάντας ἀνθρώπους θέλῃ σωθῆναι ἐκεῖνος, θέλε καὶ σὺ, καὶ μιμοῦ τὸν Θεόν · εἰ δὲ θέλεις, εὔχου. Εἰ τοίνυν αὐτὸς θέλῃ, φησὶ, τί δεῖ τῶν παρ' ἐμοῦ εὐχῶν ; Μεγάλως τοῦτο ἐκείνοις συμβάλλεται · πρὸς ἀγάπην γὰρ αὐτοὺς ἕλκει, καί σε πάλιν οὐκ ἀφίησιν ἐκτεθηριῶσθαι · ἐντεῦθεν δὲ πάλιν εἰκός ἐστιν ἐκείνους ὑπαχθῆναι εἰς τὴν πίστιν · σωτηρίαν γὰρ τὴν τῆς πίστεως νόει. *Καὶ εἰς ἐπίγνωσιν δὲ ἀληθείας*, τουτέστι, τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως· μόνη γὰρ αὕτη ἀλήθεια.

Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀν-

[17] Tit. I, 15. [18] Psal. cxix, 6. [19] Psal. cviii, 2.

Variæ lectiones.

[69] ἀμεριμνίᾳ O. [70] σωτηρίας O. [71] καθαρότητι πᾶ. O. [72] πραῢπαθείᾳ O.

θρώπων ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός. Εἰπὼν ὅτι θέλει πάντας σωθῆναι, κατασκευάζει τοῦτο, καί φησιν, ὅτι διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ μεσίτην πέπομφεν, ἵνα ἀποκαταλλάξῃ ἐκεῖνος αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις. Πῶς οὖν οὐκ ἐσώθησαν πάντες; Ὅτι οὐ θέλουσιν. Εἰπὼν δὲ, εἷς *Θεὸς*, οὐ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦτο εἶπε τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τῶν εἰδώλων. Ὅτι γὰρ Θεός ἐστι, δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ μεσίτης εἶναι. Ὁ γὰρ μεσίτης δύο τινῶν ἐστι μέσος [73], καὶ ἀμφοτέροις ὀφείλει κοινωνεῖν [74]. Ἐπεὶ γοῦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτης, ἀμφοτέρων μετέχει, καὶ Θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος, δύο φύσεις ὁ αὐτὸς, οὔτε Θεὸς γυμνός· οὐ γὰρ ἂν παρεδέξαντο αὐτὸν, οἷς ἔμελλε μεσιτεύειν· οὔτε ἄνθρωπος ψιλός· ἔδει γὰρ τῷ Θεῷ διαλέγεσθαι. Οὐκ εἶπε δὲ φανερῶς καὶ περὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ πολυθεΐα τότε ἐκράτει, καὶ ἵνα μὴ νομισθῇ καὶ αὐτὸς πολλοὺς θεοὺς παρεισάγειν· ὅπουγε οὐδὲ τὸ, εἷς καὶ εἷς, ὅταν λέγηται, προσήκει συντιθέναι, καὶ λέγειν δύο, ἀλλ', εἷς καὶ εἷς· τοσαύτη γὰρ ἡ εὐλάβεια τῆς Γραφῆς. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐμνήσθη οὐδὲ τοῦ Πνεύματος, ἵνα μὴ δόξῃ πολύθεος εἶναι.

et hominum homo Jesus Christus. Cum dixisset Deum omnes velle salvos fieri, hoc jam confirmat, inquiens : Propter hoc enim vel Filium suum mediatorem misit, ut reconciliet ille seipsum hominibus. Quare igitur non servati sunt omnes? Quia nolunt. Porro, cum ait, *unus Deus*, non ad differenrentiam Filii dixit hoc, sed idolorum. Quod enim Deus sit, vel inde liquet, quod mediator sit : mediator enim duorum quorumdam medium est, ac utriusque debet esse particeps. Quia igitur Filius Dei et hominum mediator est, amborum est particeps, quippe qui Deus sit et homo, idemque duæ naturæ : neque Deus nudus; non enim suscepissent eum inter quos debebat esse mediator : neque homo nudus et simplex ; apud Deum enim causa agenda erat. Non dixit autem manifeste de divinitate Christi, quoniam deorum multorum cultus tunc temporis obtinebat, et ne ipse existimetur deorum multitudinem inducere : siquidem, unus et unus cum dicatur, non oportet conjungere, et dicere duos, sed unus et unus : tanta enim est Scripturæ cautela. Illinc neque **561** Spiritus meminit, ne videatur multorum deorum cultor.

Ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. Καὶ Ἑλλήνων. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων, σὺ δὲ εὔξασθαι οὐκ ἀνέχῃ; Ὅρα δὲ τὸ, *δοὺς ἑαυτόν.* Κατὰ Ἀρειανῶν γὰρ τοῦτο, τῶν λεγόντων ὅτι ἄκων παρεδόθη. Τί δέ ἐστιν *ἀντίλυτρον;* Ἔνοχος ἦν ἡ φύσις, ὥστε ἀπολέσθαι, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνης ἑαυτὸν ἔδωκε

VERS. 6. *Qui dedit seipsum pretium redemptionis pro omnibus.* Etiam pro gentibus. Certe quidem ille pro omnibus mortuus est, tu vero orare non sustines? Observa autem istud : *qui dedit seipsum.* Adversus enim Arianos hoc facit, qui affirmant, quod invitus sit traditus. Quid vero est, *pretium redemptionis?* Natura erat obnoxia interitui, is vero pro illa seipsum dedit.

Τὸ μαρτύριον. Τουτέστι, διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο ὁ Υἱὸς ἀντίλυτρον. Ἢ [75] ἑρμηνεύων τοῦτο, φησὶ νῦν, ὅτι Ἀντίλυτρον τὸ μαρτύριον λέγω, τουτέστι, τὸ πάθος. Ἦλθε γὰρ μαρτυρήσων τῇ ἀληθείᾳ μέχρι θανάτου· καὶ γὰρ αὐτὸς τὸν Πατέρα ἐφανέρωσε, καὶ τὸ ἀληθὲς δόγμα, καὶ τὸν ἀληθῆ καὶ ἀγγελικὸν [76] βίον αὐτὸς εἰσηγήσατο.

Testimonium. Hoc est, per testimonium Filius factus est pretium redemptionis. Vel interpretans hoc, dicit nunc : Redemptionis pretium, testimonium sive martyrium dico, hoc est, passionem. Venit enim testimonium dicturus veritati adusque mortem ; etenim ipse Patrem manifestavit, veramque doctrinam et veram atque angelicam vitam ipse introduxit.

Καιροῖς ἰδίοις. Τουτέστι, τοῖς προσήκουσιν.

Temporibus suis. Id est, convenientibus.

Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος. Εἰς ὃ μαρτύριον ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ, ὥστε κηρύττειν αὐτὸ, τουτέστι, τὸν σταυρὸν καὶ [77] τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς κήρυξ, ὥστε ἐν ἑνὶ τόπῳ μόνον κηρύττειν, ἀλλὰ καὶ ἀπόστολος, ὥστε παντοχοῦ περιϊέναι. Καὶ ἄλλως δὲ, μέγα τὸ τοῦ ἀποστόλου ἀξίωμα, καὶ διὰ τοῦτο ἀντιποιεῖται τούτου.

VERS. 7. *Ad quod positus sum ego præco et apostolus.* Ad quod testimonium positus sum ego præco, ut prædicem illud, hoc est, crucem et mortem Christi. Nec simpliciter præco, ut in uno loco tantum prædicem, verum etiam apostolus, ut quocunque circumeam. Porro, magna est apostoli dignitas, ideoque hanc sibi vendicat.

Ἀλήθειαν λέγω, οὐ ψεύδομαι, διδάσκαλος ἐθνῶν. Τὸ ἀξιόπιστον τῷ λόγῳ περιποιεῖται. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἄλλοι ἀπόστολοι πρὸς τοῦτο ἀπενάρκων, ἅμα μὲν ὡς βδελυσσόμενοι τὰ ἔθνη, ἅμα δὲ ὡς οὐ παραδεχόμενοι [78]· Αὐτὸς, φησὶ, λοιπὸν [79] ἀφωρίσθην ἐθνῶν διδάσκαλος. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἐθνῶν ἀπέθανε [80], κἀγὼ αὐτῶν εἰμι διδάσκαλος, σὺ μὴ κατοκνήσῃς ὑπὲρ αὐτῶν εὔχεσθαι.

Veritatem dico, non mentior, doctor gentium. Auctoritatem et fidem verbo suo conciliat. Quia enim alii apostoli ad hoc officium torpebant, partim quod exsecrarentur gentes, partim vero quod eas non susciperent : Ego, inquit, tandem segregatus sum doctor gentium. Si igitur et Filius Dei pro gentibus mortuus est, egoque ipsarum sum præceptor ac doctor, tu ne pigriteris pro eis orare.

Variæ lectiones.

[73] μεσίτης ο. [74] ἀναφέρειν ο. [75] καὶ ο. [76] εὐαγγελικὸν ο. [77] σταυρὸν, ἤγουν τὰ πάθη, καὶ m. [78] παραδεχθησόμενοι ο. [79] ἀληθῶς ο. [80] ἔπαθε ο.

In fide et veritate. Animadverte rursus, *in fide.* Non in syllogismis, inquit, aut logicis demonstrationibus, verum in fide. Deinde, ne existimes imposturam esse hanc rem, subintulit, *in veritate.* Non enim, inquit, mendacium est id quod in fide docetur atque traditur, sed in veritate traditur.

A Ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ.. Ὅρα πάλιν τὸ, *ἐν πίστει.* Οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, φησὶν, ἢ λογικαῖς ἀποδείξεσιν, ἀλλ' ἐν πίστει. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ἀπάτη τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ἐπήγαγε τὸ, *ἐν ἀληθείᾳ.* Οὐκ ἔστι γὰρ, φησὶ, ψεῦδος τὸ ἐν πίστει διδασκόμενον καὶ παραδιδόμενον, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ παραδίδοται.

Vers. 8. *Volo ergo viros orare in omni loco.* Qui igitur Christus in omni loco orare prohibet? dehortatur enim ne in plateis isthuc faciant, et in cubiculum ingredi jubet [80]. Atqui Christus non vetuit in omni loco orare, verum ex abundanti docens ne isthuc faciant ad ostentationem, cubiculi meminit, perinde atque cum dicit : *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera :* non de manibus hoc dicit, sed modis omnibus docet in eleemosynis faciendis vitandam esse vanam gloriam. Propterea B et Paulus **562** in omni loco vult orare viros, tanquam Christus hoc non prohibuerit. Istud autem dixit ad distinctionem Judaicæ orationis : illa enim in uno loco circumscripta erat, templo videlicet, quod erat Hierosolymis. Nobiscum autem non sic agitur : gratia enim incircumscripta est, ac quemadmodum Christianus pro cunctis orat, sic et in omni loco.

Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ. Πῶς οὖν ὁ Χριστὸς κωλύει τὸ ἐν παντὶ τόπῳ εὔχεσθαι; καὶ γὰρ ἀποτρέπει τὸ ἐν ταῖς πλατείαις τοῦτο ποιεῖν, καὶ εἰς τὸ ταμεῖον εἰσέρχεσθαι κελεύει. Οὔτε γοῦν ὁ Χριστὸς ἐκώλυσε τὸ ἐν παντὶ τόπῳ εὔχεσθαι, ἀλλ' ἐκ περιουσίας διδάσκων μὴ πρὸς ἐπίδειξιν τοῦτο ποιεῖν, ταμείου ἐμνήσθη· ὥσπερ καὶ ὅταν λέγῃ· *Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά τί ποιεῖ ἡ δεξιά,* οὐ περὶ χειρῶν λέγει, ἀλλὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ἀκενοδόξως ἐλεεῖν παρίστησι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος βούλεται τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ προσεύχεσθαι, ὡς τοῦ Χριστοῦ μὴ τοῦτο κωλύσαντος. Τοῦτο δὲ εἶπε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς Ἰουδαϊκῆς εὐχῆς. Ἐκείνη γὰρ ἐν ἑνὶ περιώριστο τόπῳ, τῷ ναῷ δηλαδὴ τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν οὐχ οὕτως· ἡ χάρις γὰρ ἀπεριόριστος, καὶ ὥσπερ ὑπὲρ πάντων ὁ Χριστιανὸς εὔχεται, οὕτω καὶ ἐν παντὶ τόπῳ.

Levantes puras manus. Non locum orationis, sed modum exacte cognosci oportet. Puras enim manus exigit, id est, mundas ab avaritia, a rapina, a cædibus, a verberibus, eleemosyna plenas.

Ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας. Οὐ τὸν τόπον τῆς εὐχῆς, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἀκριβοῦσθαι δεῖ. Ὁσίους γὰρ χεῖρας ἀπαιτεῖ, τουτέστι, καθαρὰς ἀπὸ πλεονεξίας, ἀπὸ ἁρπαγῆς, ἀπὸ φόνων, ἀπὸ πληγῶν, ἐλεημοσύνην [81] βρυούσας.

Sine ira et disceptatione. Hoc est, absque injuriarum recordatione et commotione adversus fratrem. Disceptationem autem hæsitationem vocat : hoc est, ut non dubitanter et cum hæsitatione accedas, sed credens, et non judicans, hoc est, ambigens an accepturus sis an non, quæ petis. At quomodo hoc fiet? inquit. Si nihil ipsius voluntati contrarium petas, si nihil rege indignum, sed omnia spiritualia, si cum sanctis ac puris manibus et sine ira.

C Χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Τουτέστι, χωρὶς μνησικακίας καὶ ἐμπαθείας τῆς πρὸς τὸν ἀδελφόν. Διαλογισμὸν δὲ τὴν ἀμφιβολίαν φησί· τουτέστιν, ἵνα μὴ ἀμφιβόλως καὶ μετὰ δισταγμοῦ προσέρχῃ, ἀλλὰ πιστεύων καὶ μὴ διακρινόμενος, τουτέστιν, ἀμφιβάλλων ὅτι ἢ λήψῃ, ἢ οὐ λήψῃ, ἃ αἰτεῖς. Πῶς οὖν ἔσται τοῦτο; φησίν. Ἂν μηδὲν αἰτῇς ἐναντίον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, ἂν μηδὲν ἀνάξιον τοῦ βασιλέως [82], ἀλλὰ πάντα πνευματικὰ, ἂν μετὰ ὁσίων χειρῶν καὶ χωρὶς ὀργῆς.

Vers. 9. *Similiter et mulieres.* Volo, inquit, et ipsas sine ira et disceptatione sanctas manus attollere, et non rapaces, non avaras. Cum enim maritum cogit uxor gemmas ei et ornamenta aurea comparare, ille autem aliena rapit, ipsa omnino rapit.

Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας. Βούλομαι, φησὶ, καὶ αὐτὰς χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ ὁσίους χεῖρας αἴρειν [83], καὶ μὴ διαρπαζούσας, μὴ πλεονεκτούσας. Ὅταν γὰρ τὸν ἄνδρα ἀναγκάζῃ ἡ γυνὴ λίθους; αὐτῇ πορίζειν καὶ χρυσία [84], ὁ δὲ πλεονεκτῇ [85], αὐτὴ πάν-
D τως ἁρπάζει.

In habitu honesto, cum verecundia et sobrietate ornare seipsas. Majus et eximium quiddam a mulieribus postulat, nempe ut vestiantur honeste, et non curiose : hoc enim est inhonestum. Κατάστολὴν autem habitum longiorem dicit, hoc est, ut undique vestiantur et contegantur, et ne impudenter detegantur. Infert enim, *cum verecundia et sobrietate.*

Ἐν καταστολῇ κοσμίᾳ, μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς. Πλέον τι παρὰ τῶν γυναικῶν ἀπαιτεῖ, τὸ ἐστολίσθαι κοσμίως, καὶ μὴ περιέργως· ἀκοσμία γὰρ ἐκεῖνο. Καταστολὴν δὲ λέγει τὸ πάντοθεν περιεσταλῆναι καὶ συγκεκαλύφθαι, ἀλλὰ μὴ ἀνακεκαλύφθαι ἀναισχύντως. Ἐπάγει γὰρ, *μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης.*

Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa. Venit enim ut oret, non ut tripu-

Μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. Προσεύχεσθαι γὰρ ἔρχεται [86],

[80] Matth. VI, 5.

Variæ lectiones.

[81] ἐλεημοσύνη o. [82] τῆς βασιλείας o. [83] ἔχειν o. [84] ἀργύρια o. [85] -κτεῖ o. [86] προσεύξασθαι γὰρ δέχεσθε o.

οὐ χορεῦσαι. Πῶς οὖν ἐμπλέγματα περινοεῖς τῇ κεφαλῇ, βοστρύχους πλέκουσα, καὶ μαργαρίτας τοὺς μὲν ἐξαρτῶσα, τοὺς δὲ περικειμένη, τοὺς δὲ ὑποδουμένη, ὃ καὶ ἐσχάτη ὕβρις; καὶ ταῦτα ἀπὸ δακρύων πενήτων καὶ χηρῶν καὶ ὀρφανῶν; Στερεῖς τὴν χήραν τοῦ ῥάκους, ἵνα σὺ πατῇς μαργαρίτας! Ἆρα οὖν οὐ μεγάλη ἡ ἀνεξικακία τοῦ Θεοῦ; Αἰτησομένη ἦλθες ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ὥσπερ εἰς θυμέλλην εἰσιοῦσα, οὕτω σεαυτὴν καλλωπίζεις! Καλή γε αὕτη ἡ κατάνυξις· πάνυγε ἐπακούσεταί σου ὁ Θεὸς, τὰ δάκρυα τῶν πενήτων περικειμένης. Εἰ δὲ ἃ πλούτου μόνου ἐστὶ τεκμήρια κωλύει Παῦλος, πολλῷ μᾶλλον ἃ περιεργείας ἐστὶν, οἷον ἐπιτρίμματα παρειῶν, ὑπογραφὰς ὀφθαλμῶν, φωνὴν διακεκλασμένην, ὄμμα ὑγρὸν, καὶ τἄλλα.

A diet. Quomodo igitur plicaturas adhibes capiti, cæsariem nimirum plicans, et margaritas alias quidem suspendens, alias corpori tuo circumponens, alias vero calceamentis accommodans, quæ est extrema injuria? idque ex lacrymis pauperum, viduarum et orphanorum? Privas viduam rudi veste, ut tu pedibus calces margaritas! Nonne igitur magna Dei tolerantia? Venisti petitura remissionem peccatorum, ac tanquam scenam sis ingressura, ita te exornas! Bella sane est hæc compunctio, teque omnino exaudiet Deus, quæ pauperum lacrymis es amicta. Porro, si quæ divitiarum tantum sunt indicia, prohibet Paulus, multo magis quæ curiositatis sunt, ut infectiones genarum, et **563** picturas oculorum, vocem infractam, oculum lubricum, idque genus alia.

B

Ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, δι' ἔργων ἀγαθῶν. Ἀλλὰ κοσμεῖν ἑαυτὰς δι' ἔργων ἀγαθῶν· εἶτα διὰ μέσου, Τοῦτο γὰρ πρέπει γυναιξὶ Χριστιαναῖς ταῖς τὸν ἀληθινὸν[87] Θεὸν σεβομέναις. Ἢ καὶ ἄλλως· ἐπειδὴ ἔστι διὰ λόγων ἐπαγγέλλεσθαι εὐσέβειαν[88], προσέθηκε τὸ, *δι' ἔργων ἀγαθῶν.*

Vers. 10. *Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem, per opera bona.* Sed ornare se per opera bona: deinde interseri: Hoc enim decet Christianas mulieres, quæ verum Deum colunt. Vel aliter: quia fieri potest ut aliquis verbis promittat pietatem, adjecit, *per opera bona.*

Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω, ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Οὐ μόνον μέχρι σχημάτων καὶ καταστολῆς κοσμία ἔστω ἡ γυνὴ, ἀλλὰ καὶ μέχρι φωνῆς. Μὴ[89] ψθεγγέσθω γὰρ, φησὶ, μηδὲ περὶ πνευματικῶν, ἀλλὰ μανθανέτω μόνον. Τοῦτο δὲ αὐτῇ ἔσται μᾶλλον, ἐὰν ἡσυχάσῃ.

Vers. 11. *Mulier in silentio discat, cum omni subjectione.* Non solum ad habitum usque et vestitum ornata sit mulier, verum etiam usque ad vocem. Non enim loquatur, inquit, ne de spiritualibus quidem; cæterum discat tantummodo: hoc autem ipsi potius eveniet, si quieta fuerit.

C

Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Πᾶσαν ἀφορμὴν λαλιᾶς περιεῖλε τῇ γυναικί. Ἐπειδὴ γὰρ σιγᾷν παρήγγειλεν, ἵνα μὴ προφάσει εὐλόγῳ τοῦ διδάσκειν[90] λαλοῖεν, Μὴ διδασκέτωσαν, φησὶ· τοῦτο γὰρ αὐταῖς αὐθεντεῖν ἐστι καὶ ἐξουσιάζειν τοῦ ἀνδρός. Ἀλλὰ μὴν ἡ γυνὴ ὑποτάττεσθαι ἐκελεύσθη. *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου* γὰρ, φησὶν, *ἡ ἀποστροφή σου.* Ὥστε ἡσυχάζειν αὐτῇ προσήκει. Διὰ γὰρ τῆς σιγῆς μάλιστα τὴν ὑποταγὴν δείξει. Ἴσθι δὲ ὅτι οὐχ ἁπλῶς διδάσκειν κωλύει τὴν γυναῖκα, ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ· ἰδίᾳ γὰρ οὐ κεκώλυται[91], ἐπεὶ καὶ ἡ Πρίσκιλλα τὸν Ἀπολλὼ κατήχησε, καὶ ἡ πιστὴ γυνὴ τὸν ἄνδρα κατηχεῖ.

Vers. 12. *Mulieri autem docere non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.* Omnem loquendi occasionem ademit feminæ. Postquam enim tacere præcepit, ne commodo prætextu docendi loquantur, Ne doceant, inquit: hoc enim est ipsas auctoritatem in maritum habere. Atqui mulieri obedire atque subdi mandatum est. *Ad virum tuum* enim, inquit, *conversio tua*[91]. Proinde decet eam esse tranquillam ac tacitam. Per silentium enim maxime subjectionem monstrabit. Noveris autem quod non simpliciter mulierem docere prohibet, sed in ecclesia: privatim enim non prohibetur; quandoquidem Prisca Apollinem instituerit, et fidelis mulier infidelem virum instituit.

Ἀδὰμ γὰρ πρῶτον ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα. Ἐπειδὴ, φησὶ, τῶν πρωτείων ἀπέλαυσε τὸ γένος τῶν ἀνδρῶν ἐν τῇ πλάσει, δευτέρα δὲ ἐπιπλάσθη ἡ Εὔα, ὀφείλουσι λοιπὸν καὶ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες τὰ δευτερεῖα ἔχειν τῶν ἀνδρῶν, καὶ ὑποτάττεσθαι. Ὃ γὰρ τότε περὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν συνέβη, τοῦ παντὸς γένους τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν γυναικῶν ἐγένετο.

D

Vers. 13. *Adam enim prius formatus est, deinde Eva.* Quia, inquit, sexus masculus in creatione primas obtinuit, ac secundo loco formata est Eva, debent ergo in posterum etiam reliquæ feminæ secundas obtinere, obedireque viris. Quod enim tum Adamo et Evæ contigit, universo sane generi cum virorum tum mulierum contigit.

Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Πῶς οὐκ ἠπατήθη ὁ Ἀδάμ; Ὅτι οὐδὲ ἡ Γραφὴ τοῦτο λέγει, ἀλλ' ἡ μὲν

Vers. 14. *Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Quomodo Adam non est deceptus? Quia neque Scriptura hoc testatur,

[91] Gen. III, 16.

Variæ lectiones.

[87] τὸν ἀληθῶς, καὶ, ἀληθῆ o. [88] θεοσέβειαν o. [89] μηδὲν o. [90] τῇ διδασκαλίᾳ αὐταῖς o. [91] οὐκ ἐκωλύθη o.

sed mulier inquit, *Serpens decepit me.* Adam autem non dicit, Mulier imposuit mihi : sed, Dedit mihi. Non est autem æquale persuaderi ab ejusdem generis socio et adjutore, et a bellua serva et subjecta. Illud itaque deceptionis fuit. Ad comparationem igitur feminæ, dicit ipsum non esse deceptum; imo nec Adam quidem lignum vidit quod bonum esset ad cibum, sed mulier conspicata, seducta est, ac deinde viro dedit. Illa itaque a cupiditate seducta est, is vero a muliere persuasus est. Dicit igitur : Semel mulier docuit, et omnes subvertit : hoc propter non doceat sexus iste. Levis enim est, et facile suscipit, **364** facileque decipi potest. Observa enim : non dixit, Eva *decepta :* sed, *Mulier*, de ipso videlicet muliebri sexu disputans. Perinde namque ut in Adam tota natura moriebatur, sic per Evam in omnes mulieres levitas pervasit; per quam levitatem sane ipsa transgressio locum habuit in Eva primum.

Vers. 15. *Salvabitur autem per filiorum generationem.* Quæ? Evane? Non, sed mulier, id est, sexus muliebris. Ne contristemini enim, inquit, o mulieres : dedit vobis Deus occasionem salutis, filiorum generationem : hoc est, ut sobolem recte educetis. Non enim satis est gignere, verum etiam instituere : hæc enim revera liberorum est generatio. Sin minus, non liberorum generatio est, sed pro liberorum corruptione habebitur in mulieribus. Quid igitur de virginibus fiet? quid de viduis? perierunt? Haudquaquam : non hoc dicit, quod ex propria virtute non serventur, sed quod liberorum educatio mulieribus erit occasio salutis. Perspicuum enim est, quod mulier virtute prædita, liberos etiam in virtute educat. Proinde virtus quæ illi insita est, causa est illius quæ in sobolem transfunditur. Igitur et virgo virtutibus ornata citra controversiam servabitur. Mihi autem videtur quod quandoquidem vetuisset ne mulier doceret, veluti eam nunc consolans tradit ei quos docebit. Si enim docere expetis, institue liberos tuos. Nonnulli vero, haud scio qua ratione persuasi, per liberorum generationem illam Deiparæ Virginis intellexere. Ipsa enim genito Servatore salvas reddidit, inquiunt, mulieres. Hujusmodi autem acceptio cum sequentibus omnino non cohæret.

Si permanserint in fide. Filii videlicet, si conservarint veram fidem atque doctrinam.

Et charitate. Hoc est, recta vita. Non enim satis est fides : caput autem et fons rectæ vitæ est charitas.

Et sanctificatione cum sobrietate. Sanctificationem corporis puritatem appellat. Quia autem non omnes sunt virgines, apposuit, *cum sobrietate.* Σωφροσύνη enim dicitur de iis qui legitime in matrimonio conversantur : vel σωφροσύνην munditiem simpliciter dicit. Quid igitur si mater mala liberos

A γυνὴ φησιν, ὅτι *Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με* · ὁ δὲ Ἀδὰμ οὐ λέγει, ὅτι Ἡ γυνὴ ἠπάτησέ με, ἀλλ' ὅτι *Ἔδωκέ* μοι. Οὐκ ἔστι δὲ ἴσον τὸ πεισθῆναι ὁμογενεῖ καὶ βοηθῷ, καὶ τὸ πεισθῆναι θηρίῳ δούλῳ καὶ ὑποτεταγμένῳ. Ὥστε ἐκεῖνο ἀπάτης. Πρὸς τὴν σύγκρισιν οὖν τῆς γυναικὸς, αὐτόν φησι μὴ ἠπατῆσθαι ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀδὰμ εἶδε τὸ ξύλον ὅτι καλὸν εἰς βρῶσιν, ἀλλ' ἡ γυνὴ ἰδοῦσα, ἠπατήθη, εἶθ' οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρί. Ὥστε ἐκείνη μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας παρῆχθη · οὗτος δὲ τῇ γυναικὶ ἐπείσθη. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἅπαξ ἐδίδαξεν ἡ γυνὴ, καὶ πάντας κατέστρεψε · διὰ τοῦτο μὴ διδασκέτω τὸ γένος[93] · κοῦφον γάρ ἐστι καὶ εὐπαράδεκτον, καὶ εὐπαράγωγον. Ὅρα γὰρ, οὐκ εἶπεν · Ἡ δὲ Εὔα *ἀπατηθεῖσα*, ἀλλ' Ἡ *γυνὴ*, περὶ αὐτῆς τῆς γυναικείας φύσεως διαλεγόμενος. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πᾶσα ἡ φύσις ἀπέθνησκεν, οὕτω καὶ ἐπὶ τὰς γυναῖκας πάσας διὰ τῆς Εὔας ἡ κουφότης διέβη · δι' ἣν κουφότητα καὶ ἡ παράβασις ἐν αὐτῇ πρώτῃ τῇ Εὔᾳ χώραν ἔσχεν.

B

Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας. Τί; ; Ἡ Εὔα; Οὐχὶ, ἀλλ' ἡ γυνὴ, τουτέστιν, ἡ γυναικεία φύσις. Μὴ γὰρ κατηφιᾶτε, φησὶν, ὦ γυναῖκες · ἔδωκεν ὑμῖν ὁ Θεὸς ἀφορμὴν σωτηρίας, τὴν τεκνογονίαν · τουτέστι, τὸ τὰ γεννηθέντα ἀναθρέψαι καλῶς · οὐ γὰρ γεννῆσαι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ παιδεῦσαι. Τοῦτο γὰρ ὄντως τεκνογονία · εἰ δ' οὔ, οὐκ ἔστι τεκνογονία, ἀλλὰ τεκνοφθορία ἔσται ταῖς γυναιξί. Τί οὖν αἱ παρθένοι; τί δὲ αἱ στεῖραι; ἀπολώλασι λοιπόν; Ἄπαγε, οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐξ οἰκείας ἀρετῆς οὐ σωθήσονται, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ τεκνοτροφία[94] ἔσται ταῖς γυναιξὶ πρόφασις σωτηρίας. Πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐνάρετος οὖσα ἡ γυνὴ, τρέφει καὶ τὰ τέκνα ἐν ἀρετῇ. Ὥστε ἡ ἐναποκειμένη αὐτῇ ἀρετὴ ποιεῖ καὶ τὴν εἰς τὰ τέκνα διαδιδομένην. Ἆρα οὖν καὶ ἡ παρθένος ἔχουσα ἀρετὴν, ἀναμφιβόλως σωθήσεται. Δοκεῖ μοι δὲ ὅτι καὶ ἐπειδὴ ἐκώλυσε τὴν γυναῖκα τοῦ διδάσκειν, ὡς ἂν εἰ παραμυθούμενος αὐτὴν, νῦν δίδωσιν αὐτῇ οὓς διδάξει. Εἰ γὰρ ἐπιθυμεῖς διδάσκειν, δίδαξον τὰ τέκνα. Τινὲς δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως, τεκνογονίαν ἐνόησαν τὴν τῆς Θεοτόκου. Αὕτη γὰρ γεννήσασα τὸν Σωτῆρα, ἔσωσε, φασὶ, τὰς γυναῖκας. Παντάπασι δὲ ἀσυνάρτητος πρὸς τὰ ἑξῆς ἡ τοιαύτη ἐκδοχή[95]. Ἄκουε γάρ.

C

D

Ἐὰν μείνωσιν ἐν τῇ πίστει. Τὰ τέκνα, ἐὰν φυλάξωσι τὴν εὐσεβῆ πίστιν[96] καὶ τὰ δόγματα.

Καὶ τῇ ἀγάπῃ. Τουτέστι, τῷ ὀρθῷ βίῳ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ ἡ πίστις, τὸ κεφάλαιον δὲ καὶ ἡ πηγὴ τοῦ ὀρθοῦ βίου, ἡ ἀγάπη.

Καὶ τῷ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. Ἁγιασμὸν τὴν καθαρότητα τοῦ σώματός φησιν. Ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες παρθένοι, προσέθηκε, *μετὰ σωφροσύνης.* Σωφροσύνη γὰρ λέγεται ἐπὶ τῶν ἐννόμως γάμῳ τροσομιλησάντων · ἢ σωφροσύνην ἁπλῶς τὴν κοσμιότητά φησι. Τί οὖν ἂν ἡ μήτηρ κακὴ οὖσα κα-

Variæ lectiones.

[93] τὸ γένος τῶν γυναικῶν m. [94] τεκνοφορία o. [95] παραδοχὴ o. [96] εὐσέβειαν τῆς πίστεως m.

λῶς [96] ἀναθρέψῃ. οὐκ εἰκὸς τοῦτο γενέσθαι. Ὅμως εἰ γένηται, λήψεται μισθὸν καὶ ὑπὲρ τούτων. Τί δὲ ἐὰν καλὴ οὖσα κακῶς [97] ἀνάξῃ; εἰ μὲν ἀμελοῦσα, καὶ χαριζομένη αὐτοῖς, πείσεται τὸ τοῦ Ἠλεί· εἰ δὲ πάντα ποιοῦσα καὶ ἐπιμελουμένη, ὅμως οὐκ ἰσχύσει [98] βελτιῶσαι, ὅπερ σπανιάκις ἂν γένοιτο, ὅμως αὕτη τῶν ἰδρώτων τοὺς μισθοὺς λήψεται, ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πάντα ποιῶν καὶ λέγων, ὅμως ὀλίγους εἶχε τοὺς πειθομένους.

A recte educaverit? Haud verisimile est ut hoc faciat: attamen si contingat, accipiet pro his mercedem. Quid vero si bona cum sit, prave institueret? Certe si eos negligens, illisque indulgens hoc fecerit, id quod Eli contigit, patietur: quod si omnia præstiterit, omnemque curam adhibuerit, et tamen illos meliores reddere nequit (quod raro **565** contigit), ista tamen suorum sudorum mercedem percipiet: quandoquidem et Filius Dei nihil non faciens et dicens, paucos tamen habuerit qui sibi morem gesserint.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πιστὸς ὁ λόγος. Ἐπειδὴ ἀμφίβολον ἦν, ὅτι δυνήσονται αἱ μητέρες ἀπολαύειν τῆς τῶν τέκνων ἀρετῆς, φησὶν, ὅτι *Πιστὸς ὁ λόγος*, οὐ ψευδές ἐστι τὸ ῥηθὲν, μηδεὶς δισταζέτω.

Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Ἐν οἷς Τιμοθέῳ περὶ τοῦ ἐπισκόπου διατάττεται, πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκουμένῃ διαλέγεται. Εἴ τις, φησὶν, ὀρέγεται τῆς προστασίας, οὐ κωλύω· ἔργου γὰρ καλοῦ ὀρέγεται. Μὴ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς αὐθεντίας μόνης ἐφιέσθω, ἐπεὶ καὶ Μωσῆς τοῦ ἔργου ἐπεθύμει, οὐ τῆς προστασίας. Προέστη γὰρ τοῦ ἀδικουμένου, *πατάξας* τὸν ἀδικοῦντα. Ἐπισκοπὴ γὰρ εἴρηται, παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν πάντας.

Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι. Τουτέστι, πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντα, ὡς μήτε ἄλλους αὐτοῦ, μήτε αὐτὸν ἑαυτοῦ ἐπιλαμβάνεσθαι. Ὥστε εἴ τι; ἑαυτῷ συνοῖδεν ἁμάρτημα [99], μηδὲ [1] ἐπιθυμείτω τοῦ πράγματος, οὗ ἑαυτὸν διὰ τῶν ἔργων ἐξέβαλε. Τὸν γὰρ ἄρχοντα φωστῆρα δεῖ εἶναι, ὥστε πρὸς αὐτὸν [2] πάντας ὁρῶντας φωτίζεσθαι καὶ ὁδηγεῖσθαι.

B dictum est, nemo dubitet.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Quæ Timotheo de episcopo præcipit, omnibus in universo terrarum orbe disserit. Si quis, inquit, præsulatum expetit, non prohibeo: nam bonum opus desiderat. Ne igitur auctoritatem solam expetat, quandoquidem et Moses opus desiderabat, non autem præfecturam: præfuit enim injuriam passo, feriens eum qui intulerat. Episcopatus enim dicitur, eo quod omnes speculetur.

VERS. 2. *Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse.* Hoc est, omni virtute conspicuum, ut neque illum alii, neque ipse seipsum reprehendat. Itaque si quis sibi sit ipse peccatorum conscius, ne desideret episcopatum, a quo seipsum per opera C ejecit. Illum enim qui aliis præest, veluti stellam esse oportet, ad omnes in ipsum intuentes illuminandum et dirigendum.

Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Εἰ ὁ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, τὸν δὲ ἐπίσκοπον οὐ δεῖ τὰ τοῦ κόσμου μεριμνᾷν, πῶς φησι, *Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα;* Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι τὸν ἀπὸ γυναικὸς ἠνίξατο, εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἐχέτω μὲν [3], φησὶ, μίαν γυναῖκα, πλὴν ὡς μὴ ἔχων· τουτέστι, μὴ καταδουλούμενος ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῆς. Οὐ νομοθετῶν δὲ τοῦτό φησιν, ὅτι δεῖ γεγαμηκότα εἶναι πάντως τὸν ἐπίσκοπον. Πῶς γὰρ ὁ λέγων ὅτι, *Θέλω πάντας εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν;* Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ τότε καιρὸς τοιαῦτα ἀπῄτει, Εἰ γένηται, φησὶ, μιᾶς ἔστω ἀνήρ. Τοῦτο καὶ [4] διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἐκείνοις γὰρ ἐφείτο ἡ πολυγαμία [5]. Τινὲς δὲ ἀλογίστως περὶ Ἐκκλησίας ἔφασαν [6] λέγειν τὸν Ἀπόστολον τοῦτο, Ἵνα μὴ μεταβαίνῃ, φασὶν, ἀπὸ Ἐκκλησίας εἰς Ἐκκλησίαν· μοιχεία γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα [7].

Unius uxoris virum. Si is qui duxerit uxorem, sollicitus est pro rebus mundanis, episcopum vero de mundi negotiis sollicitum esse non oportet, qui dicit, *Unius uxoris maritum?* Certe quidem nonnulli asserunt, quod cælibem innuit: et si hoc fieri nequit, habeat quidem unicam uxorem, verum tamen sic quasi non habeat: hoc est cupiditatibus ejus non subditus. Porro, non ut legem sanciat hoc dicit, quod omnino oporteat episcopum uxoratum esse: qui enim istud statuerit, cum alias dicat, *Volo vos omnes esse sicut meipsum* [22]? Verum quia tempus ita tum postulabat, Si contingat, inquit, sit unius uxoris vir. Id vero Judæorum causa dicebat: illis vero permittebatur polygamia. Quidam vero absque omni ratione, dixerunt Apostolum hæc de Ecclesia dicere: Ne transeat, inquiunt, ab ecclesia ad ecclesiam: istud enim adulterium est.

Νηφάλιον. Τουτέστιν, ὀξὺν, διορατικὸν, ἀγχίνουν, μηδὲ ὑπὸ φροντίδων καὶ ἀθυμιῶν καταβαπτιζόμενον, ἀλλ' ἀεὶ διυπνισμένον, ὥστε πάντα βλέπειν, καὶ πᾶσιν ἐφίστασθαι.

Sobrium. Hoc est, acutum, perspicacem, solertem, qui curis et mœrore non obruatur, sed semper expergefactum, ut omnia videat, omnibusque astet.

[22] I Cor. VII, 7.

Variæ lectiones.

[96] καλοὺς o. [97] κακοὺς o. [98] ἴχυσου o. [99] ἁμαρτήματα o. [1] μὴ o. [2] τοῦτον o. [3] οὖν o. [4] γὰρ o. [5] πολυπαιδία o. [6] ἔφθασαν o. [7] πᾶν o.

Temperantem. Hoc est moderatum.

Ornatum. Hoc est gravitatem præ se ferentem.

566 *Hospitalem.* Si enim indigenis tantum commodat, affectu laborat. Oportet igitur cum erga peregrinos candidiorem esse : hoc enim maxime ad fraternam charitatem attinet.

Doctorem. Quæ supra dicta sunt, etiam a subditis exiguntur ; hoc vero maxime omnium episcopo adesse convenit.

VERS. 3. *Non vinolentum.* Non temulentum hic dicit, sed injuriosum et superbum.

Non percussorem. Non eum qui manibus non feriat, dicit, sed eum qui importune feriat fratrum conscientiam.

Sed modestum, non litigiosum, non avarum. Docet quomodo non sit vinolentus vel percussor : Si modestus, inquit, fuerit et a pugna alienus. Quoniam vero supra dixit, quod oporteat eum esse hospitalem, nunc addit, non avarum, simul quidem docens, quis sit hospitalis, nempe qui non est avarus : simul vero ut non prætextu hospitum opes colligat.

VERS. 4. *Qui suæ domui bene præsit.* Hoc et auctores exteri dicunt, quod is qui œconomicus sit, idem etiam politicus cito fuerit.

Qui liberos habeat in subjectione cum omni castitate. Oportet enim eum domestica præbere exempla. Quis enim credat eum alienum subjecturum, si filium non subjiciat ? Quomodo alios castos faciet, qui propria viscera sinit impudice vivere ? Porro, *cum omni castitate*, dicit, et quæ sit in verbo, et habitu, et opere, et ad omnes, et in omni tempore.

VERS. 5. *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit ?* Nihil enim aliud est domus, quam parva Ecclesia. Si igitur modicæ et facile circumscriptili et cognoscibili non possit præesse, quomodo tot animarum sententias, quas cognoscere non possit, gubernabit ? Haud autem abs re fuerit quærere, cujus rei causa, is qui a laicis postulet, *Occidite membra vestra quæ super terram sunt :* et iterum, *Qui vero sunt Christi, carnem suam crucifixerunt* [23] : nunc ab episcopo requirit exigua quædam, ac tanto fastigio indigna, ne sit vinolentus, neque percussor, et quæ sequuntur. Atqui Christus etiam jubet ut crucem tollamus, et, *Pastor*, inquit, *bonus animam suam ponit pro ovibus suis* [24]. Debebat igitur Paulus ab episcopo exigere ut angelicam viveret vitam, quæ affectibus careret, quantum ad dignitatis summitatem attinet. Audi igitur. Pauci exactæ hujusmodi vitæ inveniri poterant ; pluribus autem episcopis opus erat, qui singulis civitatibus

A *Σώφρονα.* Τουτέστι κατεσταλμένον.

Κόσμιον. Τουτέστι σεμνοπρεπῆ.

Φιλόξενον. Εἰ γὰρ τοῖς αὐτόχθοσι μόνοις [8] χρηστεύεται, προσπαθής ἐστι. Δεῖ οὖν εἰς τοὺς ξένους αὐτὸν ἁπλούστερον εἶναι · τοῦτο γὰρ μάλιστα φιλάδελφον [9].

Διδακτικόν. Τὰ μὲν προῤῥηθέντα καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπαιτοῦνται · τοῦτο δὲ πάντων μάλιστα προσεῖναι δεῖ τῷ ἐπισκόπῳ.

Μὴ πάροινον. Οὐ τὸν [10] μέθυσον ἐνταῦθα λέγει, ἀλλὰ τὸν ὑβριστήν, τὸν αὐθάδη.

Μὴ πλήκτην. Οὐ τὸν μὴ πλήττοντα ταῖς χερσὶ, φησὶν, ἀλλὰ τὸν μὴ εὐκαίρως [11] πλήττοντα τῶν ἀδελφῶν τὴν συνείδησιν.

B *Ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον.* Διδάσκει πῶς ἂν οὐκ εἴη πάροινος οὐδὲ πλήκτης · Ἐὰν ἐπιεικὴς, φησὶ, καὶ ἄμαχος εἴη. Ἐπεὶ δὲ εἶπεν ἄνω, ὅτι δεῖ αὐτὸν εἶναι φιλόξενον, προστίθησι νῦν τὸ ἀφιλάργυρον, ἅμα μὲν διδάσκων τίς ἐστιν ὁ φιλόξενος, ὅτι ὁ ἀφιλάργυρος · ἅμα δὲ καὶ ἵνα μὴ προφάσει τῶν ξένων θησαυρίζῃ.

Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον. Τοῦτο καὶ οἱ ἔξωθέν φασιν, ὅτι ὁ οἰκονομικὸς, καὶ πολιτικὸς ἂν γένοιτο ταχέως.

Τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. Δεῖ γὰρ οἴκοθεν αὐτὸν παρέχεσθαι τὰ παραδείγματα. Τίς γὰρ πιστεύσειεν ὅτι τὸν ἀλλότριον ὑποτάξει, ὁ τὸν υἱὸν μὴ ὑποτάξας ; Πῶς ἄλλους C ποιήσει σεμνοὺς, ὁ τὰ οἰκεῖα σπλάγχνα ἐάσας ἀσέμνως βιοῦν [12] ; Πάσης δὲ σεμνότητος, τῆς καὶ ἐν λόγῳ, καὶ σχήματι, καὶ ἔργῳ, καὶ πρὸς πάντας, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ.

Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου [13] οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς Ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται ; Οὐδὲν γάρ ἐστιν ὁ οἶκος, ἡ μικρὰ Ἐκκλησία. Εἰ τοίνυν τοῦ μικροῦ καὶ εὐπεριορίστου καὶ εὐδιαγνώστου οὐκ ἠδυνήθη προστῆναι, πῶς τοσούτων ψυχῶν γνώμας ἀκατανοήτους κυβερνήσει : Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, τίνος ἕνεκα ὁ τοὺς λαϊκοὺς ἀπαιτῶν, *Νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς* · καὶ πάλιν · *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν* · νῦν τὸν ἐπίσκοπον ἀπαιτεῖ μικρά τινα καὶ τηλικούτου ὕψους ἀνάξια, τὸ μὴ πάροινον εἶναι, μηδὲ πλήκτην, καὶ τὰ ἑξῆς. Καί- D τοιγε καὶ ὁ Χριστὸς τὸν σταυρὸν αἴρειν διακελεύεται· καὶ, *Ὁ ποιμὴν*, φησὶν, *ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.* Ἔδει γοῦν τὸν Παῦλον ἀπαιτῆσαι τὸν ἐπίσκοπον ἀγγελικόν [14] τινα βίον μετιέναι, ἀπαθῆ, ὅσον πρὸς τὸ ὕψος τοῦ ἀξιώματος. Ἄκουε οὖν, ὅτι τῆς μὲν ἀκριβείας τοῦ τοιούτου βίου, ὀλίγους ἦν εὑρεθῆναι · ἐπισκόπων δὲ ἔδει πολλῶν, τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἡγησομένων. Διὰ τοῦτο σύμμετρον ἀρετὴν ἀπῄτησεν, ἣν πολλοὶς ἐνῆν εὑρεῖν. Ἀλλὰ

[23] Gal. v, 24. [24] Joan. x, 11.

Variæ lectiones.

[8] μόνων o. [9] φιλαδελφία o. [10] οὐ τὸν πάροινον ἤτοι μέθυσον o. [11] ἀκαίρως o. [12] βιουνται o. [13] ἰδίου o. [14] ἄγγελον εἶναι o.

νῦν, φεῦ! ποῦ ἐξεπέσομεν οἱ ἐπίσκοποι, ὡς μηδὲ τῆς συμμέτρου ταύτης ἀρετῆς μηδὲ σκιὰν ἐν ἡμῖν εὑρίσκεσθαι! Φείσαι, Κύριε.

A præessent. Propteres moderatam ab eis virtutem **567** postulavit, quæ in multis invenire non potuit. At nunc, proh dolor! quo excidimus episcopi, ut ne umbram quidem adeo moderatæ virtutis in nobis deprehendi liceat! Parce nobis, Domine!

Μὴ νεόφυτον. Οὐ τὸν νεώτερον ἐνταῦθα λέγει, ἐπείτοιγε Τιμόθεος νεώτερος ἦν, ὡς μαθησόμεθα, τοῦ Παύλου λέγοντος· *Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω*· ἀλλὰ τὸν νεοκατήχητον. *Ἐγὼ* γάρ, φησίν, *ἐφύτευσα.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ Ἑλλήνων προσῄεσαν καὶ ἐβαπτίζοντο, Μὴ εὐθέως, φησί, νεοβάπτιστος εἰς τὴν τηλικαύτην ὀρχὴν ἀγέσθω.

Vers. 6. *Non neophytum.* Non hic juniores natu dicit, quandoquidem et Timotheus juvenis erat, quemadmodum discemus, dicente Paulo: *Nemo adolescentiam tuam contemnat:* verum eum qui nuper in fide sit institutus. *Ego* enim, inquit, *plantavi.* Quia enim ex Græcis ad fidem accedebant, et baptizabantur, non statim, inquit, recens baptizatus ad tantum principatum ducatur.

Ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα καὶ παγίδα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. Εἰ πρὶν ἀκριβὴς μαθητὴς γενέσθαι, διδάσκαλος γένοιτο, φυσιωθήσεται, φησὶ, καὶ εἰς τὸ B κατάκριμα, καὶ εἰς τὴν καταδίκην τοῦ διαβόλου πεσεῖται, ἣν τινα ἐκεῖνος ἀπὸ [15] τῆς ἀπονοίας ὑπέστη.

Confixeruntque seipsos doloribus multis. Etiam in hac vita. Quantum enim lugent? quantum lamentantur? Pulchre autem dixit, *Confixerunt.* Spinarum enim instar sunt divitiarum sollicitudines[37], perinde ac Dominus dixit. Unde si tetigerit has quisquam, manus cruentas faciunt, vulnera infligentes, atque dolores parientes.

B

Vers. 11. *Tu vero, homo Dei.* Ingens hæc est dignitas. Omnes quidem sunt homines Dei, peculiariter vero justi, non solum creationis ratione, verum etiam proprietatis. Si Dei homo es, ne quæras avertentia te a Deo. Sed quid?

Hæc fuge; sectare autem justitiam. Utraque cum intentione et augmento protulit. Non enim dixit, Discede et accede : sed, *Fuge et sectare : Justitiam* autem, ut non defraudes, quemadmodum qui volunt ditescere.

Pietatem. Quæ est dogmatum.

Fidem. Quæ est contraria quæstioni.

Charitatem. Hoc est, rectam conversationem : hujus enim summa et caput est dilectio. C

Patientiam, mansuetudinem. A charitate patientia et mansuetudo promanat : charitas enim omnia sustinet, et longanimis est.

Vers. 12. *Certamen bonum fidei certa.* Hoc est, Pro fide firmus invictusque persiste, per verbi potentiam ac vitæ puritatem.

Apprehende vitam æternam. Ecce et merces et præmium, æterna vita.

In quam vocatus es. Ad spem enim æternæ vitæ vocatus es.

Et confessus es confessionem bonam coram multis testibus. Hic fiduciam et fortitudinem ejus laudat, D ut qui in periculis confessus sit Dominum Christum. Vel confessionem illam dicit quæ est in catechismo, qua profitemur nos Satanæ renuntiare, atque a Christi partibus stare. Animadverte vero, quod non solum confessione opus est, verumetiam patientia, ut semper perduremus in confessione; **587** certamineque vehementi, ne de via deflectamus.

Vers. 13. *Præcipio tibi coram Deo.* Quo metum adaugeat, et discipulum securiorem reddat, testem vocat Deum, ostendens non esse humana præcepta :

[37] Matth. XIII, 22.

Variæ lectiones.

[79-80] σωτηρίας o. [81] περιποιοῦ εναι o. [82] μεθ' ὑπερβολῆς m. [83] τὴν κατὰ Θεὸν πολ. o. [84] ὁ γὰρ ὑπομένων, καὶ μακρ. o. [85] Τιμόθεον o.

utque testem semper in mente gerens, recordatione ejus animo commoveatur.

Qui omnia vivificat. In his consolatio est adversus pericula, et resurrectionis commonitio : perinde quasi dicat : Ne metuas mortem : Dei enim servus es qui potest omnia vivificare.

Et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Rursum adhortatio sumpta est a doctore. Testatus est ille, debemus igitur et nos ipsum imitari. Interroganti enim Pilato, *Tune rex es?* respondit : *Ego in hoc natus sum :* et : *Veni ut testimonium perhibeam veritati*[87a] ; multa nempe alia confessus ac testatus est.

VERS. 14. *Ut serves mandatum sine macula et irreprehensibile.* Hoc est, neque quoad dogmata, neque quoad vitam labem aliquam tibi ipsi imprimas.

Usque in adventum Domini nostri Jesu Christi. Hoc est, usque ad obitum et exitum tuum ex hoc sæculo. Atqui sic non dixit, sed, *usque in adventum*, ut magis ipsum excitet, tremendam illam gloriam ei in memoriam revocando.

VERS. 15. *Quem ostendet temporibus suis.* Hoc est, convenientibus, destinatis : ne igitur mœreas quod jam non venerit.

Beatus et solus potens. Et hæc consolationem præbent ; ut non ad hæc, quæ in hoc mundo beata videntur, defigat oculos, verum ad illum potius, qui est ipsa beatitudo, in quo nihil triste est aut injucundum : nec metuat qui hic sunt potentes et reges. Simul autem confirmat quod ostendet adventum suum : solus enim potens est. Hæc autem omnia de Filio dicuntur. Dixit autem, *solus*, ad discrimen mortalium, vel deorum falso ita dictorum, et non reliquarum sanctarum personarum.

VERS. 16. *Rex regum, et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem.* Proprie enim ipse essentialiter habet immortalitatem : angeli autem, etsi immortales sint, hoc tamen non a natura, sed gratia possident : itaque non habent, sed participant.

Et lucem inhabitat inaccessibilem. Numquid igitur loco continetur? Aliudne lumen, et aliud ipse est? Atqui is ipsum lumen est. Animadvertis quod si quidquam ardui loqui velimus, lingua nostra sit impotens? Inaccessibilem autem dicit, quam nemo accedere possit ob nimium splendorem.

588 *Quem nullus hominum vidit, neque videre potest.* Secundum divinitatem videlicet : nam secundum humanitatem visus est. Divus autem Joannes Chrysostomus supra quidem de Filio, deinde tanquam principaliter de Patre dicantur, ista omnia intellexit, etiamsi et Filio et Spiritui conveniant.

[87a] Joan. XVIII, 37, 41.

A θρώπινα τὰ παραγγέλματα· καὶ ἵνα τὸν μάρτυρα ἀεὶ ἐν τῇ διανοίᾳ ἔχων, κατασείηται τὴν διάνοιαν τῇ μνήμῃ.

Τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα. Ἐνταῦθα παράκλησίς ἐστι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τῆς ἀναστάσεως ὑπόμνησις· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Μὴ φοβηθῇς τὸν θάνατον· Θεοῦ γὰρ εἶ δοῦλος, τοῦ δυναμένου τὰ πάντα ζωογονεῖν.

Καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν. Πάλιν ἀπὸ τοῦ διδασκάλου ἡ προτροπή. Ἐμαρτύρησεν ἐκεῖνος, ὀφείλομέν καὶ ἡμεῖς μιμεῖσθαι αὐτόν. Εἰπόντος γὰρ τοῦ Πιλάτου, *Εἰ βασιλεὺς εἶ;* φησίν[87b]· Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι· καὶ, Ἦλθον μαρτυρῆσαι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πολλὰ ἕτερα ἐμαρτύρησε
B καὶ ὡμολόγησε.

Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον καὶ ἀνεπίληπτον. Τουτέστι, μήτε δογμάτων ἕνεκεν, μήτε βίου, κηλίδά τινα ἑαυτῷ προστριβόμενον.

Μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τουτέστι, μέχρι τῆς τελευτῆς σου, μέχρι τῆς ἐξόδου. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ, *μέχρι τῆς ἐπιφανείας*, ἵνα μᾶλλον αὐτὸν διεγείρῃ, ἀναμνήσας τῆς δόξης ἐκείνης τῆς φρικτῆς.

Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει. Τουτέστι, τοῖς προσήκουσι, τοῖς ἀφωρισμένοις. Μὴ τοίνυν λυποῦ ὅτι μὴ ἤδη γέγονεν.

Ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης. Καὶ ταῦτα εἰς παράκλησιν, ἵνα μὴ πρὸς τὰ ἐνταῦθα δοκοῦντα μακάρια βλέπῃ, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνον, ὅ; ἐστιν αὐτομακαριότης, ἐν ᾧ οὐδὲν λυπηρὸν ἢ ἀηδές· μηδὲ φοβῆται τοὺς ἐνταῦθα δυνάστας καὶ βασιλεῖς. Ἅμα δὲ καὶ κατασκευάζει ὅτι δείξει τὴν ἐπιφάνειαν[87]. Δυνάστης γάρ ἐστι μόνος. Ταῦτα δὲ πάντα περὶ τοῦ Υἱοῦ. Τὸ δὲ *μόνος*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀνθρώπων, ἢ τῶν ψευδωνύμων θεῶν, οὐχὶ τῶν ἄλλων ἁγίων ὑποστάτεων.

Ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν. Κυρίως γὰρ αὐτὸς ἔχει οὐσιωδῶς τὴν ἀθανασίαν· ἄγγελοι δὲ, εἰ καὶ ἀθάνατοι, ἀλλ' οὐ φύσει, χάριτι δέ· ὥστε οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ μετέχουσι.

Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. Ἆρα τόπῳ ἐμπεριείληπται; Ἆρα ἄλλο τὸ φῶς καὶ ἄλλο αὐτός; Καὶ μὴν
D αὐτόφως ἐστίν. Ὁρᾷς ὅτι καὶ ὅταν τι μέγα φθέγξασθαι βουληθῶμεν, ἀδυνατεῖ ἡ γλῶττα; Ἀπρόσιτον δὲ, ᾧ οὐδεὶς προσελθεῖν δύναται διὰ τὴν ἄγαν λαμπρότητα.

Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται. Κατὰ τὴν θεότητα δηλαδή· κατὰ γὰρ τὴν ἀνθρωπότητα[88] ὡράθη. Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης ἄνω μὲν περὶ τοῦ Υἱοῦ, εἶτα ὡς προηγουμένως λεγόμενα περὶ τοῦ Πατρὸς ταῦτα πάντα ἐδέξατο, εἰ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι οἰκεῖα.

Variæ lectiones.

[86] εἶπεν ο. [87] τῇ ἐπιφανείᾳ ο. [88] σάρκα ο.

Ὧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. Εἰ τοίνυν ἀεὶ κράτος αὐτῷ, μὴ δείσῃς, κἂν νῦν οὐ δείκνυται. Ἀεὶ τιμὴ αὐτῷ, μὴ καταπέσῃς, κἂν νῦν ἀτιμάζηται. Τοῦτο μόνον δυνάμεθα πάντες ποιεῖν ἀκατακρίτως, δοξάζειν αὐτὸν, οὐ περιεργάζεσθαι. Καλῶς δὲ ἐνταῦθα θεολογεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ μάρτυρα ἐκάλεσε τὸν Θεὸν, καταλέγει τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἵνα ἀκούων μᾶλλον ἐντραπῇ. A

Cui honor et imperium sempiternum. Amen. Si igitur ipse imperium semper obtinet, ne metuas, etiamsi nunc non ostendatur. Semper honor ipsi : ne desperes, si nunc cornas ipsum contumelia affici. Hoc tantum omnes inculpate præstare possumus, illum nimirum glorificare, et non curiose de eo inquirere. Egregie autem hic theologum agit. Cum enim testem vocasset Deum, gloriam ejus recenset, quo majorem reverentiam auditori incutiat.

Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. Εἰσὶ καὶ ἄλλοι πλούσιοι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀλλ' ἐν τῷ μέλλοντι, οἱ δίκαιοι δηλαδή.

Παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν. Ἀπόνοιαν γὰρ καὶ ἀλαζονείαν τὰ χρήματα τίκτουσι.

Μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. Εὐθέως αὐτοὺς κατέσπασεν. Τί γὰρ ἐπαίρῃ, φησὶν, ἐπὶ πράγματι ἀδήλῳ, καὶ εὐμεταπτώτῳ, καὶ ἀστάτῳ ; B

Ἀλλ' ἐπὶ Θεῷ τῷ ζῶντι τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν. Τουτέστιν, ἀέρα, ὕδωρ, φῶς, ἐτησίους τροπὰς, καὶ ὥρας, καὶ τἆλλα πάντα, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας, κἂν ἡ πλεονεξία ἰδιοποιῇ ὅσα λαμβάνει. Οὗτος [89] πλοῦτος μόνιμος καὶ ζῶν, οὐ φθειρόμενος. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ μαθήσῃ, ὅτι πλούσιον ὁ Θεὸς πάντα ἄνθρωπον ἐποίησε, πάντα τὰ κοινὰ χαρισάμενος· μάταιος τοίνυν ὁ λυπούμενος ὡς ὢν πένης.

Sed in Deo vivente, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Hoc est, aerem, aquam, lumen, annuas temporum conversiones, et anni tempora, cæteraque omnia, eaque in magna copia, etiamsi avaritia omnia sibi ascribat quæcunque accipit. Iste enim est divitiæ stabiles, et viventes, nunquam corrumpendæ. Hinc autem disces, quod Deus omnem hominem divitem fecerit, quippe qui cuncta donaverit communia. Vanus igitur est, qui perinde ac si pauper esset, contristatur.

Ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, *Παράγγελλε αὐτοῖς* ἀγαθοεργεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· εἰ γὰρ πλουτεῖν θέλεις, ἐν ἀγαθοεργίᾳ πλούτει. C

Εὐμεταδότους εἶναι. Τοῦτο τῶν χρημάτων [90].

Κοινωνικούς. Τοῦτο τῆς ἀγάπης. Κοινωνικοὺς γὰρ νόει τοὺς ὁμιλητικοὺς, τοὺς προσηνεῖς.

VERS. 18. *Bene agere, divites fieri in bonis operibus.* Ad utrumque pertinet, *Præcipe eis* bene operari, et quæ sequuntur. Si enim ditari cupis, bonis operibus abunda.

Facile tribuere. Hoc pecuniarum est.

Communicare. Istud est charitatis. Per communicantes enim, societatis amantes et humanos intellige.

Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον. Ὅπου θεμέλιος, ἐκεῖ πάντα βέβαια καὶ ἀκίνητα· ἐπεὶ οὖν τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἑδραῖα, διὰ τοῦτο θεμελίου ἐμνήσθη.

VERS. 19. *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.* Ubi fundamentum est, ibi omnia sunt firma et immobilia. Quia vero virtutis et futuri sæculi bona stabilia sunt, eam ob causam fundamenti meminit.

Ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ἡ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρᾶξις, ἣν καὶ θεμέλιον ὠνόμασε, τὴν ἀπόλαυσιν [91] ἐκείνης προξενῆσαι δύναται. D

Ὦ Τιμόθεε, τὴν παραθήκην φύλαξον. Ταῦτα πάντα ἃ ὑπ' ἐμοῦ ἐντάλθης, ὡς θεσπότικά ὄντα φύλαξον, μηδὲν τούτων ἐλαττώσῃς.

Ἐκτρεπόμενος [92] τὰς βεβήλους κενοφωνίας. Τὰς ἀκαθάρτους, τὰς μιαράς. Κενοφωνίας δὲ τὰς ματαιολογίας φησίν. Ἆρα οὖν ἐστι καὶ κενοφωνία οὐ βέβηλος. Ὁ δὲ μακάριος; Ἰωάννης τὰς νεωτέρας

VERS. 20. *O Timothee, depositum custodi.* Hæc omnia, quæ a me tibi sunt mandata, tanquam a Domino provenientia **589** custodi, neque horum aliquid imminuas.

Devitans profanas vocum vanitates. Impuras nimirum et pollutas. Vocum autem vanitates vaniloquentias dicit. Est igitur vocum quædam vanitas, quæ non est profana. Divus autem

Variæ lectiones.

[89] καὶ γὰρ ὁ πλοῦτος οὗτος μόνιμος, ὁ μέλλων. Ἐντεῦ. o. [90] χρημάτων, ἤγουν ἐλευθεριότητος; m. [91] αἰώνιον ζωὴν o. [92] ἐκτρέπου o.

Joannes Chrysostomus recentes adhortationes καινοφωνίας dixit, per αι diphthongum in prima syllaba scribens, ut videtur.

Et oppositiones falsi nominis scientiæ. Quando enim fides non adfuerit, sed ab humanis cogitationibus omnia nascuntur, scientia non est, sed mentitur nomen. Observa autem objectiones quasdam esse, ad quas ne respondere quidem oportet, sed istas vitare, et cum talibus non congredi.

VERS 21. *Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* Necesse enim est eum qui humanas rationes sectatur, a fide aberrare : fides enim rationes non admittit. Opinor autem Apostolum hæc dicere de iis qui tum nominabantur Gnostici, qui omni impuritate repleti erant : ideoque vocum novitates profanas nominavit. Istorum autem hæresi præfuit Nicolaus, qui unus erat e septem diaconis.

590 *Gratia tecum, Amen.* Sigillum omnium ipsi comprecatur, nempe gratiam Dei, a qua omne bonum et datur et custoditur : qua et nos utinam abunde fruamur, non perdentes bona quæ ab ipsa accepimus, sed conservantes hæc per ipsam, et glorificantes Christum charismatum datorem, cum Patre et Spiritu, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

παρακινέσεις καινοφωνίας εἶπε, διὰ τῆς, αι, διφθόγγου τὸ, καί, γράφων, ὡς ἔοικε.

Καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Ὅταν γὰρ πίστις μὴ ᾖ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν πάντα τίκτηται, γνῶσις οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ψεύδεται τὸ ὄνομα. Σημείωσαι δὲ ὅτι εἰσὶν ἀντιθέσεις, πρὸς ἃς οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι χρή, ἀλλ' ἐκτρέπεσθαι ταύτας, καὶ μὴ συμπλέκεσθαι τοῖς τοιούτοις.

Ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ἀνάγκη γὰρ τὸν λογισμοῖς ἀκολουθοῦντα[93] ἀνθρωπίνοις, τῆς πίστεως ἀστοχεῖν· ἡ γὰρ πίστις λογισμοὺς οὐ παραδέχεται. Οἶμαι δὲ ταῦτα λέγειν τὸν Ἀπόστολον περὶ τῶν τότε λεγομένων Γνωστικῶν, τῶν πάσης ἀκαθαρσίας πεπληρωμένων, διὸ καὶ βεβήλους ὠνόμασε κενοφωνίας. Τούτων δὲ τῆς αἱρέσεως προστάτης Νικόλαος, ὁ τῶν ἑπτὰ διακόνων εἷς.

Ἡ χάρις μετὰ σοῦ, Ἀμήν. Τὴν σφραγῖδα πάντων ἐπεύχεται αὐτῷ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἀφ' ἧς καὶ δίδοται πᾶν ἀγαθὸν καὶ φυλάττεται. Ἧς καὶ ἡμεῖς ἀπολαύοιμεν ἄφθονως, ἃ παρ' αὐτῆς ἐδεξάμεθα ἀγαθὰ μὴ ἀπολλύντες, ἀλλὰ συντηροῦντες ταῦτα δι' αὐτῆς, καὶ δοξάζοντες Χριστὸν τὸν τῶν χαρισμάτων δοτῆρα, σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Variæ lectiones.

[93] προσομιλοῦντα mr.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ SECUNDÆ DIVI PAULI AD TIMOTHEUM EXPOSITIO.

—

Argumentum secundæ Epistolæ ad Timotheum.

C **591** Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Τιμόθεον δευτέρας Ἐπιστολῆς.

Cur nam alteram hanc Timotheo Epistolam scribit? Dixerat in priori : Spero me ad te venturum celerius ; non contigit autem hoc, detinebatur enim a Nerone. Consolatur itaque illum per litteras vice

Τί δήποτε καὶ δευτέραν ἐπιστέλλει τῷ Τιμοθέῳ Ἐπιστολήν; Εἶπεν ἐν τῇ προτέρᾳ· Ἐλπίζω πρός σε ἐλθεῖν τάχιον. Οὐκ ἐξεγένετο δὲ τοῦτο· κατείχετο γὰρ παρὰ τοῦ Νέρωνος. Παραμυθεῖται

οὖν αὐτὸν διὰ γραμμάτων ἀντὶ τῆς παρουσίας, ἴσως τεθλιμμένον καὶ διὰ τὴν ἀπουσίαν, καὶ διὰ τὸ βάρος τῆς ἀρχῆς. Καὶ οἱ μεγάλοι γὰρ πρὸς κυβέρνησιν Ἐκκλησίας σκλάζουσι, πολλοῖς βαπτιζόμενοι κύμασι πάντοθεν, καὶ μάλιστα τότε, ὅτε πανταχοῦ πόλεμοι. Καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ πρὸς ἑαυτόν. Πρὸς γὰρ τῷ τέλει ἤδη ἦν.

A *adventus sui : qui fortasse affligebatur jam propter absentiam, et propter onus episcopatus. Nam et magni viri ad Ecclesiæ gubernationem labefactantur, multis immersi undique procellis, tum vero maxime, quando undique* **592** *bella instant. Invitat autem Timotheum ad se. Jam enim fini proximus erat.*

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN II EPISTOLAM AD TIMOTHEUM.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

CAPUT I.

B

593 VERS. 1. *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Jesu.* In ipso statim proœmio excitavit ejus animum. Ne enim mihi dicas, inquit, præsentia pericula : nam illa nobis pariunt æternam vitam. Apostoli facti sumus, ut moriamur, et vivamus in sempiternum. Ne enim, cum audiret præceptorem suum in periculis constitutum, solatii loco magis turbetur, propterea in ipso statim principio eum consolatur. Si autem secundum promissionem est, ne quæras eam statim evenire. In Christo autem Jesu vita est id est, cum Christo : vel quia ipse hanc nobis donat et continet.

Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Εὐθὺς ἐκ τοῦ προοιμίου διανέστησεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Μὴ γάρ μοι τοὺς ἐνταῦθα κινδύνους εἴπῃς, φησίν. Οὗτοι τίκτουσιν [ἐν] ἡμῖν τὴν αἰώνιον ζωήν. Ἀπόστολοι γεγόναμεν, ἵνα ἀποθάνωμεν καὶ ζήσωμεν αἰωνίως. Ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας ὅτι ἐν κινδύνοις ἐστὶν ὁ διδάσκαλος, ἀντὶ τοῦ παρακληθῆναι, μᾶλλον λυπηθῇ, διὰ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς παραμυθεῖται. Εἰ δὲ κατ' ἐπαγγελίαν ἐστί, μὴ ζήτει αὐτὴν ἐντεῦθεν ἤδη. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ δὲ ἡ ζωή, τουτέστιν ἡ σὺν Χριστῷ· ἢ ὅτι αὐτὸς ἡμῖν ταύτην καὶ δίδωσι καὶ συνέχει. Ἡ μὲν γὰρ αἰσθητικὴ [94] ζωὴ ἐν βρώμασι καὶ πόμασιν· ἡ δὲ νοητικὴ [95] ἐν Χριστῷ συνέχεται. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡμῖν τὰ πάντα.

C

Vita enim sensitiva in cibo et potu constat : intellectualis autem in Christo continetur. Ipse enim est nobis omnia.

VERS. 2. *Timotheo dilecto filio.* Potest aliquis esse filius, sed non dilectus. Timotheus autem dilectus erat, propter virtutem omnino. Ostendit igitur ex hoc, quod non veluti iratus ipsi, aut quod aliquid in eo damnet, ipsum relinquat; Dilectus enim mihi es, inquit : sed vis et necessitas id effecit.

Gratia, misericordia, pax a Deo Patre et Christo Jesu Domino nostro. Quæ prius, eadem etiamnum ipsi comprecatur. Lege igitur quæ in priore Epistola ad hunc locum annotata sunt.

Τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ. Ἔστι καὶ τέκνον εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἀγαπητόν. Ὁ τοίνυν Τιμόθεος ἀγαπητὸς ἦν, διὰ τὴν ἀρετὴν πάντως. Δείκνυσιν οὖν ἐκ τούτου, ὅτι φύχ ὡς ὀργισθεὶς αὐτῷ, ἢ κατεγνωκώς τι αὐτοῦ ἀπολιμπάνεται· Ἀγαπητός γάρ μοι εἶ· ἀλλὰ βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ.

Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἅπερ καὶ πρότερον, ταῦτα καὶ νῦν αὐτῷ ἐπεύχεται. Ἀνάγνωθι οὖν τὴν ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ εἰς ταῦτα παραγραφήν.

D

Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ. Ὁρᾷς ἀγάπης ὑπερβολήν; Εὐχαριστῶ, φησὶ, τῷ Θεῷ, ὅτι ἀγαπῶν σε μέμνημαί σου. Τοῦτο ἔστιν ἀγάπη ἀληθής, ὅταν ἐγκαλλωπίζηταί τις τῇ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φιλίᾳ.

VERS. 3. *Gratias ago Deo.* Viden' charitatis magnitudinem? Gratias ago, inquit, Deo, quoniam diligens te memini tui. Hæc est vera dilectio, quando quis amicitiam qua alium diligit, sibi gloriæ esse ducit.

Ὃ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. Πῶς ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὅπου γε ἠγνόει τὸν Χριστὸν ἐξ ἀρχῆς; Ἤτοι οὖν συνείδησιν ἐνταῦθα τὸν βίον φησί· κἂν γὰρ ἰουδάϊζεν, ἀλλά σεμνός τις τὸν βίον ἦν· ἢ ὅτι καὶ ὅτε ἐδίωκε, κατὰ ζῆλον

Cui servio a progenitoribus in pura conscientia. Quomodo in pura conscientia, cum Christum ab initio ignorarit? Aut igitur conscientiam hic vitam dicit : etsi enim judaizabat, puram tamen et honestam vitam ducebat : vel quia tum etiam cum

Variæ lectiones.

[94] αἰσθητὴ ο. [95] νοητὴ ο.

persequeretur Christum, ex zelo persequeretur, et non ex humana ratione, perinde ac plerique ob vanam gloriam hæresin constituentes, in qua multæ putredinis conscii sunt. Quod autem dicit, tale est : Ne suspiceris me alia cogitare, et alia dicere : pura est mihi conscientia ut semper, 594 sic etiamnum. Non mentior igitur, cum dicam quod te amo, ac semper memini tui.

Quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderans te videre. Gratias ago Deo, quod memini tui. Non simpliciter autem, sed in precationibus, die ac nocte Deum interpellans pro te, ut impleat desiderium meum quod habeo ut videam te. Quomodo igitur me ipsum tanta voluptate libenter privarem, si modo venire possem ? Quare autem manifeste non dicit causam, quod retineatur impediaturque a Nerone ? Ne statim in exordio ipsum perturbet. In fine autem hanc causam revelat.

VERS. 4. *Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear.* Sic construe : Desiderans te videre, ut gaudio implear : deinde interjecto, *memor lacrymarum tuarum.* Etsi enim natura ab amicitiæ affectu alienus essem, lacrymæ tamen tuæ sufficiunt ut me flectant, cum ad memoriam mihi redeunt. Verisimile enim erat Timotheum a Paulo divulsum, lamentari magis, quam infantem a mamma abstractum.

VERS. 5. *Recordationem accipiens ejus fidei quæ est in te non ficta.* Non solum lacrymarum tuarum recordatus, desidero te videre, verum etiam fidei tuæ non fucatæ. Magna enim et justa hæc tibi causa est, ut a me diligaris.

Quæ primum inhabitavit in aria tua Loide, et matre tua Eunice. Aliud præterea est encomium, quod non ab infidelibus ortum duxerit, sed a fidelibus, etsi ex Judæis. Pater tamen ejus Græcus erat. Observa autem quomodo lex cœperit dissolvi, hujusmodi factis jam tum commistionibus.

Persuasus sum autem quod et in te. Quoniam majorum bona, si quidem nos tales simus, nobis in gloriam cedunt, sin minus, contumeliæ nobis loco sunt : propterea, inquit, majorum fides etiam in te est, uti certo persuasus sum. Merito igitur non fucatam hanc habes, ut quæ a majoribus tuis in te etiam fundata sit, ut adeo non possit concuti.

VERS. 6. *Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei.* Quia, inquit, novi te non simulatam habere fidem, excito te, ut gratiam Spiritus, quam accepisti ad præfecturam Ecclesiæ, ad signorum operationem, et simpliciter ad omnem quæ episcopum deceat virtutem, ut hanc exsuscites, hoc est, ut semper vivam et floridam facias. Quemadmodum enim ignis lignis indiget, hunc ad modum gratia Spiritus opus habet promptitudine, et attentione, et vigilantia, ut semper ferveat : nam nisi hæc præsto sint, exstinguitur ; quemadmodum 595 et alio in loco dicit : *Spiritum nolite exstinguere.*

A ἔοικε, καὶ οὐ κατὰ ἀνθρώπινον λογισμόν, ὡς οἱ πολλοὶ διὰ δόξαν αἵρεσιν συνιστῶντες, ᾗ συνοίδασι πολλὴν τὴν σαθρότητα. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ ὑποπτεύσῃς με ἄλλα φρονεῖν, καὶ ἄλλα λέγειν· καθαρόν μοί ἐστι τὸ συνειδός, ὥσπερ ἀεί, καὶ νῦν. Οὐ ψεύδομαι τοίνυν λέγων ὅτι φιλῶ σε, καὶ ἀεὶ μέμνημαί σου.

Ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περί σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι μέμνημαί σου. Οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλ' ἐν ταῖς δεήσεσι, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν Θεὸν παρακαλῶν ὑπὲρ σοῦ, ὡς ἂν πληρώσῃ μου τὸν πόθον, ὃν ἔχω, ὥστε ἰδεῖν σε. Πῶς οὖν ἐστέρησα ἂν ἐμαυτὸν ἑκὼν τοσαύτης ἡδονῆς, B εἰγε ἡδυνάμην ἐλθεῖν ; Διὰ τί οὖν οὐ λέγει φανερῶς τὴν αἰτίαν, τὸ κατέχεσθαι παρὰ Νέρωνος ; Ἵνα μὴ λυπήσῃ αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς. Πρὸς τῷ τέλει δὲ ταύτην ἀνακαλύπτει.

Μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ. Οὕτω σύνταξον· Ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ· εἶτα διὰ μέσου, *μεμνημένος σου τῶν δακρύων.* Εἰ γὰρ καὶ σφόδρα ἄφιλος φύσει ἦμην, ἀλλ' οὖν γε τὰ δάκρυά σου ἱκανὰ κάμψαι με, εἰς μνήμην ἐλθόντα. Εἰκὸς γὰρ ἦν τὸν Τιμόθεον ἀποσχιζόμενον Παύλου, ὀδύρεσθαι μᾶλλον ἢ παιδίον τοῦ μαστοῦ ἀποσπώμενον.

Ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου C πίστεως. Οὐ μόνον τῶν δακρύων μεμνημένος, ἐπιποθῶ σε ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀδόλου σου πίστεως· μέγα γάρ σοι καὶ τοῦτο δικαίωμα πρὸς τὸ ἀγαπᾶσθαι ὑπ' ἐμοῦ.

Ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι, καὶ τῇ μητρί σου Εὐνίκῃ. Καὶ ἄλλο ἐγκώμιον, ὅτι οὐκ ἀπὸ ἀπίστων ἐγένετο, ἀλλ' ἀπὸ πιστῶν, εἰ καὶ ἐξ Ἰουδαίων. Ὁ μέντοι πατὴρ αὐτοῦ Ἕλλην ἦν. Ὅρα δὲ πῶς ὁ νόμος ἤρξατο καταλύεσθαι, τῶν ἐπιμιξέων τούτων γινομένων.

Πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί. Ἐπειδὴ τὰ τῶν προγόνων καλὰ, ἐὰν μὲν καὶ ἡμεῖς τοιοῦτοι ὦμεν, δοξάζει ἡμᾶς, εἰ δὲ μή, εἰς αἰσχύνην μᾶλλον ἡμῖν εἰσι, διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι ἡ τῶν προγόνων πίστις καὶ ἐν σοί ἐστιν, ὡς ἀκριβῶς πέπεισμαι. Εἰκότως D οὖν ἀνυπόκριτον ἔχεις ταύτην, ὡς ἄνωθεν τεθεμελιωμένην, καὶ σαλεύεσθαι οὐκ ἐχουσαν.

Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ. Διότι, φησὶν, οἶδά σε ἀνυπόκριτον ἔχοντα πίστιν, διεγείρω σε, ὥστε τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ἣν ἔλαβες εἰς προστασίαν τῆς Ἐκκλησίας, εἰς σημείων ἐργασίαν, καὶ ἁπλῶς, εἰς πᾶσαν τὴν ἐπισκόπῳ πρέπουσαν ἀρετήν. ταύτην ἀναζωπυρεῖν, τουτέστιν, ἀεὶ ζῶσαν καὶ ἀκμάζουσαν ἐργάζεσθαι. Ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ δεῖται ξύλων, οὕτω καὶ ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος δεῖται προθυμίας, καὶ προσοχῆς, καὶ νήψεως, ἵνα ἀεὶ ἀναζέῃ· ὡς ἐὰν μὴ ταῦτα παρῶσι, σβέννυται, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· *Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε.*

Ὃ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Ἔστι μὲν ἐν σοὶ ἡ χάρις αὕτη, ἣν ἔλαβες ἅμα τῷ ἐπιθεῖναί μέ σοι τὰς χεῖρας, ὅτε σε ἐχειροτόνουν ἐπίσκοπον· πλὴν σφοδρότερον τὸ πῦρ ἔργασαι. Ὃν ἔλαβες λόγον, παῤῥησίας ἔμπλησον καὶ ἀνδρείας· στῆθι γενναίως.

Quæ est in te per impositionem manuum mearum. In te quidem habitat ipsa gratia, quam accepisti cum imponerem ego tibi manus, quando episcopum te consecrabam. Atqui ignem istum vehementiorem effice : quod accepisti verbum fiducia et fortitudine impleas : fortiter persta.

Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως. Τουτέστιν, οὐ διὰ τοῦτο ἐλάβομεν τὸ Πνεῦμα, ἵνα ὑποστελλώμεθα, ἀλλ' ἵνα δυνατοὶ ὦμεν πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, καὶ παῤῥησιαζώμεθα· πολλοῖς γὰρ δίδωσι πνεῦμα δειλίας, ὡς ἐν ταῖς Βασιλείαις γέγραπται· Καὶ ἐπέπεσε πνεῦμα δειλίας ἐπ' αὐτούς· τουτέστι, φόβον αὐτοῖς ἐνέθηκε.

VERS. 7. *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis.* Hoc est, non propterea accepimus Spiritum, ut submittamur, verum ut potentes simus adversus tentationes, et libere loquamur : plerisque enim dat spiritum timoris, ut in Regum libris memoriæ proditum est : *Ac cecidit spiritus timoris super eos :* hoc est, metum ipsis incussit.

Καὶ ἀγάπης. Τῆς τε πρὸς αὐτὸν, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον. Καὶ τὸ ἀγαπᾷν γὰρ τὸν Θεὸν ὡς πατέρα, ἐκ τοῦ Πνεύματος ἔχομεν τοῦ ποιοῦντος ἡμᾶς κράζειν· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. Καὶ τὸ μὴ σαλεύεσθαι ἐκ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης, χάρισμά ἐστιν ἀπὸ Θείας δυνάμεως γινόμενον, ὥσπερ αὖ τὸ σκανδαλίζεσθαι, ἀπὸ δειλίας καὶ μικροψυχίας. Πλὴν δεῖ καὶ ἡμᾶς προτέρους ἐπιδείκνυσθαι τὰ παρ' ἑαυτῶν.

Et charitatis. Tum erga ipsum, tum erga proximum. Quod enim Deum veluti patrem diligamus, a Spiritu habemus faciente nos clamare : *Abba, Pater.* Præterea, quod a proximi dilectione non excutimur, donum est a divina potentia proveniens : quemadmodum rursus offendi, est a metu et pusillanimitate. Verumtamen oportet et nos prius ostendere quæ sunt a nobis ipsis.

Καὶ σωφρονισμοῦ. Ἢ ἵνα σώφρονες ὦμεν, καὶ ὑγιεῖς τὴν διάνοιαν, καὶ ἐν καταστάσει· ἢ ἵνα σωφρονισμὸν ἔχωμεν τὸ Πνεῦμα, κἂν τις πειρασμὸς ἡμῖν ἐπιγένηται, πρὸς σωφρονισμὸν τοῦτον δεχώμεθα· ἢ ἵνα καὶ ἄλλοις ὦμεν σωφρονισταὶ καὶ παιδευταί.

Et sobrietatis. Vel ut sobrii simus, et sanæ mentis et constitutionis ; vel ut Spiritum ipsum loco castigationis habeamus, ac si qua nobis tentatio acciderit, ipsam ad emendationem accipiamus, vel ut aliis etiam simus castigatores et institutores.

Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Πολλοὶ τρισάθλιοι ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἐξετάζοντες τὰ ὑπὲρ κατάληψιν, αἰσχύνην νομίζουσι τὸ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σταυρωθῆναι λέγειν, ἀγνοοῦντες ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦ τούτου ὁ κατάδικος ἄνθρωπος υἱὸς Θεοῦ ἐγένετο. Σὺ οὖν, ὦ Τιμόθεε, μὴ ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον καὶ τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, τὸν διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀλλὰ παῤῥησιάζου μᾶλλον, καὶ κήρυττε τοῦτον. Οὐκ εἶπε δὲ, Μὴ δείσῃς, ἀλλὰ, Μὴ ἐπαισχυνθῇς, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἔχει κίνδυνον τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ μόνον αἰσχύνην· εἰ τούτῃς καταφρονήσεις, ἀκίνδυνα τἄλλα.

VERS. 8. *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri.* Plerique ter miseri, humanis rationibus explorantes quæ sunt ultra humani ingenii captum, ignominiam putant asseverare Filium Dei cruci affixum esse, ignorantes quod per crucem hanc homo morti obnoxius, filius Dei factus sit. Te itaque, o Timothee, haud pudeat testimonii sive martyrii, necnon mortis Christi quam in cruce sustinuit : sed eo potius liberius loquere, et prædicate illam. Non dixit autem, Ne metuas, sed, Ne erubescas : ut ostendat nihil esse periculi in re, sed solam ignominiam : quam si contempseris, cætera periculo vacant.

Μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ. Μὴ αἰσχυνθῇς, εἰ ἐγὼ ὁ νεκροὺς ἐγείρων, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, δέδεμαι. Οὐ γὰρ ὡς κακοῦργος δέδεμαι, ἀλλ' αὐτοῦ εἰμι δέσμιος, τουτέστι, δι' αὐτόν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος σταυρὸν οὐκ ἐπαισχύνθη, πῶς ἐγὼ τὰ δεσμά;

Neque me vinctum ejus. Ne pudeſias, inquit, si ego qui mortuos excito, orbis terrarum doctor, vinctus sim. Non enim ut maleficus vinctus sum, sed *ejus* vinctus sum, hoc est propter ipsum. Si enim ille crucem non erubuit, quomodo me vinculorum pudebit?

Ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ. Τουτέστι, μὴ ἁπλῶς δείξῃς, ὅτι οὐκ ἐπαισχύνῃ, ἀλλὰ τῇ πείρᾳ καὶ διὰ τῶν ἔργων, καὶ κοινωνὸς γενοῦ καὶ τῷ Χριστῷ καὶ ἐμοὶ τῶν αὐτῶν. Ταῦτα δὲ καὶ διὰ τῶν ἀνωτέρω ἡνίξατο, εἰπών, ὅτι Δέδωκεν ἡμῖν Πνεῦμα δυνάμεως. Τί δέ ἐστι, συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ; Ἆρα ὡς τοῦ εὐαγγελίου κακοπαθοῦντος; Οὐκ ἔστι τοῦτο· ἀλλ' ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι Συγκακοπάθησον ἐμοὶ, διὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἢ Εὐαγγέλιον λέγει πάντας τοὺς τοῦ Εὐαγγελίου κήρυκας καὶ μύστας, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους. Συγκακοπάθησον οὖν τοῖς τοῦ Εὐαγγελίου. Ἴσως δέ τις

Sed simul affligere cum Evangelio. Hoc est, non simpliciter ostendas quod non te pudet, verum experientia et per opera ostende, et Christi et mei in iisdem particeps esto. Hæc autem et per superiora **596** indicavit, dicens : *Dedit nobis Spiritum virtutis.* Quid autem est, *simul affligere cum Evangelio?* Num Evangelium affligitur? Haudquaquam : sed vel hoc dicit : Simul mecum affligere propter Evangelium : vel Evangelium appellat omnes et Evangelii præcones et mystas, sicut et in priori ad Corinthios [38]. Simul igitur affligere cum Evangelii ministris. Fortasse autem aliquis curiosius afflic-

[38] II Cor. IX, 12.

tionem Evangelii dicet impedimentum et incredulitatem in illud. Tu igitur una cum Evangelio hunc in modum laboranti periclitare.

Secundum virtutem Dei. Quia molestum erat quod dixit, *simul affligere*, lenit illud: Non enim, inquit, tua virtute, sed Christi, hoc facies: tua est electio et promptitudo.

VERS. 9. *Qui servavit nos, et vocavit vocatione sancta.* Potentiæ Dei signa ob oculos ponit. Servavit enim, inquit, nos, et cum procul eramus, vocavit ad seipsum, ut sanctos nos faceret. Qui igitur nolentes servavit, multo magis nunc volentibus succurret.

Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam. Nullo agente, nemine consulente, verum ex proprio proposito, hoc est, per sese, sua bonitate motus.

Quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia. Hoc est, præformatum, sine principio, et ante sæcula, ut daretur nobis per Christum Jesum Dominum nostrum. Non parvi autem est momenti res, Deum non ex consilii sui mutatione, sed ante sæcula de nobis ista voluisse.

VERS. 10. *Manifestata est autem nunc per apparitionem Servatoris nostri Jesu Christi.* Etiamsi enim prædefinita erat gratia, nunc tamen primum manifestata est, quando apparuit Servator.

Qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium. In proprio quidem corpore re ipsa mortem delevit, cum illud incorruptum reddidit: nos vero per Evangelium illuminavit, ut vitam speremus et immortalitatem. Nondum enim actu immortalitate donati sumus, verum exspectamus, atque spem istam nobis ratam fecit Evangelium.

VERS. 11. *Ad quod positus sum ego prædicator et apostolus, doctorque gentium.* Cujus rei gratia doctorem gentium nunc se appellavit? Ut Timotheo ostendat oportere etiam ipsum cum gentibus conversari, neque propterea decidere animo, sed me imitari, qui propter Evangelii præconium jam vinctus sum.

VERS. 12. *Ob quam causam etiam hæc patior.* Quod sim prædicator gentium. Non enim ceu malefactor. Simul autem **597** sermoni suo parit fidem: Nisi enim, inquit, credidissem mortem esse abolitam, ista non paterer.

Sed non pudefio. Animadvertis quomodo operibus probat, quod Timotheum docebat, nimirum, ne puderet eum afflictionum?

Scio enim cui credidi, et certus sum quod potens est depositum meum servare in illum diem. Deus bone! quanta hæc fiducia! quam indubitata spes! Novi, inquit, sumque certo persuasus. *Depositum* autem vel fidem ac prædicationem dicit, quod ipse

περιεργότερον κακοπάθειαν τοῦ Εὐαγγελίου ἐρεῖ τὸν ἐμποδισμὸν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ ἀπιστίαν. Συγκινδύνευσον[96] οὖν καὶ σὺ τῷ οὕτω πάσχοντι[97] Εὐαγγελίῳ.

Κατὰ δύναμιν Θεοῦ. Ἐπεὶ φορτικὸν ἦν τὸ *κακοπάθησον*, παραμυθεῖται αὐτό[98]· Μὴ γάρ, φησὶ, δυνάμει τῇ σῇ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Χριστοῦ· σὸν τὸ ἐλέσθαι καὶ ἡ προθυμία.

Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ. Δείκνυσι τὰ τεκμήρια τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Ἔσωσε γὰρ ἡμᾶς, φησὶ, καὶ πόρρω ὄντας ἐκάλεσε πρὸς ἑαυτὸν, ὡς ἂν ἁγίους ἡμᾶς ἐργάσηται. Ὁ οὖν μὴ θέλοντας σώσας, πολλῷ μᾶλλον νῦν θέλουσι συνεργήσει.

Οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν. Οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, οὐδενὸς συμβουλεύοντος, ἀλλ' ἐξ ἰδίας προθέσεως, τουτέστιν, οἰκοθεν ἐκ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ὁρμώμενος.

Τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων. Τουτέστι, προτυπωθεῖσαν ἀνάρχως· καὶ προαιωνίως δοθῆναι ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, τὸ μὴ ἐκ μεταμελείας, ἀλλὰ προαιωνίως ταῦτα τὸν Θεὸν βούλεσθαι ἐφ' ἡμῖν.

Φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ καὶ προώριστο ἡ χάρις, ἀλλὰ νῦν ἐφανερώθη, ὅτε ἐπέφηνεν ὁ Σωτήρ.

Καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου. Ἐν μὲν τῷ οἰκείῳ σώματι κατήργησεν ἐμπράκτως τὸν θάνατον, ἀφθαρτίσας αὐτό· ἡμᾶς δὲ ἐφώτιζε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐλπίζειν τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν. Οὐ γὰρ ἤδη ἡμεῖς ἠφθαρτίσθημεν ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ μέλλομεν, καὶ τὴν ἐλπίδα ταύτην τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῖν ἐβεβαίωσεν.

Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν. Τίνος ἕνεκεν διδάσκαλον ἑαυτὸν ἐθνῶν νῦν ὠνόμασε; Τῷ Τιμοθέῳ δεικνύων ὅτι Δεῖ καὶ σὲ τοῖς ἔθνεσιν ὁμιλεῖν, καὶ μὴ καταπίπτειν, ἀλλ' ἐμὲ μιμεῖσθαι τὸν διὰ τὴν διδασκαλίαν Εὐαγγελίου δεδεμένον.

Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω. Διὰ τὸ εἶναι κήρυξ τῶν ἐθνῶν. Οὐ γὰρ ὡς κακοῦργος. Ἅμα δὲ καὶ ἀξιόπιστον ποιεῖ τὸν λόγον, ὅτι Ἐὰν μὴ ἐπίστευον καταβληθῆναι[99] τὸν θάνατον, οὐκ ἂν ταῦτα ἔπασχον.

Ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. Ὁρᾷς πῶς διὰ τῶν ἔργων ἐνδείκνυται ὃ ἐδίδασκε τὸν Τιμόθεον, τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι τὰ πάθη;

Οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παρακαταθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Βαβαὶ τῆς παῤῥησίας, καὶ τῆς ἀδιστάκτου ἐλπίδος! Οἶδα, φησὶ, καὶ πέπεισμαι ἀσφαλῶς. *Παρακαταθήκην* δὲ ἢ τὴν πίστιν

Variæ lectiones.

[96] συγκακοπάθησον O. [97] ὄντως; κάμνοντι O. [98] τοῦτο O. [99] κατακλιθῆναι O.

φησὶ καὶ τὸ κήρυγμα, ὅτι αὐτὸς ὁ παραθέμενός μοι Χριστὸς φυλάξει ταῦτα, καὶ πάσχω πάντα ὥστε τὸν θησαυρόν μου μὴ συληθῆναι· ἢ τοὺς πιστοὺς λέγει, οὓς παρέθετο αὐτῷ ὁ Χριστός, ἢ οὓς αὐτὸς παρέθετο τῷ Κυρίῳ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Παρατίθεμαι ὑμᾶς τῷ Κυρίῳ· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι Οὐκ αἰσχύνομαι, ἐλπίζων ὅτι πολλοὺς προσάξω τῷ Θεῷ, οὓς καὶ φυλάξει, ὡς ἂν με ὑπὲρ αὐτῶν δοξάσῃ [1]. Ἢ *παραθήκην* λέγει τὴν ἀντιμισθίαν· καὶ γὰρ πᾶς ὁ καλόν τι ποιῶν, τῷ Θεῷ αὐτὸ παρατίθησιν, ὡς ἂν ἐν καιρῷ ὑπὲρ αὐτοῦ στεφανωθῇ.

Ὑποτύπωσιν ἔχε τῶν ὑγιαινόντων λόγων. Ὥσπερ ζωγράφος ἔγραψά σοι, καὶ ὑπετυπωσάμην εἰκόνα καὶ ἀρχέτυπον, ἵνα πρὸς τοῦτο ἀφορῶν καὶ αὐτὸς ζωγραφῇς ταύτην τὴν ὑποτύπωσιν τῶν ἐμῶν λόγων· τουτέστι, τὸ ἀρχέτυπον ἔχε, κἂν τι δέῃ ζωγραφῆσαι, ἀπ' αὐτῆς λάμβανε καὶ ζωγράφει. Πάντα γὰρ ἐκεῖ ἐναπόκεινται.

Ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας. Οὐ διὰ γραμμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ στόμα κατὰ στόμα. Μὴ τοίνυν ἐλλειπῶς ἔχειν νομίζομεν τὰς Ἐπιστολάς, ὡς μὴ περὶ πάντων διαλαμβανούσας [2], ὅπου γε ἀγράφως πολλὰ παρέθετο.

Ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τουτέστιν, οἱ λόγοι μου καὶ περὶ πίστεως καὶ ἀγάπης διαγορεύουσιν [3]· ὅ ἐστι περὶ δογμάτων καὶ περὶ βίου· κἂν τι δέῃ δογματίσαι ἐνάρετον, ἢ εἰπεῖν, ἢ πρᾶξαι, ἐκεῖθέν σοι λαβεῖν ἔξεστι.

Τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον, διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Τὰς περὶ πίστεως, τὰς περὶ βίου παρατεθείσας σοι ἐντολάς, ἢ τὸ χάρισμα ὃ ἔλαβες, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἶπε. Πῶς δὲ φυλάξεις; Οὐκ ἀνθρωπίνῃ ἰσχύει, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος ἁγίου, ὃ ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ βαπτίσματος. Ἐὰν δὲ τηρήσωμεν αὐτὸ καὶ οὐ διώξωμεν διὰ τῶν φαύλων πράξεων, φυλάξει καὶ αὐτὸ ἡμῖν πάντα ὅσα παρὰ Θεοῦ ἔχομεν. Σπούδασον οὖν φυλάττειν τὸ Πνεῦμα, καὶ αὐτὸ πάλιν τηρήσει σοι τὴν παρακαταθήκην. *Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς ματὴν ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.*

Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης. Ἐξηγεῖται τοὺς πειρασμούς, οὐχ ἵνα καταβάλλῃ τὸν μαθητήν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον πείσῃ, εἴγε καὶ αὐτὸς τοῖς ἴσοις περιπέσοι, μὴ ξένον τι παθεῖν, ἀλλὰ φέρειν. Ἐπειδὴ γὰρ συνελήφθη ὑπὸ Νέρωνος, κατέλιπον αὐτὸν πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας ἐνδημοῦντες τῇ Ῥώμῃ.

Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ. Ὅρα φιλοσοφίαν· τοὺς μὲν καταλιπόντας οὐ κατηράσατο, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον [4] ἀφηγήσατο τὸ γεγονός. Τῷ δὲ φροντίσαντι αὐτοῦ ἐπεύχεται, καὶ οὐκ αὐτῷ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· οὕτως ἦσαν ἐνάρετοι, οὕτως αὐτοὺς Ὀνησιφόρος ἐπαίδευσεν.

qui hæc apud me reposuit, Christus, eadem servabit : omniaque patior, ne thesauro isto meo spolier ; vel fideles dicit, quos Christus ipsi commendavit, aut quos ipse commendavit Domino : sicut et alio in loco dicit, Commendo vos Domino. Perinde ac si dicat : Non erubesco, sperans me non paucos adducturum Deo, qui os et custodiet, ut illorum gratia me glorificet. Vel *depositum* mercedem dicit. Qui enim boni quidquam agit, veluti apud Deum isthuc reponit, ut propter ipsum tempore opportuno coronetur.

Vers. 13. *Formam habe sanorum sermonum.* Pictoris instar depinxi atque expressi tibi imaginem et archetypum, ad quem ipse respiciens, hanc sermonum meorum formam depingere possis : hoc est, archetypum habe, ac si quid pingendum fuerit, ab illa imagine sume, ac pinge : illic enim omnia reposita sunt.

Quos a me audisti. Non per litteras tantum, verum coram. Ne igitur mancas putemus Epistolas, quippe quod de omnibus non pertractent, siquidem multa tradidit sine litteris.

In fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu. Hoc est, sermones mei de fide et charitate disserunt, hoc est de doctrina et vita : et si quid docere, vel dicere, vel agere oportet quod virtutem spiret, illinc tibi petere licet.

Vers. 14. *Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum qui inhabitat in nobis.* Nimirum quæ de fide, quæ de vita tradita sunt tibi præcepta, vel gratiam quam accepisti, quemadmodum supra dixit. Quomodo autem custodies ? Non humano robore, sed per Spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis per baptisma. Quod si ipsum servaverimus, et non per prava opera propulerimus, Ipse etiam omnia quæ a Deo habemus, nobis custodiet. Da igitur operam, ut custodias Spiritum, et ipse rursus servabit tibi depositum. *Nisi enim Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam* [a].

Vers. 15. *Novisti hoc, quod aversi sint a me* **598** *omnes qui sunt in Asia, ex quibus est Phygellus et Hermogenes.* Tentationes recenset, non ut dejiciat discipulum, sed ut magis persuadeat, ne is, si in consimiles tentationes incidat, nova se pati arbitretur, sed æquo animo ferat. Postquam enim a Nerone comprehensus esset, dereliquerunt eum omnes qui in Asia erant, hoc est, qui ex Asia Romæ tum præsentes erant.

Vers. 16. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui.* Vide philosophiam ejus. Eos qui a se defecerant, non exsecratus est, sed simpliciter rem gestam tantummodo narravit. Pro illo autem qui sui curam gesserat, preces fundit : nec ipsi tantummodo, verum etiam universæ ejus domui ; adeo virtute fulserunt, adeo præclare eos Onesiphorus instituerat.

[a] Psal. cxxvi, 1.

Variæ lectiones.

[1] αὐτοῦ δοξασθῇ o. [2] διαλαβούσας o. [3] διαλαμβάνουσιν o. [4] μᾶλλον o.

Quoniam sæpe me refrigeravit. Tanquam athletam quempiam afflictionum æstu detentum, refrigeratione me dignatus est, non semel, sed sæpius. Hanc ad rationem et nos facere oportet, ac semper incitare eos qui boni quidpiam exercent : sic enim fiet ut participes præmii eorum reddamur. Nolito enim mihi Paulum objicere. Certe Paulus, etiamsi neminem adjutorem habuisset, firmus tamen permansisset. At alius aliquis fortasse non perseverabit, nisi aliquem habuerit, qui suffulciat eum. Si igitur aliquis inventus fuerit qui eum adjuvet, ejusque curam gerat, planum est talem victoriæ ejus consortem fieri : quod si victoriæ, coronarum etiam. Nam et in bellis apud veteres, qui sarcinas et impedimenta custodiebant, æqualem cum militibus prædam sortiebantur.

A Ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε. Καθάπερ ἀθλητήν τινα ὑπὸ αὐχμοῦ συνεχόμενον τῶν θλίψεων, ἀναψύξεως ἠξίωσεν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις. Οὕτω δεῖ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν, πάντοθεν καὶ ἀεὶ συγκροτεῖν τοὺς ἀγαθόν τι μετιόντας· οὕτω γὰρ κοινωνοὶ αὐτοῖς ἐσόμεθα τῶν μισθῶν. Μὴ γάρ μοι τὸν Παῦλον εἴπῃς. Ὁ Παῦλος, κἂν μηδένα εἶχε τὸν συγκροτοῦντα, ἔμεινεν ἂν ἑδραῖος, Ἀλλ' ἴσως ἄν τις ἄλλος οὐ καρτερήσει, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸν ἀντιστηρίζοντα. Ἐὰν οὖν εὑρεθῇ τις συγκροτῶν αὐτὸν καὶ ἐπιμελούμενος αὐτοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς νίκης κοινωνεῖ· εἰ δὲ τῆς νίκης, καὶ τῶν στεφάνων. Κἀν τοῖς πολέμοις δὲ τὸ παλαιὸν οἱ τὰ σκεύη φυλάττοντες, τοῖς στρατιώταις ἐξ ἴσου διελάγχανον τῶν λαφύρων.

Nec puduit eum catenæ meæ. Ubique pudorem dicit, non periculum, fiduciam Timotheo reddens, quasi solus pudor, et non periculum rei inesset. Atqui periculum certe aderat : nam et Nero sæviebat adversus Paulum, ut qui instituisset quempiam ex domesticis ipsius.

B Καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπησχύνθη. Πανταχοῦ τὴν αἰσχύνην λέγει, οὐ τὸν κίνδυνον, παραθαῤῥύνων Τιμόθεον, ὡς αἰσχύνης μόνης, καὶ οὐ κινδύνου προσόντος. Καίτοι γε καὶ κίνδυνος προσῆν· ὁ γὰρ Νέρων ἐμαίνετο κατὰ Παύλου, ὡς κατηχήσαντός τινα τῶν οἰκείων αὐτῷ.

Ver. 17. *Verum cum esset Romæ, diligentius quæsivit me, et invenit.* Non solum, inquit, non fugit meum occursum, verum etiam me quæsivit, et invenit : quod magnæ et fortitudinis et fidei argumentum.

Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρεν. Οὐ μόνον οὐκ ἔφυγέ μου τὴν συντυχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπεζήτησέ με, καὶ εὗρεν, ὃ μεγάλης ἀνδρείας καὶ πίστεως.

Ver. 18. *Det ei Dominus invenire misericordiam a Domino in die illa.* Misertus est mei, inquit : recipiat igitur retributionem in tremenda die, quando multa misericordia opus erit omnibus, imo ipsis sanctis. Si autem Onesiphorus, qui pro Christi nomine periculis sese objecit, per misericordiam servatur, multo magis nos. Hic autem prosiliunt qui Marcionis dogmate inficiuntur. En duo, inquiunt, Domini. Sed non ita se res habet. Unus est enim Dominus [40], sicut et hic ipse Paulus alio in loco ait. Est autem in more Scripturæ sic **599** loqui, ut, *Pluit Dominus a Domino* [41], hoc est, a seipso. Hunc ad modum et hic. Quod si et Patrem et Filium hic significari acceperis, nihil absurdi admittetur : nam et Pater Dominus est, et Filius Dominus, et Spiritus Dominus : sed unus tamen Dominus in tribus personis indicatur. Animadverte autem quod hic non dixerit, Det ei Dominus aliud quiddam, sed, *misericordiam.*

C Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Ἠλέησέ με, φησί· λάβοι τοίνυν τὴν ἀνταπόδοσιν ἐν τῇ φρικτῇ ἡμέρᾳ, ὅτε πολλοῦ ἐλέους χρεία πᾶσι, καὶ τοῖς ἁγίοις. Εἰ δὲ Ὀνησιφόρος, ὁ κινδύνοις ἑαυτὸν παραβάλλων, διὰ Χριστὸν, ἀπὸ ἐλέους σώζηται, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Ἐνταῦθα δὲ ἐπιπηδῶσιν οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες [a], Ἰδού, λέγοντες, δύο Κύριοι· Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Εἷς γὰρ Κύριος, ὡς οὗτος αὐτὸς ὁ Παῦλος ἀλλαχοῦ φησιν. Ἔθος δὲ τῇ Γραφῇ οὕτω κεχρῆσθαι τῷ λόγῳ, ὡς τὸ *Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου*, τουτέστι παρ' ἑαυτοῦ. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Εἰ δὲ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν δηλοῦσθαι ἐνταῦθα δέξῃ, οὐδὲ τοῦτο ἄτοπον. Καὶ ὁ Πατὴρ γὰρ Κύριος, καὶ ὁ Υἱὸς Κύριος, καὶ τὸ Πνεῦμα Κύριος· ἀλλ' εἷς Κύριος ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἐμφαινόμενος. Ὅρα δὲ ὅτι οὐκ εἶπε· Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος ἕτερόν τι, ἀλλ', *ἔλεος.*

Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti. Assuefactus est, inquit, ad bona opera : non semel fecit, sed et Ephesi et Romæ. Talem oportet esse Christianum, qui semper bonum operetur, etiam per omnem vitæ cursum.

D Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις. Συνήθης ἐστὶ, φησὶ, τῇ ἀγαθοεργίᾳ· οὐχ ἅπαξ ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἐφέσῳ καὶ ἐν Ῥώμῃ. Τοιοῦτον εἶναι δεῖ τὸν Χριστιανὸν, ἀεὶ τὸ ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι, καὶ δι' ὅλης τῆς ζωῆς.

CAPUT II.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ver. 1. *Tu igitur, fili mi, confortare.* Quid ais? Dixisti te vinctum esse, adeoque omnes te deseruisse : jam vero quasi nihil triste patiaris, in-

Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ. Τί λέγεις; Εἶπας ὅτι δέδεσαι, ὅτι πάντες σε ἀπεστράφησαν, καὶ ὥσπερ οὐδὲν δεινὸν εἰπὼν, ἐπιφέρεις· Σὺ οὖν,

[40] Ephes. IV, 5. [41] Gen. XIX, 24.

Variæ lectiones.

[a] φρονοῦντες O.

τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ; Ναὶ, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον, ὅτι ἐγὼ ἐν δεινοῖς, σὺ ἐνδυναμοῦ· εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ὁ διδάσκαλος οὐκ ἔπασχον τοιαῦτα, ἴσως ἔδει σε καταπίπτειν, ὡς ἐν κινδύνοις βεβηκότα νέον καὶ ἄπειρον. Νῦν δὲ οὐ μικρά σοι παράκλησις πρὸς τὸ φέρειν γενναίως τὰ συμπίπτοντα, ὅτι καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πάσχω, ὡς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ἐχούσης τοὺς κινδύνους, ἀλλ' οὐ τῆς σῆς ἀπειρίας. Ἐπεὶ καὶ καθόλου πᾶς ἐλάττων ἐν οἱῳδήποτε πράγματι κινδύνοις περιπεσὼν παρακαλεῖται [6] μεγάλως, ὅταν καὶ τὸν αὐτοῦ μείζονα ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ. Ὅρα δὲ μετὰ πόσης φιλοστοργίας παραινεῖ, *τέκνον μου*, λέγων· ὡς ἂν εἰ γὰρ τὴν ψυχὴν τῷ ῥήματι ἐνεστάλαξεν. Εἰ τέκνον εἶ, τὸν πατέρα μιμοῦ.

Ἐν τῇ χάριτι, τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Μὴ μόνον ἀπὸ τοῦ κατ' ἐμὲ ὑποδείγματος ἐνδυναμοῦ, ἀλλὰ μάλιστα διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ. Ἐκείνην ἔχε συναγωνιζομένην [7], δι' ἧς ἐλάβομεν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἀδικεῖσθαι.

Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων. Ἃ ἤκουσας, οὐχ ἃ συνεζήτησας· ἡ γὰρ πίστις ἐξ ἀκοῆς. Ἤκουσας δὲ οὐ λάθρα, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας, πολλῶν παρόντων. Τινὲς δὲ, *πολλοὺς μάρτυρας*, νόμον καὶ προφήτας ἐνόησαν. Γραφικαῖς γὰρ μαρτυρίαις [8] συνεκροτεῖτό μοι ὁ λόγος.

Ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις. Οὐκ εἶπεν· Εἰπὲ, ἀλλά· *Παράθου*, καθάπερ ἐπὶ θησαυροῦ. Τὸ γὰρ παρατιθέμενον, ἐν ἀσφαλείᾳ παρακατατίθεται [9]. Ποιεῖ δὲ διὰ τούτου τὸν μαθητὴν προσεκτικώτερον. *Πιστοῖς*, οὐ συλλογιστικοῖς καὶ συζητικοῖς· *πιστοῖς* δὲ, τοῖς μὴ προδιδοῦσι τὴν παρακαταθήκην.

Οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. Τί γὰρ ὄφελος, ὅταν τις αὐτὸς μὲν πιστὸς ᾖ, καὶ πάντα δέχεται ἀζητήτως, μὴ δύναται δὲ καὶ εἰς ἑτέρους ἐξάγειν [10] τὴν διδασκαλίαν; Καὶ αὖ, εἰ μὴ προδιδῷ μὲν τὸν λόγον αὐτὸς, οὐ δύνηται δὲ καὶ ἄλλους τοιούτους ποιεῖν; Δύο τοίνυν ἔχειν δεῖ, καὶ πιστὸν εἶναι, καὶ διδακτικὸν τὸν διδάσκαλον. Ταῦτα γὰρ δῆλον, ὅτι περὶ πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων αὐτῷ διατάττεται, οὐ περὶ λαϊκῶν· τοῦτο γὰρ ἄτοπον, ὅπου γε αὐτὸς ὁ Παῦλος καὶ Ἕλλησι καὶ Ἰουδαίοις ἐπέστελλεν [11]. Οἶμαι δὲ ὅτι καὶ περί τινων μυστικωτέρων λέγει, ἃ δεῖ πιστοῖς καὶ διδακτικοῖς παρατίθεσθαι.

Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς ὅτι τὸ κακοπαθεῖν στρατιώτου; Ὥστε τὸ μὴ κακοπαθεῖν οὐ στρατιώτου. Οὐ τοίνυν χρὴ δυσχεραίνειν, εἰ κακοπαθεῖ τις ἐν στρατιώταις τεταγμένος. Ὅσον δὲ τὸ ἀξίωμα εἶναι

A fers. *Tu igitur, fili mi, confortare?* Næ, ob hoc ipsum tu magis, quia ego captivus detineor, robustus esto. Si enim ego præceptor tuus talia non paterer, potuisses forsan tu succumbere, quippe qui juvenis et inexpertus in pericula incidisses. Jam vero haud parum tibi consolationis præbet, ut generose feras quæ tibi evenient, quandoquidem et ipse hujusmodi patiar; tanquam rei natura pericula habeat, non tua imperitia. Siquidem in universum unusquisque inferior, in quocunque negotio in pericula inciderit, magnam accipit consolationem, si videat seipso majorem ilsdem immergi. Expende autem quam paterno affectu adhortetur, *Fili mi*, dicens: quodammodo enim animam cum verbo instillavit. Si filius es, patrem imitare.

B *In gratia quæ est in Christo Jesu.* Non solum meo exemplo confortare, verum præcipue per gratiam Christi. Illam habe certaminis sociam, per quam accepimus potestatem, ut conculcemus serpentes et scorpiones, et omnem potentiam hostis, et ut a nemine injuria afficiamur.

Vers. 2. *Et quæ audivisti a me per multos testes.* Quæ audivisti, non quæ inquisivisti: fides enim ex auditu. Audivisti autem non clanculum, sed libere et palam, multis præsentibus. Nonnulli autem, *multos testes*, legem et prophetas intellexerunt. Nam sermo meus Scripturæ testimoniis instruebatur.

C *Hæc commenda fidelibus hominibus.* Non ait: Dic, sed: *Commenda*, veluti de thesauro. Quod enim commendatur et deponitur, ut in tuto sit reponitur. **600** Reddit autem per hæc discipulum attentiorem. *Fidelibus*, non syllogisticis et disputativis: *fidelibus* vero, depositum non prodentibus.

Qui idonei erunt et alios docere. Quid enim prodest, si quis ipse fidelis sit, ac omnia citra inquisitionem et hæsitationem accipiat, doctrinam autem aliis depromere nequeat? ac rursus cum non prodat ipse quidem verbum, non possit autem alios consimiles reddere? Duo igitur habere oportet doctorem: alterum, ut fidelis sit, alterum, ut docere possit. Perspicuum enim est quod hæc de

D presbyteris et episcopis ipsi præcipit, non de laicis: nam hoc absurdum est: siquidem ipse Paulus et Græcis et Judæis scripserit. Opinor autem ipsum de quibusdam secretioribus hæc dicere, quæ fidelibus, iisque qui alios instituere possint, committenda sunt.

Vers. 3. *Tu igitur feras afflictionem, ut bonus miles Jesu Christi.* Animadvertis quod adversa pati ad militem spectat? Itaque adversa non pati, haudquaquam militis est officium. Non est igitur ægre ferendum animo, si quis in militum ordine

Variæ lectiones.

[6] παραμυθεῖται ο. [7] συναγωνιστήν ο. [8] γραφαῖς γὰρ μυρίαις ο. [9] παρατίθεται υ. [10] ἐξέχειν. ο. [11] ἐκήρυττεν υ.

constitutus calamitates sustineat. At quanta dignitas est, militem esse Christi, cum magnificum quid existiment quidam terreni regis milites esse ?

στρατιώτην Χριστοῦ, ὅπου γε μέγα τινὲς οἴονται τὸ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως στρατιῶται εἶναι ;

Vers. 4. *Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, ut ei qui ipsum in militiam delegit placeat.* Hæc ad omnes tam episcopos quam doctores dicta sunt. Significantem autem vim habet, *Implicatur.* Hujusmodi enim negotia vincula revera sunt et serpentes. *Negotiis* porro dicens, tumultus ac turbas notavit, per ipsa etiam vocabula dehortans. Quid teipsum implicas ? quid in turbas atque negotia teipsum immittis ? Solam militiam cura, sic placebis imperatori tuo Christo, qui te in militiam delegit.

Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ταῦτα πρὸς πάντας εἴρηται ἐπισκόπους καὶ διδασκάλους. Ἐμφαντικὸν δὲ τὸ, *Ἐμπλέκεται.* Τῷ ὄντι γὰρ δεσμὰ καὶ ὄφεις εἰσὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ *πραγματείαις* δὲ εἰπὼν, τοὺς θορύβους καὶ τὰς ὀχλήσεις ἠνίξατο, καὶ ἀπὸ αὐτῶν τῶν λέξεων ἀποτρέπων. Τί σεαυτὸν ἐνδεσμεῖς ; τί εἰς ὀχλήσεις καὶ πραγματείας[12] σεαυτὸν ἐμπλέκεις ; Τῆς στρατείας μόνης φρόντιζε, καὶ οὕτως ἀρέσεις Χριστῷ τῷ εἰς στρατείαν ἐκλεξαμένῳ σε.

Vers. 5. *Quod si certet etiam aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit.* Hoc est, non si certamen inierit, hoc satis est : neque si iuuenius fuerit, neque si manus conseruerit, nisi et de cibo potuque ac temperantia athletis sancitas leges observarit, atque eas quæ luctæ modum referunt. Non enim simpliciter pro sua cuique libidine permittitur luctari, verum leges athleticæ hac de re feruntur. Porro vide ejus sapientiam. Militis meminit, ut indicet quod ad eadem et mortes oporteat paratos esse : atque etiam athletæ, ut in omnibus perseveret, ac in exercitio semper vivat.

δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Σπουδάζει δεῖξαι τὰ ῥηθέντα τῷ Χριστῷ προσαρμόζοντα, καί φησιν ὅτι Εἰ καὶ τὸ, *Πάντα ὑπέταξεν*, οὕτω δοκεῖ ἁρμόζειν αὐτῷ, καίτοι ἐδείξαμεν ὅτι πάντως καὶ τοῦτο ἐκβήσεται. Ἀλλ' οὖν τὸ, Βραχύ τι ἠλαττῶσθαι παρ' ἀγγέλους, τούτῳ ἁρμόζει ἢ ἡμῖν [24]. Καὶ γὰρ ὁ μὲν τρεῖς ἡμέρας γεγονὼς ἐν τῷ ᾅδῃ ὡς ἄνθρωπος, βραχὺ ἠλάττωται τῶν ἀγγέλων, ἅτε μηδόλως θανάτου ὑπαγομένων ἐκείνων· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ πολὺ φθειρόμενοι, οὐ βραχύ, ἀλλὰ πάμπολυ αὐτῶν ἠλαττώμεθα. Καὶ τὸ, *Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανῶσθαι διὰ τὸ πάθος* ἐκείνῳ μᾶλλον ἁρμόζει, ἢ ἡμῖν. *Πάθημα δὲ θανάτου* εἰπὼν, τὸν ἀληθῆ θάνατον ἐδήλωσεν. Οὐ φαντασία γὰρ θανάτου, ἀλλὰ πάθημα ἦν ἐνεργόν [25]. Ἀνέμνησε δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου, ἵνα πείσῃ αὐτοὺς γενναίως φέρειν τὰς θλίψεις, εἰς τὸν Διδάσκαλον ἀφορῶντας. Ἀλλὰ καὶ δόξα, φησὶ, καὶ τιμὴ ὁ σταυρὸς ἐκείνῳ γέγονεν· οὐκοῦν καὶ ὑμῖν αἱ θλίψεις, καὶ τὰ πάθη. Τί οὖν ἀποπηδᾶτε τῶν στεφανούντων; Ἐκεῖνος ὑπὲρ σοῦ τοῦ δούλου ἔπαθε· σὺ ὑπὲρ αὐτοῦ οὐκ ἀνέχῃ θλιβῆναι τοῦ Δεσπότου;

gloria et honore coronatum. Conatur ostendere, ea quæ dicta sunt, Christo convenire, et ait : Etiamsi illud, *Omnia subjecisti*, nondum videatur ipsi quadrare, atqui monstravimus omnino hoc eventurum. At vero illud, parum quiddam ab angelis imminutum esse, huic potius convenit quam nobis : etenim ille triduum apud inferos commoratus ut homo, paululum inferior factus est angelis, quandoquidem 660 illi prorsus non sint obnoxii morti. Nos vero qui ut plurimum corruptioni sumus obnoxii, haud parum certe, sed omnino multum angelis sumus inferiores. *Gloria* porro *et honore coronatum esse propter passionem*, illi magis convenit, quam nobis. Dicens autem, *passionem mortis*, veram mortem indicavit. Non enim vana mortis apparitio fuit, sed passio operosa. Meminit autem crucis et mortis, ut persuadeat eis generose ferre afflictiones, ad Præceptorem oculos defigendo. Quin etiam gloria, inquit, et honor crux illi fuit : proinde et vobis ærumnæ et cruciatus in gloriam cedent. Quid igitur resilitis ab his quæ coronam pariunt? Ille pro te servo passus est, tu vero pro ipso Domino tuo affligi non sustines?

Ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. Οὐ γὰρ ὀφειλων ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ χάριτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἔδωκεν εἰς θάνατον, οὐχ ὑπὲρ τῶν πιστῶν δὲ μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάντες ἐσώθησαν, ἀλλ' αὐτός γε τὸ αὐτοῦ πεπλήρωκε. Καλῶς δὲ εἶπε [26], *γεύσηται*. Ὥσπερ γὰρ ὄντως ἀπογευσάμενος, οὕτω μικρὸν καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ποιήσας διάστημα, εὐθέως ἀνέστη. Ὅθεν καὶ κατὰ τοῦτο κρείττων τῶν ἀγγέλων, ὅτι ἀνώτερος θανάτου ἐδείχθη. Ὥσπερ γὰρ ἰατρὸς παρεσκευασμένων σιτίων ὀρῶν τὸν ἄῤῥωστον δεδιότα ἀπογεύσασθαι, αὐτὸς πρότερον ἀπογεύεται, ἵνα πείσῃ θαῤῥῆσαι τὸν ἄῤῥωστον τὴν μετάληψιν· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ὁρῶν ἡμᾶς δεδιότας τὸν θάνατον, ἀπεγεύσατο τούτου, καίτοι μὴ ἔχων ἀνάγκην. Οὐ γὰρ ὑπέκειτο τούτῳ, ἀλλὰ χάριτι τὸ ὅλον ἦν, ὡς ἂν δείξας τὸ μηδὲν ὄντα, πείσῃ καταθαῤῥεῖν τούτου καὶ ἡμᾶς. Οἱ δὲ Νεστοριανοὶ παραποιοῦντες τὴν Γραφὴν φασι· Χωρὶς Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται, ἵνα συστήσωσιν, ὅτι ἐσταυρωμένῳ τῷ Χριστῷ οὐ-συνῆν ἡ θεότης, ἅτε μὴ καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ ἡνωμένη, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν. Πρὸς οὓς ὀρθόδοξός τις χλευάζων τὴν ἀνοησίαν αὐτῶν εἶπεν, ὅτι Ἐχέτω, ὡς φατε, ἡ Γραφὴ, καὶ οὕτως οὖν ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι τὸ λεγόμενον. Χωρὶς γὰρ Θεοῦ, ὑπὲρ παντὸς ἄλλου ἀπέθανεν ὁ Κύριος, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀγγέλων αὐτῶν, ἵνα λύσῃ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν αὐτῶν, καὶ χαρὰν αὐτοῖς περιποιήσηται.

Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Deus enim non ex debito, sed ex gratia Filium suum nobis dedit in mortem, non pro fidelibus tantum, sed pro universo terrarum orbe. Etsi enim omnes non sunt servati, ipse tamen quod sui officii erat implevit. Pulchre autem dixit, *gustaret*. Nam veluti revera gustasset, sic, modica in morte facta mora, protinus resurrexit. Unde et secundum hoc præstantior est angelis, quoniam superior morte demonstratus est. Perinde enim ac medicus animadvertens ægrotum metuentem præparatos sibi cibos degustare, ipse prior degustat, uti ægroto audacter sumere persuadeat, hunc ad modum Dominus, videns nos metuere mortem, gustavit eam, licet nulla necessitate urgeretur : non enim illi subditus erat, sed totum ex gratia egit, ut cum ostendisset eam nihili esse, persuadeat etiam nobis adversus illam confidere. Nestoriani autem depravantes Scripturam, dicunt : Ut absque Deo, pro quovis gustaret mortem, ut probent crucifixo Christo non adfuisse divinitatem, ut quæ secundum personam ei unita non fuerit, sed secundum habitum. Quorum insipientiam orthodoxus quispiam ridens : Esto, inquit, ita se habeat Scriptura, ut dicitis; pro nobis tamen vel sic erit quod dicitur. Deo enim dempto, pro quovis alio mortem obiit Dominus, etiam pro angelis ipsis, ut inimicitiam eorum erga nos solveret, ac lætitiam ipsis acquireret.

Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα. Τουτέστι, τῷ Πατρί· δι' αὐτὸν δὲ τὰ πάντα, τουτέστιν, αὐτὸς αἴτιος πάντων.

Καὶ δι' οὗ τὰ πάντα. Ὅρα τὸ, *δι' οὗ*, ἐπὶ Πατρὸς κείμενον. Οὐκ ἂν δὲ, εἰ ἐλαττώσεως ἦν, καὶ τῷ

VERS. 10. *Decebat enim ipsum, propter quem omnia*. Hoc est, Patrem : propter ipsum autem omnia, hoc est, ipse est auctor omnium.

Et per quem omnia. Animadverte, *per quem*, ad Patrem relatum. Nam si imminutionis esset, solique

Variæ lectiones.

[24] μᾶλλον ἢ. [25] καὶ ἔργον ο. [26] καλῶς δὲ οὐκ εἶπεν, ἀποθάνῃ, ἀλλὰ γεύσηται ο.

Filio conveniret, Patri non apponeretur. Disce autem quid significat, *per quem*. Quia dixerat, *propter quem omnia*. ne quisquam absurdum quidpiam intelligeret, **661** quasi omnibus ipse indigeret, quandoquidem et præpositio, *propter*, tale quiddam significet, veluti si dicamus, Propter hominem producta est creatura, intulit, *per quem*, interpretans illud *propter quem*, sic intelligendum, quasi per ipsum, hoc est, ab ipso facta sint omnia. Hunc ad modum igitur et de Filio si dicatur, *per quem*, accipe pro, a quo.

A Υἱῷ προσῆκον μόνῳ, τῷ Πατρὶ προσετίθετο. Τί δὲ σημαίνει τὸ, δι' οὗ, μάνθανε. Ἐπειδὴ εἶπε, δι' ὃν τὰ πάντα, ἵνα μή τις ἄτοπόν τι ἐννοήσῃ, ὅτι δεῖται τῶν πάντων αὐτός· ἡ γὰρ, διὰ, πρόθεσις καὶ τοιοῦτόν τι σημαίνει, ὡς ὅταν εἴπωμεν, Διὰ τὸν ἄνθρωπον παρήχθη ἡ κτίσις· ἐπήγαγε τὸ, δι' οὗ, ἑρμηνεύων ὅτι τὸ, δι' ὃν, οὕτω νόει, ὡς δι' αὐτοῦ, τουτέστιν, ὑπ' αὐτοῦ γενομένων πάντων. Ὥστε καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ ὅταν λέγηται τὸ, δι' οὗ, οὕτω τοῦτο δέχου, ἀντὶ τοῦ, ὑφ' οὗ.

Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare. Adhuc illius, *Gloria et honore coronasti eum*, meminit. Quod autem ait, est ejusmodi : Quod benignitatem suam decuit, id Pater fecit, cum primogenitum omnium filiorum, qui gloriæ ejus participes futuri erant, clariorem et splendidiorem omnibus commonstravit per passiones, ut ostendat etiam aliis quomodo sit certandum. Principem autem salutis appellat, hoc est, auctorem. Observa autem quantum sit discrimen : ipse enim Filius est, et nos filii sumus : sed ipse quidem salvos facit, nos vero salvi efficimur : conjungimur ipsi, et rursus separamur. Per illud quod ait, *Qui multos filios in gloriam adduxerat*, ipsi communicamus : per istud vero, *Auctorem salutis ipsorum*, distamus ab ipso. Observa autem afflictiones esse consummationem et causam salutis : et qui pro quopiam patitur, non illum solum adjuvat, verum etiam ipse clarior redditur et perfectior. Consummationem autem hic intellige gloriam qua glorificatus est : atque hanc secundum humanitatem intellige. Vel quod naturaliter quidem habebat gloriam, cæterum quoad nos inglorius erat, utpote non agnitus. At vero cum post crucem cognitus et glorificatus fuerit, accipere dicitur gloriam, quam cum natura habebat, certe a nobis delatum non habuit. Divus autem Cyrillus perfectionem immortalitatem dicit, quæ quidem Christo, quatenus erat homo, defuit : complevit autem hanc ipsi Pater per resurrectionem. Postquam enim resurrexit, non porro in eum mors dominatur. Quin et universam naturam in ipso hac perfectione dignatus est.

Πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι. Ἔτι τοῦ, *Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας*, ἔχεται. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἄξιον τῆς φιλανθρωπίας[27] αὐτοῦ πεποίηκεν ὁ Πατήρ, τὸν πρωτότοκον πάντων τῶν υἱῶν τῶν μελλόντων ἀπολαῦσαι τῆς δόξης αὐτοῦ, λαμπρότερον πάντων ἀποδείξας διὰ παθημάτων, ἵνα δείξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅπως δεῖ ἀθλεῖν. Τὸν ἀρχηγὸν δὲ τῆς σωτηρίας, τουτέστι, τὸν αἴτιον. Ὅρα δὲ ὅσον τὸ μέσον· καὶ οὗτος Υἱὸς, καὶ ἡμεῖς υἱοί· ἀλλ' ὁ μὲν καὶ σώζει, ἡμεῖς δὲ σωζόμεθα· συναπτόμεθα αὐτῷ, καὶ πάλιν διιστάμεθα. *Πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα*, τούτῳ κοινωνοῦμεν· *Τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν*, τούτῳ διιστάμεθα. Σημείωσαι δὲ, ὅτι τελειώσεις τὰ παθήματα, καὶ αἰτία σωτηρίας· καὶ ὅτι ὁ παθὼν ὑπέρ τινος, οὐκ ἐκεῖνον ὠφελεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λαμπρότερος γίνεται καὶ τελειότερος. Τελείωσιν δὲ ἐνταῦθα νόει, τὴν δόξαν ἣν ἐδοξάσθη· καὶ ταύτην κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐκδέχου· ἢ ὅτι φυσικῶς μὲν εἶχε τὴν δόξαν, πλὴν ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν ἄδοξος ἦν, ἅτε μὴ ἐπιγινωσκόμενος. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τὸν σταυρὸν ἐγνώσθη καὶ ἐδοξάσθη, προσλαβεῖν λέγεται δόξαν, ἣν ἔχων φυσικῶς, παρ' ἡμῶν γοῦν οὐκ εἶχε προσαγομένην[28] αὐτῷ. Ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος, τελείωσιν τὴν ἀθανασίαν φησὶν, ἥτις ἐνέλειπε μὲν τῷ Χριστῷ καθ' ὃ ἄνθρωπος· ἀνεπλήρωσε δὲ ταύτην αὐτῷ ὁ Πατὴρ διὰ τῆς ἀναστάσεως. Ἀναστάντος γὰρ, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Καὶ πᾶσαν δὲ τὴν φύσιν ἐν αὐτῷ ταύτης τῆς τελειώσεως ἠξίωσεν.

B

C

Vers. 11. *Qui enim sanctificat, et qui santificantur, ex uno omnes.* En rursus indicat nos esse fratres Christi, tantoque affectos honore. *Qui enim sanctificat*, hoc est, Christus; *et qui sanctificantur*, hoc est, nos, *ex uno omnes*, hoc est, ex Patre : at ille quidem ut germanus Filius, et ex ipsa substantia Patris : nos autem veluti creaturæ. Animadverte autem excellentiam quamdam vel in ipsis dictionibus. Ille sanctificat, nos autem sanctificamur. Proinde et identitas est et excellentia.

Propter quam causam non erubescit fratres eos vocare. Hoc etiam in loco **662** excellentiam observa.

D *Ὁ τε γὰρ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες.* Ἰδοὺ πάλιν τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι ἀδελφοὶ Χριστοῦ ἐσμεν, καὶ οὕτω τετιμήμεθα. *Ὁ τε γὰρ ἁγιάζων*, φησὶ, τουτέστιν, ὁ Χριστὸς, *καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι*, τουτέστιν, ἡμεῖς, *ἐξ ἑνὸς πάντες*, τουτέστι, τοῦ Πατρός. Ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς γνήσιος Υἱὸς καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· ἡμεῖς δὲ, κτίσματα. Ὅρα δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς λέξεσι τὴν ὑπεροχήν. Ἐκεῖνος ἁγιάζει, ἡμεῖς δὲ ἁγιαζόμεθα. Ὥστε καὶ ταυτότης, καὶ ὑπεροχή.

Δι' ἣν αἰτίαν, οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν. Ὅρα κἀνταῦθα τὴν ὑπεροχήν. Διὰ

Variæ lectiones.

[27] φιλοτιμίας o. [28] καταγομένην o.

γὰρ τοῦ εἰπεῖν, *οὐκ ἐπαισχύνεται*, δείκνυσιν οὐ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ὂν τοῦτο, ἀλλὰ τῆς φιλοστοργίας τοῦ μὴ ἐπαισχυνομένου. Εἰ γὰρ καὶ ἐξ ἑνὸς ἐσμεν, ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον, καὶ ὅσον Κτίστου καὶ κτισμάτων.

A Per hoc enim quod dicit, *non erubescit*, indicat hoc non esse naturæ rei, sed paterni affectus ejus qui non erubescit. {Etsi enim ex uno simus, multum tamen est intervalli, quantum videlicet inter Creatorem et creaturas.

Λέγων· Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Τὴν γὰρ σάρκα ἐνδυσάμενος, ἐνεδύσατο καὶ τὴν ἀδελφότητα, καὶ συνῆλθεν [29-30] ὁμοῦ ἡ ἀδελφότης. Πλὴν καὶ πάλιν ὑπεροχή. Ἀπαγγελῶ γὰρ, φησὶ, τοῖς ἐσκοτισμένοις, τοῖς ἀγνοοῦσιν· ὅμοιον τὸ, *Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις.*

VERS. 12. *Dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis : in medio Ecclesiæ laudabo te* [97]. Carne induta, induit simul fraternitatem, ac simul coiit fraternitas. Rursus autem inde excellentia prodit. Denuntiabo enim, inquit, iis qui tenebris circumsepti sunt et ignorantibus. Non est dissimile ei : *Nomen tuum hominibus manifestavi* [98].

Καὶ πάλιν· Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Καὶ διὰ τούτου δείκνυσιν, ὅτι ἄνθρωπος, καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν γέγονεν. Ὥσπερ γὰρ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καὶ αὐτὸς πέποιθεν ἐπ' αὐτῷ, τουτέστι, τῷ Πατρί· ἅμα καὶ δεικνύων ἡμῖν, ἵνα ἐπὶ Θεῷ μόνῳ πεποιθότες ὦμεν, ὅπου γε καὶ αὐτὸς, Υἱὸς ὢν, καὶ ἀνενδεὴς, ὅμως ἐπὶ τῷ Πατρὶ πεποιθέναι φησί. Τινὲς δὲ οὕτως ἐξεδέξαντο· Ἐπειδὴ, φασὶν, ἄνω μὲν εἶπεν ἀδελφὸν τὸν Χριστὸν, κάτω δὲ πατέρα, ἐν μέσῳ δείκνυσιν, ὅτι ἐκεῖνα μὲν τῆς ἐπ' ἐσχάτων οἰκονομίας ὀνόματα· τὸ δὲ προαιώνιον αὐτοῦ ὄνομα, Θεός ἐστι. Τίς γὰρ ἐπὶ ἄλλῳ πέποιθε κυρίως, ἢ ἐπὶ Θεῷ; Ὡσανεὶ ἔλεγε· Μὴ ἀκούοντες αὐτὸν ἀδελφὸν καὶ πατέρα, νομίσητε εἶναι ἕνα τῶν πολλῶν· Θεός ἐστι, φησὶν, ἐφ' ᾧ χρῆναι πεποιθέναι γέγραπται· ὥστε μὴ εἶναι τὸν λόγον, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τοῦ προφήτου λέγοντος ὅτι Πεποιθὼς ἔσομαι ἐγὼ ὁ προφήτης ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ, ὡς Θεῷ. Ἀλλ' οὐκ εὐάρμοστος ἡ τοιαύτη ἐκδοχή.

VERS. 13. *Et iterum : Ego ero fidens in eum.* Per hoc itidem indicat se hominem fratremque nostrum factum esse. Perinde enim ac quilibet hominum, sic et ipse confidit in eum, hoc est, Patrem : simul monstrans nobis, ut soli Deo confidamus, quandoquidem ipse qui Filius erat et nihil indigebat, in Patrem tamen confidere sese dicat. Nonnulli vero sic intellexerunt : Quia, inquiunt, supra Christum fratrem dixit, infra autem patrem, in medio declarat illa quidem esse nomina dispensationis postremis temporibus patefactæ : sempiternum autem nomen ejus, quod omnia sæcula præcessit, Deus est. Quis enim in alium proprie confidit, quam in Deum? Perinde quasi dicat : Ne, cum fratrem et patrem eum esse auditis, existimetis eum esse unum ex vulgo : Deus est, inquit, in quem fiduciam esse collocandam Scriptura testatur : ut sermo non sit ex persona Christi, sed prophetæ dicentis : Ego propheta ero fidens in ipsum Christum, ut Deum. At vero ista acceptio non quadrat.

Καὶ πάλιν· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Ἐνταῦθα πατέρα μὲν ἡμῶν ποιεῖ τὸν Χριστόν. Τὸ δὲ, *ἔδωκε*, διὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τὴν ἐπὶ τῷ σαρκωθῆναι αὐτόν. Εἰ μὴ γὰρ εὐδόκησε σαρκωθῆναι τὸν Υἱὸν, οὐκ ἂν οὐδὲ παιδία αὐτῷ ἦσαν.

Et iterum : Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Deus. Hic Patrem quidem nostrum facit Christum. *Dedit* autem, est ob beneplacitum Patris quod in Filii incarnatione exhibuit. Nisi enim ipsi placuisset ut Filius incarnaretur, nequaquam ei liberi fuissent.

Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν. Αἰσχυνέσθωσαν ἐνταῦθα οἱ κατὰ φαντασίαν [31] καὶ δόκησιν λέγοντες αὐτὸν παραγεγενῆσθαι. Οὐκ εἶπε γὰρ μόνον, ὅτι μετέσχε σαρκὸς καὶ αἵματος, ὥσπερ τὰ παιδία, τουτέστιν, οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι· καίτοι, εἰ καὶ τοῦτο εἶπεν, ἱκανὸν ἦν παραστῆσαι, ὅτι ἀληθῶς ἐσαρκώθη· ἀλλὰ καὶ τὸ, *παραπλησίως*, προσέθηκε, ἵνα τὴν ἀπαράλλακτον πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἀληθινὴν σάρκωσιν παραστήσῃ.

VERS. 14. *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem.* Pudeant igitur qui asserunt eum per imaginationem et apparentiam advenisse. Non solum enim dixit quod particeps fuit carnis et sanguinis, sicut pueri, hoc est, reliqui homines ; atqui etiamsi hoc dixisset, satis fuisset ad confirmandum, quod vere incarnatus esset; verum etiam *similiter* adjecit, ut a nostra nihil differentem et veram incarnationem nobis exhibeat.

Ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον. Τὴν αἰτίαν τίθησι τῆς οἰκονομίας. Ὅπως, φησὶ, διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὃν ἀνεδέξατο, ὡς σαρκὸς καὶ αἵματος δηλαδὴ μετασχὼν, καταργήσῃ τὸν διάβολον, ὃς ἐκράτει τοῦ θανάτου. Πῶς; Διὰ τῆς ἁμαρτίας.

Ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est, diabolum. Causam reddit divinæ dispensationis. Ut per mortem suam, inquit, quam suscepit, ut carnis et sanguinis videlicet particeps, destrueret diabolum, qui imperium **663** tenebat mortis. Quomodo? per peccatum. Quia enim per

[97] Psal. XXI, 23. [98] Joan. XVII, 6.

Variæ lectiones.

[29-30] συνεισῆλθεν o. [31] συκοφαντίαν καὶ λέγοντες καὶ φλεναφοῦντες κατὰ φ. καὶ δόκ.

primam illam inobedientiam homines peccare fecit, ipse fuit qui mortem condidit, ipsa veluti milite ac fortibus armis adversus humanam naturam utens. Hac ipsa igitur Christus etiam usus est adversus illum. Quod revera multæ potentiæ ac sapientiæ fuit, jugulare hostem iis armis, quibus ipse multos jugulabat. Quidam autem sic intellexerunt : Eum qui habebat peccatum, inquiunt, hoc est, diabolum : peccatum enim est fortitudo roburque mortis.

Vers. 15. *Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Hoc est, ut liberaret homines, qui servi erant mortis, metuebantque sibi ab ea, illique obnoxii erant, hoc est, detenti servitute quæ sub ipsa erat, ut quæ nondum erat destructa : vel quia in timore continuo vivebant prisci mortales, semper sese mox morituros exspectantes, ac præ ista formidine nullius voluptatis sensum accipere potuerunt. Hoc enim adumbravit, cum dixit : *Per totam vitam.* Obnoxii itaque erant servituti, hoc est, semper timebant, ceu servi dominum asperum, ipsam mortem, nullam plane voluptatem e re aliqua percipientes. Hinc vero collige, quod is qui mortem metuit, expers est libertatis omniumque servus. Porro, istud fidelibus afflictis est solatio : siquidem illi acti et carceribus mancipati liberius ac jucundius vivunt quam ii, qui olim summis in deliciis vitam ducere videbantur, quando vigebat mors et vires suas obtinebat. Nam illi mortis metu concussi, servi erant : vos autem ab eo metu liberati estis.

Vers. 16. *Nusquam enim angelos apprehendit.* Hoc est, non angelorum naturam assumpsit, neque eam gestavit. Hoc autem multam erga humanum genus charitatem Dei indicat. Quod enim angelis, inquit, non donavit, hoc hominibus dedit, ut ex ipsorum natura carnem assumeret.

Sed semen Abrahæ reprehendit. Non dixit, suscepit, sed *apprehendit*, ut ostendat quod fugientem naturam nostram, et longius remotam insecutus sit, et antevertens apprehenderit, complexusque sit, sibi uniens, ac sistens ipsam a fuga qua ab ipso fugiebat. Non dixit autem, naturam hominum, sed *semen Abrahæ :* partim quidem cupiens eos attollere, ac generis ipsorum splendorem commonstrare, et quod in hoc sint gentibus excellentiores, quatenus ex ipsis est Dominus. Semper enim ipsis, ubi citra offensam licet, gratificatur : partim vero promissionem eis ad memoriam revocans : *Tibi et semini tuo dabo terram hanc*[30].

664 Vers. 17. *Unde debebat per omnia fratribus assimilari.* Quia placuit ei semel nostram appre-

A Ἐπειδὴ γὰρ ἁμαρτάνειν ἐποίει τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς πρώτης ἐκείνης παρακοῆς, αὐτὸς ἦν ὁ τὸν θάνατον δημιουργήσας, ὥσπερ τινὶ στρατιώτῃ αὐτῷ καὶ ὅπλῳ ἰσχυρῷ χρώμενος κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Τούτῳ οὖν αὐτῷ ὁ Χριστὸς ἐχρήσατο κατ' αὐτοῦ. Ὃ καὶ τῷ ὄντι πολλῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, τὸ σφάξαι τὸν ἐχθρὸν διὰ τοῦ ὅπλου ᾧ ἐκεῖνος πολλοὺς ἔσφαττεν. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν · Τὸν ἔχοντα [29], φασὶ, τὴν ἁμαρτίαν, τουτέστι, τὸν διάβολον, ἤτις ἐστὶ κράτος καὶ ἰσχὺς τοῦ θανάτου.

B *Καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.* Τουτέστιν, ἵνα ἐλευθερώσῃ τοὺς ἀνθρώπους, ὅσοι δοῦλοι ἦσαν τοῦ θανάτου, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν, καὶ ἔνοχοι αὐτῷ ἦσαν, τουτέστιν, ἐγκατεχόμενοι τῇ ὑπ' αὐτὸν δουλείᾳ, ἅτε μηδέπω καταλυθέντι · ἢ ὅτι φόβῳ διηνεκεῖ συνέζων οἱ πάλαι ἄνθρωποι, ἀεὶ τεθνήξεσθαι προσδοκῶντες, καὶ διὰ τὸν φόβον τοῦτον οὐδεμιᾶς ἡδονῆς αἴσθησιν λαβεῖν ἠδύναντο. Τοῦτο γὰρ ἠνίξατο, *διὰ παντὸς τοῦ ζῆν*, εἰπών. Ἔνοχοι οὖν ἦσαν δουλείας, τουτέστιν, ἀεὶ ἔτρεμον, ὡς δοῦλοι δεσπότην πικρὸν, τὸν θάνατον, οὐδενὸς ἀπολαύοντες τερπνοῦ. Συνάγαγε [32] δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι ὁ θάνατον δεδοικὼς, ἀνελεύθερος καὶ πάντων δοῦλος. Παράκλησις καὶ τοῦτο τοῖς θλιβομένοις πιστοῖς, εἴγε οἱ ἐλαυνόμενοι νῦν καὶ δεσμούμενοι, ἐλευθερώτερον διάγουσι καὶ ἥδιον τῶν πάλαι τρυφᾷν δοκούντων, ὅτε ἴσχυεν ὁ θάνατος. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου κατασειόμενοι, δοῦλοι ἦσαν · ὑμεῖς δὲ τούτου ἀπηλλάγητε.

Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται. Τουτέστιν, οὐ τῆς τῶν ἀγγέλων φύσεως ἐδράξατο, οὐδὲ ταύτην ἐφόρεσε. Τοῦτο δὲ τὴν πολλὴν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀγάπην τοῦ Θεοῦ δείκνυσιν. Ὃ γὰρ ἀγγέλοις, φησὶν, οὐκ ἐχαρίσατο, τοῦτο ἀνθρώποις δέδωκε, τὸ, ἐξ αὐτῶν σάρκα προσλαβέσθαι.

Ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. Οὐκ εἶπεν, ἀνέλαβεν, Ἀλλ', *ἐπιλαμβάνεται*, ἵνα δείξῃ ὅτι φεύγουσαν τὴν φύσιν ἡμῶν, καὶ μακρυνθεῖσαν ἐδίωξε · καὶ φθάσας ἐπελάβετο αὐτῆς, καὶ περιπλάκη ἑνώσας ἑαυτῷ, καὶ στήσας αὐτὴν τῆς ἀπ' αὐτοῦ φυγῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, Φύσεως ἀνθρώπων, ἀλλὰ, *σπέρματος Ἀβραάμ* · ἅμα μὲν βουλόμενος αὐτοὺς ἐπᾶραι, καὶ δεῖξαι τὸ γένος αὐτῶν τίμιον, καὶ ὅτι πλέον ἔχουσι τῶν ἐθνικῶν ἐν τούτῳ, καθὸ [33] ἐξ αὐτῶν ὁ Κύριος · ἀεὶ γὰρ χαρίζεται αὐτοῖς, ἐν οἷς οὐδεὶς βλάπτεται · ἅμα δὲ καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς, ὅτι *Σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω τὴν γῆν ταύτην.*

Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Ἐπειδὴ, φησὶν, ἅπαξ κατεδέξατο τῆς

[30] Gen. XIII, 15.

Variæ lectiones.

[29] ἐχθρὸν o. [32] σύνες o. [33] καθότι o.

ἡμῶν δράξασθαι φύσεως, ἀκόλουθον ἦν πάντως κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθῆναι, τουτέστι, τεχθῆναι, τραφῆναι, αὐξηθῆναι, παθεῖν πάντα ἅπερ ἐχρῆν, τέλος θανεῖν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, κατὰ πάντα ὁμοιωθῆναι.

hendere naturam, consequens erat prorsus per omnia ipsum nobis assimilari, hoc est, ut nasceretur, ut aleretur, ut cresceret, omniaque pateretur quæ oporteret eum pati, et tandem ut moreretur : hoc enim est per omnia assimilari.

Ἵνα ἐλεήμων γένηται, καὶ πιστὸς Ἀρχιερεὺς, τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Δι' οὐδὲν ἄλλο, φησὶ, τὴν σάρκα τὴν ἡμετέραν ἔλαβεν, ἢ ἵνα δι' αὐτῆς ἐλεήσῃ ἡμᾶς, καὶ ἀναστήσῃ κάτω κειμένους. Πῶς; Ἀρχιερεὺς ἡμῶν γενόμενος, καὶ προσένεγκας τὴν σάρκα ταύτην, ἣν ἐξ ἡμῶν προσείληφεν, ἀντ' ἄλλου τινὸς ἱερείου, ἵνα τῶν ἁμαρτιῶν ἡμᾶς καθαρίσῃ, καὶ μεσιτεύσῃ ἡμῖν τὰ πρὸς τὸν Θεόν· ἐκπεπολεμωμένοι γὰρ ἦμεν τούτῳ. Πιστὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀληθινὸς, καὶ δυνάμενος τὸ ἔργον τοῦ ἀρχιερέως πληροῦν· τοῦτο γὰρ ἀρχιερέως ἀληθινοῦ, τὸ ἁμαρτιῶν ἀπαλλάττειν τοὺς ὧν ἐστιν ἀρχιερεύς· ἢ ὅτι εὐπαράδεκτος τῷ Θεῷ ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν μεσιτείαις.

Ut misericors fieret, et fidelis Pontifex in iis quæ sunt ad Deum. Nullam aliam ob causam carnem nostram accepit, inquit, quam ut nostri misereretur, ac erigeret depressos. Qua istud ratione? Pontifex noster factus, ac offerens carnem hanc quam ex nobis assumpsit, loco alterius cujusdam sacrificii, ut a peccatis nos mundaret, ac mediator noster esset apud Deum. Hostes enim ejus eramus. *Fidelis* autem, pro, verus, et qui possit pontificis opus implere : hoc enim est veri pontificis officium, nempe, a peccatis liberare eos quorum est pontifex : vel quia gratus est Deo in suis ad eum intercessionibus.

Εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. Ἔδειξε τί ἐστι, πιστὸς τὰ πρὸς τὸν Θεόν· τουτέστιν, ὥστε ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. Τοῦτο γὰρ τὸ μέγα δεῖγμα τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ὅτι πάντα ἐποίησεν, ὥστε τὰς ἁμαρτίας λῦσαι. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, τὰς ἁμαρτίας τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ, τοῦ λαοῦ; Ὅτι τέως περὶ τῶν Ἰουδαίων ἦν ὁ λόγος τῷ Κυρίῳ, καὶ διὰ τούτους ἤλθε προηγουμένως, ἵνα τούτων σωθέντων, καὶ οἱ ἄλλοι δι' αὐτῶν σωθῶσιν, εἰ καὶ τοὐναντίον γέγονε. Καὶ ὁ ἄγγελος δὲ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, Αὐτὸς, φησὶ, *σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν*. Τὴν εὐγένειαν οὖν ἐνταῦθα δείκνυσι τὴν Ἰουδαϊκὴν, καὶ ὅσου λόγου ἠξιοῦντο παρὰ τῷ Κυρίῳ.

Ut repropitiaret delicta populi. Planum fecit quid sit, *fidelis in iis quæ sunt ad Deum :* hoc est, ut placet atque expiet peccata populi. Id enim ingens argumentum est charitatis suæ, quod omnia fecit ut peccata tolleret. Cur autem non dixit, peccata orbis, sed, populi? Quia antea rationem gerebat Judæorum Dominus, qui populus ejus erant, propter quos inprimis venerat, ut his conservatis et alii salvi fierent ; etiamsi diversum factum sit. Unde et angelus ad Josephum ait : *Ipse servabit populum suum a peccatis* [1]. Judaicam itaque nobilitatem hic indicat, et quanto in pretio fuerint apud Dominum.

Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. Ταπεινὸν [35] μὲν τοῦτο καὶ εὐτελὲς, καὶ ἀνάξιον Θεοῦ δοκεῖ. Ὅταν γὰρ ἐπιλάβηται Παῦλος τῆς σαρκὸς, πάντα ταπεινὰ φθέγγεται, πλὴν οὐκ ἀνάξιον τῆς σαρκός· καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· ἐπεὶ καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς, τοῦ μὴ σαρκωθέντος, πολλὰ ἀνθρωποπρεπῆ καὶ ταπεινὰ φησιν ἡ Γραφή· *Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε, καὶ εἶδε τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*· καὶ, *Καταβὰς ὄψομαι*· καὶ μυρία τοιαῦτα. Πολλῷ οὖν μᾶλλον περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦ δὲ σαρκωθέντος καὶ παθόντος ἐν σαρκὶ, ἄλλως τε καὶ πρὸς πληροφορίαν τῶν ἀκουόντων, καὶ διὰ τὴν αὐτῶν ἀσθένειαν εἴρηται· καὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τὴν πεῖραν πιστοτέραν πάντων ἡγηνται. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐχ ὡς Θεὸς μόνος οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος διὰ τῆς πείρας ἔγνω. Καὶ ἡ σὰρξ γὰρ αὐτὴ τοῦ Χριστοῦ πολλὰ ἔπαθεν· οἶδε τί ἐστι θλῖψις, οἶδε τί ἐστι πειρασμός· ὥστε δύναται βοηθῆσαι, ἀντὶ τοῦ, πρόθυμός [36] ἐστιν εἰς τὸ δοῦναι χεῖρα συμπαθείας.

Vers. 18. *In eo enim in quo passus est ipse et tentatus, potest eis* [1] *qui tentantur auxiliari.* Humile quidem hoc, et vile, Deoque indignum videtur. Cum enim Paulus de carne disserit, omnia humilia loquitur, verumtamen non est indignum carne. Neque hoc mirum cuipiam videri debet : quandoquidem et de Patre qui non incarnatus, pleraque ad hominem pertinentia et humilia Scriptura loquatur, ut : *Dominus de cœlo prospexit, et vidit filios hominum* [2] ; ac : *Descendam et videbo* [3], innumeraque alia hujusmodi. Multo potius igitur de Christo incarnato, et in carne passo, præsertim ut certiores redderentur auditores, et propter ipsorum imbecillitatem multa dicta sunt. Etenim homines experientiam omnibus aliis certiorem arbitrantur. Quod autem dicit, est hujusmodi : Non quatenus solus Deus novit, verum etiam quatenus homo novit per experientiam. Nam ipsa Christi caro haud pauca toleravit : novit quid sit **665** afflictio, novit quid sit tentatio. Itaque potest auxiliari, hoc est, promptus est ad manum compassionis afflictis porrigendam.

[1] Matth. I, 21. [2] Psal. XIII, 2. [3] Gen. XVIII, 21.

Variæ lectiones.

[35] πάνυ ταπεινὸν τοῦτο o. [36] μετὰ πολλῆς προθυμίας ὀρέξει χ.

CAPUT III.

VERS. 1. *Unde, fratres sancti, vocationis cœlestis participes. Unde*, hoc est, postquam talem ipsum Pontificem esse dixi, nimirum fidelem, et qui propitius esset peccatis nostris, et posset nobis auxiliari : considerate isthuc, et invenietis omnino sic sese habere. *Vocationis* autem *cœlestis participes*, dixit, hoc est, illic vocati sumus : nihil ergo hic quæramus : illic merces est, illic retributio.

Considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Jesum Christum. Propter carnem omnia sunt humilia, ut sæpius dictum est. Apostolus itaque ideo dicitur, quod sit ablegatus ad oves domus Israel. Pontifex autem *confessionis nostræ*, hoc est, fidei : non enim legalis cultus Pontifex est, sed nostræ fidei.

VERS. 2. *Qui fidelis est ei qui præfecit illum, sicut et Moses in tota domo ejus.* Christum Mosi antepositurus, pontificatum in medium protulit, et huic et illi populum commissum inquiens, majora tamen Christo quam Mosi concredita fuisse. Principio tamen statim non indicat eam excellentiam, ne resilirent : etiamsi namque fideles erant, omnino tamen adhuc adhærebant Mosi : interim tamen Dominum illi adæquat, inquiens : Fidelis est ille Patri, qui fecit eum pontificem et apostolum. Non enim hic de essentiæ ratione sermo est, verum de commissione. Fidelis igitur est, hoc est, benevolus, curam gerens eorum quæ sunt Patris, et non sinens ea corrumpi, sed salutem potius eorum quærens. *Quemadmodum et Moses in tota domo ejus*, hoc est, in populo. Domum enim populum vocat, perinde ac nos consuevimus dicere, Ille ex hac domo est. Cæterum, *Ejus*, sive Dei, sive Mosis. Nam et Mosis dicebatur populus, ut : *Populus tuus peccavit.* Tanquam procurator et œconomus domus, inquit, sic erat Moses in populo.

VERS. 3, 4. *Ampliori enim gloriæ iste præ Mose dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo is qui fabricavit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creavit, Deus est.* Ecce hic est excellentia qua Dominus Mosen exsuperat. Fidelis, inquit, erat et ille in tota domo, hoc est, in populo : verumtamen et ipse erat unus ex domo. Homo enim et ipse perinde ac cæteri; etiamsi sanctus erat, et conservus ipsis erat : quemadmodum in 666 ædibus procuratores, etiamsi cæteros præcellant, aliis tamen conservi sunt. Quoniam igitur et ipse pars domus erat, conditus est et ipse a quopiam, et qui condidit ipsum, excellit eum omnino. Condidit autem eum Filius Dei, qui carnem accepit, et pontifex propter ipsum audiit : excellit itaque eum. Animadverte itaque

ΚΕΦΑΛ. Γ.

Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι. Ὅθεν, τουτέστιν, ἐπειδὴ τοιοῦτον εἶπον αὐτὸν ἀρχιερέα εἶναι πιστὸν, καὶ ἱλασκόμενον ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ δυνάμενον βοηθεῖν· σκοπήσατε καὶ εὑρήσετε πάντως τοῦτο οὕτως ἔχον. *Κλήσεως* δὲ, φησὶν, *ἐπουρανίου μέτοχοι* · τουτέστιν, ἐκεῖ ἐκλήθημεν, μηδὲν ἐνταῦθα ζητῶμεν · ἐκεῖ ὁ μισθὸς, ἐκεῖ ἡ ἀνταπόδοσις.

Κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Διὰ τὴν σάρκα, πάντα ταπεινά, ὡς πολλάκις εἴρηται. Ἀπόστολος μὲν οὖν, παρὰ τὸ ἀπεστάλθαι εἰς τὰ πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. Ἀρχιερεὺς δὲ τῆς *ὁμολογίας ἡμῶν*, τουτέστι, τῆς πίστεως· οὐ γὰρ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἀρχιερεύς ἐστιν, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας πίστεως.

Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Μέλλων [37] τὸν Χριστὸν προτιθέναι τοῦ Μωϋσέως, ἤγαγε μὲν εἰς μέσον τὴν ἀρχιερωσύνην, καί φησιν, ὅτι Καὶ οὗτος κἀκεῖνος λαὸν ἐγκεχείρισται, πλὴν ἀλλ' ἐπὶ μείζοσιν οὗτος. Τέως δὲ ἐν ἀρχῇ οὐ δείκνυσι τὴν ὑπεροχὴν, ἵνα μὴ ἀποπηδήσωσιν · εἰ γὰρ καὶ πιστοὶ ἦσαν, ὅμως πάνυ τι προσδέχειντο τῷ Μωσεῖ · ἀλλὰ τέως; ἐξισοῖ τὸν Κύριον ἐκείνῳ, καί φησιν, ὅτι Πιστός ἐστι καὶ οὗτος τῷ Πατρὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον. Οὐ γὰρ περὶ οὐσιώσεως ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ προχειρήσεως· Πιστὸς οὖν ἐστι, τουτέστιν, εὐνοϊκὸς, προϊστάμενος τῶν τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐῶν αὐτὰ φθείρεσθαι, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς περιποιούμενος. *Ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἐν τῷ λαῷ. Οἶκον γὰρ τὸν λαὸν λέγει [38], ὡς καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, Ὁ δεῖνα τῆσδε τῆς οἰκίας ἐστίν. *Αὐτοῦ* δὲ, ἤτοι τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ Μωϋσέως. Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Μωϋσέως ἐλέγετο ὁ λαὸς, ὡς τὸ, *Ὁ λαός σου ἥμαρτεν.* Ὡς ἐπίτροπος, φησὶ, καὶ οἰκονόμος οἰκίας, οὕτως ἦν Μωσῆς τῷ λαῷ.

Πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος · ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός. Ἰδοὺ ἐνταῦθα καὶ ἡ ὑπεροχὴ, ἣν ἔχει ὁ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν. Φησὶν οὖν, ὅτι Πιστὸς μὲν ἦν κἀκεῖνος ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, τουτέστιν, ἐν τῷ λαῷ · πλὴν καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τοῦ οἴκου · ἄνθρωπος γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς καὶ οἱ λοιποί· εἰ καὶ ἅγιος, καὶ ὁμόδουλος αὐτοῖς · ὡς καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις οἱ ἐπίτροποι, εἰ καὶ προέχουσι τῶν λοιπῶν, πλὴν ὁμόδουλοι τοῖς ἄλλοις. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς μέρος τοῦ οἴκου ἦν, ἐκτίσθη καὶ αὐτὸς ὑπό τινος, καὶ ὁ κτίσας αὐτὸν ὑπερέχει αὐτοῦ πάντως. Ἔκτισε δὲ αὐτὸν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ σάρκα λαβὼν, καὶ Ἀρχιερεὺς δι' αὐτὸν [39] χρηματίσας · καὶ ὑπερέχει ἄρα αὐτοῦ. Ὅρα οὖν πῶς

Variæ lectiones.

[37] θέλων m. [38] καλεῖ o. [39] αὐτὴν o.

ἦρξατο μετὰ τῆς συγκρίσεως ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἀνέβη δὲ εἰς τὴν θεότητα, καὶ [60] ἀσυγκρίτως ὑπερέχειν τὸν Ποιητὴν τοῦ ποιήματος ἔδειξε.

A quomodo comparationem a carne auspicatus est : conscendit autem ad divinitatem, et conditorem operibus incomparabiliter præstantiorem esse demonstravit.

Καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἦν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων· Χριστὸς δὲ ὡς Υἱός. Ἰδοὺ καὶ ἄλλην ὑπεροχὴν δείκνυσιν· ὅτι ὁ μὲν Μωσῆς πιστὸς ἦν, ὡς θεράπων, διὰ τοῦτο καταστὰς, ἵνα λαλῇ τὰ τοῦ Δεσπότου τοῖς λοιποῖς οἰκέταις· καὶ μάρτυς ᾖ τῷ Θεῷ ἐν τῇ κρίσει τῶν λαληθέντων. Εἰ γὰρ καὶ οὐρανὸν καλεῖ μάρτυρα καὶ γῆν, ὡς τὸ, *Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ*· καὶ φάραγγας, ὡς τὸ, *Ἀκούσατε φάραγγες τὰ θεμέλια τῆς γῆς*· πολλῷ μᾶλλον ἄνθρωπον. Ὁ δὲ Χριστὸς πιστός ἐστιν, ὡς Υἱὸς γνήσιος καὶ κληρονόμος, τὰ Πατρῷα διοικῶν κατὰ τὸ τοῦ Πατρὸς θέλημα. Πάμπολυ δὲ καὶ ἀσύγκριτον τὸ μέσον τοιούτου Δεσπότου καὶ δούλου.

B

Verse. 5. *Et Moses quidem fidelis erat in tota domo ejus, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant : Christus vero tanquam Filius.* En aliam hic præstantiam adducit. Moses, inquit, erat fidelis veluti minister, propterea constitutus ut Domini negotia cæteris famulis explicaret, atque ut in judicio Deo testis esset eorum quæ dicta erant. Si enim cœlum ac terram vocet testes, quemadmodum illud : *Audi cœlum, et auscults terra* [a] ; et valles, ut in eo loco : *Audite valles fundamenta terræ* [b] ; multo magis hominem. Christus autem fidelis est, ut Filius genuinus et hæres, res Paternas administrans secundum Patris voluntatem. Magnum autem et omnino incomparabile discrimen est inter talem Dominum et servum.

Ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐὰν περ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. Οἶκος ἦν τοῦ Μωϋσέως ὁ λαὸς, οὗ μέρος καὶ αὐτὸς ἦν. Οἶκον ἔχει καὶ ὁ Χριστὸς, ἡμᾶς· ἀλλ' ἐὰν μέχρι τέλους ἑστῶτες ὦμεν, καὶ μὴ καταπέσωμεν. Ἐνταῦθα γὰρ [61] προτρέπει αὐτοὺς καρτερεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ μὴ ἐκλύεσθαι· οὕτω γὰρ ἐσόμεθα οἶκος Θεοῦ, ὥσπερ ἦν Μωσῆς. Ἐγκωμιάζει δὲ αὐτοὺς, δεικνὺς ὅτι ἤρξαντο μὲν, δεῖ δὲ καὶ τέλος [62] προσθεῖναι. Καλῶς δὲ εἶπε, *παῤῥησίαν καὶ καύχημα ἐλπίδος.* Καὶ γὰρ ἐλπίζων τις βεβαίως, ὅτι ἔσται ἀνταπόδοσις, καυχᾶται ἐντεῦθεν ἤδη, ὡς ἐπιγεγενημένοις τοῖς ἐλπιζομένοις, καὶ οὐ καταδύεται, ἀλλὰ παῤῥησίαν ἔχει μᾶλλον, ὅταν θλίβηται διὰ τὸν ἀγαπώμενον αὐτῷ Χριστόν.

C

Verse. 6. *In domo sua : cujus domus nos sumus, si fiduciam et gloriationem spei ad finem usque firmam retineamus.* Domus Mosis erat populus, cujus et ipse pars erat. Christus etiam domum habet, nos videlicet : at si ad finem usque persistamus, neque decidamus. Hic enim adhortatur eos perseverare in afflictionibus, et non labefactari : hac enim ratione erimus domus Dei, perinde ac erat Moses. Laudat autem eos, ostendens quod inceperint quidem, oportet autem et finem addere. Pulchre autem dixit, *fiduciam et gloriationem spei.* Firmiter enim quispiam sperans futuram compensationem, jam inde gloriatur, ceu quæ sperarit, præsto sint, nec animo dejicitur, sed fiduciam potius habet, si quando affligatur propter dilectum sibi Christum.

Διὸ, καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ· οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Περὶ ἐλπίδος διελέχθη, καὶ ὅτι χρὴ βεβαίως προσδοκᾷν μισθόν τινα ἐκεῖ, καὶ ἀνάπαυσιν ἀντὶ τῶν ἐνταῦθα καμάτων· καὶ δείκνυσι τοῦτο ἀπὸ τοῦ προφήτου λέγοντος, ὅτι μέλλουσιν εἰσελθεῖν εἰς κατάπαυσιν οἱ πιστεύοντες, ὡς οἵγε ἀπιστοῦντες οὐκ εἰσελεύσονται, ὥσπερ οὐδὲ οἱ πάλαι ἐκεῖνοι. Μετὰ γὰρ τὸ περάσαι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν οἱ Ἑβραῖοι, καὶ μυρία λαβεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοὺς κηδεμονίας καὶ δυνάμεως τεκμήρια, ἐβουλεύσαντο κατασκόπους πέμψαι διασκε-

D

Verse. 7, 11. *Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus : Hodie si vocem ejus audiveritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, et viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic, et dixi : Semper errant corde : ipsi autem non cognoverunt vias meas. Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* De spe disputavit, ac quod mercedem aliquam et requiem pro laboribus quos hic toleramus, illic exspectare oporteat ; atque istud ex propheta **667** ostendit, qui dicit, quod ii qui credunt, in requiem introibunt, quemadmodum qui non credunt, non ingredientur, ut neque olim illi. Nam Hebræi postquam mare Rubrum pertransissent, ac in deserto innumera Dei erga se curæ et potentiæ indicia accepissent, decreverunt speculatores mittere, qui terræ naturam explorarent, ad quam ingressuri erant. Isti vero qui profecti fuerant, reversi sunt, naturam quidem

[a] Deut. xxxii, 1. [b] Mich. vi, 1, 2.

Variæ lectiones.

[60] ἔνθα o. [61] δὲ o. [62] τὸ πέρας o.

terræ admirantes, sed asseverantes inexpugnabiles esse homines qui eam terram inhabitarent. Populus igitur, cum debuisset expendere Dei insuperabilem potentiam, consternati potius sermonibus hisce, murmurabant, atque in Ægyptum reverti oportere censebant. Indignatus itaque Deus quod adeo celeriter tot admirabilium operum suorum memoriam repulissent, juravit non ingressuram generationem illam quæ murmurasset in terram promissionis : omnes etiam perierunt in deserto, præter Chaleb et Jesum. Quia igitur David post generationem illam loquens, dixit : Hodie si vocem ejus audiveritis, non obduretis corda vestra, ne eadem patiamini quæ majores vestri, ac orbemini requie : videlicet quasi alia quædam sit requies quam nos obtinere debemus, hæc dicit. Nam si revera requiem accepissent, quam ob causam diceret ; Hodie ne induretis corda vestra, patrum vestrorum instar, ne non ingrediamini in requiem? Quæ igitur alia est requies præter regnum cœlorum, cujus imago fuit et Sabbatum, et typice factus ingressus in Palestinam per incredulæ generationis filios? Tres enim sunt quietes : prima est Sabbati, in quo Deus quievit ab operibus suis, de qua nunc Davidem non est loqui verisimile, ut quæ olim sit facta. Altera est, ingressus in terram promissionis, in quam ingressi Judæi cessaturi erant, ac quietem habituri a præliis et errore. Neque de hac nunc dicit : Palæstina enim omnino tum occupabatur ab Hebræis temporibus Davidis. Quomodo igitur de hac, tanquam adhuc restaret, locutus est? Videtur igitur alia quædam requies esse, in quam Jesus filius Nave non potuit introducere populum. Quæ autem ista fiet, præter eam quæ est in cœlis! Date ergo operam, ne ab hac excidatis propter incredulitatem, perinde ac majores vestri. Hæc ergo hujus loci sententia est, quæ longe extenditur : at vero singula speciatim pertractanda sunt. Considera autem, a Deo non esse exigendam rationem, sed sive tueatur, sive non tueatur, credendum ei. Nam et ideo eos accusat, quod tentarint illum, hoc est, non citra hæsitationem in ipsum speraverint, ut qui omnia posset.

τὸν, τουτέστιν, οὐκ ἀδιακρίτως ἐπ' αὐτῷ ἤλπιζον, ὡς πάντα δυναμένῳ.

668 VERS. 12. *Videte, fratres, nequando sit in aliquo vestrum cor malum infidelitatis.* Perterrefacientis hoc dictum est. Verisimile enim est quosdam fuisse, qui ea quæ de retributione dicebantur vera esse non credebant, et propterea periculum facere cupiebant divinæ erga se potentiæ atque providentiæ in ipsos in tentationibus quibus quatiebantur. Propterea munit eos, ad memoriam eis revocans quæ olim passi sunt increduli. Futura enim pericula plerosque adeo non cohibent, quantum quæ præterierunt, omnibusque jam sunt cognita. Observa etiam hic, ab incredulitate quempiam devenire, ut prava cogitet, eademque peragat.

ψομένους τὴν φύσιν τῆς γῆς, εἰς ἣν ἔμελλον εἰσελθεῖν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες ὑπέστρεψαν, τὴν μὲν φύσιν τῆς γῆς[68] θαυμάζοντες, ἀνθρώπους μέντοι ἀπροσμαχήτους κατοικεῖν ταύτην λέγοντες. Ὁ τοίνυν λαὸς δέον ὑπολογίσασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἀκαταμάχητον δύναμιν, καταπλαγέντες τοῖς λόγοις τούτοις, ἐγόγγυζον[68.69], καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀποστρέφεσθαι τούτους δεῖν ἐνόμιζον. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ Θεὸς, ὅτι περ οὕτω ταχέως τὴν τῶν τοσούτων θαυμασίων μνήμην ἀπώσαντο, ὤμοσε μὴ εἰσελθεῖν τὴν γενεὰν ἐκείνην τὴν γογγύσασαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· καὶ δὴ πάντες ἀπώλοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ, πλὴν Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦ. Ἐπεὶ οὖν μετὰ τὴν γενεὰν ἐκείνην ὁ[69] Δαβὶδ διαλεγόμενος ἔλεγεν, ὅτι Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάθητε ἅπερ οἱ πρόγονοι οἱ ὑμέτεροι, καὶ ἀποστερηθῆτε τῆς καταπαύσεως· δῆλον ὅτι ὡς οὔσης τινὸς ἑτέρας καταπαύσεως, ἣν ὀφείλομεν κατασχεῖν, ταῦτα λέγει. Ἐπεὶ εἰ ἀπειληφότες ἦσαν ὄντως τὴν κατάπαυσιν, τίνος ἕνεκεν λέγει, Σήμερον μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς οἱ πατέρες, καὶ οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν κατάπαυσιν; Τίς οὖν ἐστιν ἄλλη κατάπαυσις, ἢ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς εἰκὼν τό τε Σάββατον, καὶ ἡ τυπικῶς γενομένη εἰς τὴν Παλαιστίνην εἴσοδος τῶν τέκνων τῆς ἀπιστησάσης[69] γενεᾶς; Τρεῖς γὰρ εἰσι καταπαύσεις· ἥ τε τοῦ Σαββάτου, ἐν ᾗ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, περὶ ἧς οὐκ ἔοικε νῦν λέγειν ὁ Δαβὶδ, ἅτε πάλαι γεγενημένης· καὶ ἡ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἴσοδος, εἰς ἣν εἰσελθόντες Ἰουδαῖοι, ἔμελλον ἀναπαύσασθαι τῶν πολέμων καὶ τῆς πλάνης. Οὐδὲ περὶ ταύτης νῦν λέγει· ἡ γὰρ Παλαιστίνη τότε κατεῖχετο τοῖς Ἑβραίοις ἐπὶ τῶν χρόνων Δαβίδ. Πῶς οὖν ἔλεγε[67] περὶ ταύτης, ὡς ὑπολειπομένης; Ἔοικεν οὖν ἑτέρα τις εἶναι κατάπαυσις, εἰς ἣν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ οὐκ ἠδύνατο εἰσαγαγεῖν τὸν λαόν. Τίς δὲ ἂν εἴη αὕτη, ἢ ἡ ἐν οὐρανοῖς; Σπουδάσατε οὖν, ἵνα ταύτης μὴ ἐκπέσητε διὰ τὸ ἀπιστῆσαι, ὡς καὶ οἱ πρόγονοι ὑμῶν. Οὗτος μὲν οὖν ὁ νοῦς ὅλου τοῦ χωρίου ἄχρι πολλοῦ διήκων· ἐπεξιτέον δὲ καὶ τοῖς κατὰ μέρος. Ἐννόει δὲ, ὅτι οὐ δεῖ τὸν Θεὸν εὐθύνας ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ἄν τε προΐσταται, ἄν τε μὴ, πιστεύειν αὐτῷ. Καὶ γὰρ κἀκείνοις τοῦτο ἐγκαλεῖ, ὅτι ἐπείρασαν αὐ-

Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας. Φοβοῦντός ἐστι τὸ ῥῆμα. Ἔοικε γὰρ ὅτι ἦσάν τινες ἀπιστοῦντες, ὡς οὐκ ὄντων ἀληθῶν τῶν λεγομένων περὶ ἀνταποδόσεως, καὶ διὰ τοῦτο βουλόμενοι πεῖραν λαβεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς προνοίας ἐν τοῖς πειρασμοῖς οἷς εἶχον. Διὰ ταῦτα οὖν ἀσφαλίζεται αὐτοὺς, ἀναμιμνήσκων ὧν ἔπαθον πάλαι οἱ ἀπιστήσαντες. Οὐ τοσοῦτον γὰρ τὰ μέλλοντα φοβερὰ συστέλλει τοὺς πολλοὺς, ὅσον τὰ παρελθόντα, καὶ ἤδη γνώριμα γεγονότα. Ὅρα δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ ἀπιστίας ἔρχεταί τις εἰς τὸ καὶ λογίζεσθαι πονηρὰ καὶ πράττειν ταῦτα.

Variæ lectiones.

[68] χώρας o. [68.69] κατεγόγγυζον o. [69] ἐκείνην τὴν γογγύσασαν m. [69] ἀντιστάσης o. [67] Ἔμελλε λέγειν o.

Ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος. Ἄλλως γὰρ A
οὐχ εὑρίσκει πάροδον ἡ ἀπιστία, εἰ μὴ ἀποστῇ τις
ἀπὸ Θεοῦ. Ἕως γὰρ ἂν ᾖ ἐχόμενος τοῦ Θεοῦ, καὶ
πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ, ὡς πάντα δυναμένῳ, οὐδὲν ἡγεῖ-
ται ἀδύνατον.

Ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέ-
ραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. Τουτέστιν,
οἰκοδομεῖτε ἀλλήλους, καὶ ὑποστηρίζετε, ὥστε μὴ
πεσεῖν. Εἰ δὲ καὶ πέσῃ τις, διορθοῦσθε αὐτὸν ἄχρις
οὗ ζῇ· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον·
ἐλπὶς γάρ ἐστι. Μάλιστα μὲν οὖν, μηδὲ ἔστω καρδία
πονηρὰ ἔν τινι· εἰ δὲ καὶ γένοιτο, μὴ εἰς ἀπόγνωσιν
πιπτέτω, ἀλλὰ παρακαλεῖτε αὐτὸν [68] καὶ ἀναλαμ-
βάνετε.

Ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς B
ἁμαρτίας. Τουτέστιν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς ἀπογνώσεως
εἰς πώρωσιν ἔλθῃ, καὶ ἀνίατος μείνῃ. Ὥσπερ γὰρ
τὰ πεπωρωμένα σώματα καὶ σκληρὰ οὐκ εἴκει ταῖς
τῶν ἰατρῶν χερσίν· οὕτω καὶ αἱ σκληρυνθεῖσαι
ψυχαὶ οὐκ εἴκουσι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Ἀπάτην δὲ
ἁμαρτίας καλεῖ, ἢ τὴν ἀπάτην τοῦ διαβόλου, τουτ-
έστι, τὸ μὴ ἐλπίζειν ὅτι ἔσται ἀνταπόδοσις, ἢ τὴν
ἀναλγησίαν. Τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι Λοιπὸν ἅπαξ ἥμαρτον,
οὐκ ἔχω ἐλπίδας, ἀπάτη ὄντως ἐστὶν ἁμαρτίας.
Ἀπατῶσα γὰρ ἡ ἁμαρτία, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπω-
μένη, τοιαῦτα λογίζεσθαι ποιεῖ, κατὰ τὸ εἰρημένον·
Ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν ἐμπεσὼν, καταφρονεῖ.
Ὁ δὲ καταφρονῶν, οὐδὲ πιστεύειν ἀνέχεται. Ἐξ
ἁμαρτίας ἄρα ἡ ἀπιστία. Εἶπον γὰρ, φησὶν, ὅτι Οὐκ C
ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ.
Καὶ πάλιν· Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἐκζη-
τήσει· καὶ, Ἐπιλέλησται ὁ Θεός· καὶ ὅσα τοι-
αῦτα.

Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ. Τουτέστιν,
ἓν ἐγενόμεθα ἡμεῖς καὶ αὐτός· καὶ οὕτω μετέχομεν
αὐτοῦ, ὡς σῶμα κεφαλῆς. Ἐνταῦθα δὲ ἐλπίδας αὐ-
τοῖς ἐντίθησιν, ὡσανεὶ ταῦτα λέγων· Ὁ οὕτως ἀγα-
πήσας ἡμᾶς, ὥστε καὶ σῶμα αὐτοῦ ποιῆσαι, οὐκ
ἐάσει ἡμᾶς ἀπορραγῆναι αὐτοῦ, ἐὰν μόνον ἡμεῖς
θέλωμεν. Ἅμα δὲ καὶ ἐκεῖνο αἰνίττεται τὸ εἰρημένον
ἐτέρωθι· Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν.
Τῶν αὐτῶν γὰρ μετέχοντες νῦν, ὧν καὶ ὁ Χριστὸς,
τῶν θλίψεων δηλαδὴ, σπουδάσωμεν καὶ τότε μετα- D
σχεῖν τῆς δόξης.

Ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως βεβαίαν
κατάσχωμεν μέχρι τέλους. Τουτέστι, τὴν πίστιν·
δι' αὐτῆς γὰρ ὑπέστημεν καὶ οὐσιώθημεν τὴν θείαν
καὶ πνευματικὴν οὐσίωσιν, καὶ ἀναγέννησιν. Καὶ
ἐνταῦθα δὲ τὸ μέχρι τέλους στῆναι βεβαίως ἐν τῇ
πίστει ἀπαιτεῖ.

Ἐν τῷ λέγεσθαι· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐ-
τοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν,

Ut deficiat a Deo vivente. Non enim aliter invenit A
aditum incredulitas, nisi quis a Deo desciscat. Quamdiu enim aliquis Deo adhæserit, atque in ipsum spem suam collocarit, tanquam in eum qui omnia possit, nihil arbitratur impossibile.

Vers. 13. *Verum adhortamini vosipsos per singulos dies, donec hodie vocatur.* Hoc est, ædificate vos mutuo, et confirmate ac fulcite, ne cadatis. Si quis autem ceciderit, corrigite ipsum quoad vixerit; hoc enim significat quod ait, *Donec hodie vocatur.* Spes enim superest. Maxime vero cor pravum alicui non insit: Sin fuerit, ne cadat propter ea in desperationem, verum adhortamini ipsum et suscipite.

Ut non induretur quis ex vobis fallacia peccati. B
Hoc est, ne ex desperatione in excæcationem veniat, et callum inducat, atque insanabilis maneat. Quemadmodum enim corpora obdurata et quæ callum induxerunt, medicorum manibus non cedunt: hunc ad modum induratæ animæ non cedunt verbo Dei. Fallaciam autem peccati vocat, vel deceptionem diaboli, nimirum, non sperare futuram retributionem, vel indolentiam. Dicere enim, Prorsus relapsus sum deinceps in peccatum, nulla mihi spes veniæ: revera est peccati impostura. Peccatum enim dum decipit et ad se pertrahit, talia cogitare facit, juxta id quod dictum est: *Impius cum in profundum malorum inciderit, contemnit* [a]. Qui autem contemnit, is neque credere sustinet. Ex peccato igitur incredulitas. Dixerunt enim: *Non videbit Dominus, neque intelliget Deus Jacob* [b]. Et rursus: *Dixit enim in corde suo, Non exquiret* [c]: et, *Oblitus est Deus*, et quæcunque sunt hujusmodi. C

Vers. 14. *Participes enim Christi effecti sumus.* Hoc est, unum facti sumus nos et ipse: et sic participamus ejus, ut corpus capitis. Hic autem spem eis facit, perinde quasi sic dicat: Qui nos adeo dilexit, ut nos suum corpus faceret, haud sinet nos a se divelli, si modo **669** nos velimus. Simul autem et illud tacite indicat, quod alio in loco dictum est: *Si sustinuerimus, et conregnabimus.* Quandoquidem enim earumdem etiamnum participes sumus, quarum et Christus, afflictionum videlicet, studeamus etiam tum consortes esse gloriæ. D

Si tamen initium substantiæ ad finem usque firmum retineamus. Hoc est, fidem. Per ipsam enim subsistimus, et divina necnon spirituali essentia fundati sumus, atque regeneratione. Hic itaque firmiter ad finem usque in fide persistere exigit a nobis.

Vers. 15. *Dum dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum*

[a] Prov. xviii, 3. [b] Psal. xciii, 7. [c] Psal. ix, 34.

Variæ lectiones.

[68] ἑαυτούς.

in exacerbatione. Confirmat quomodo dixerit, *ad finem usque*, et hoc significatur, inquit, per, *Hodie.* Nam hodie, semper est ; sicut supra dixit : *Adhortamini vos mutuo, donec hodie vocatur.* Vel quod magis probandum est, utpote a divo Chrysostomo dictum, hyperbaton est : *Dum dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis*, etc. *timeamus ne quando relicta promissione* [7], et quæ deinceps sequuntur.

VERS. 16. *Quidam enim audientes exacerbaverunt.* Audita, inquit, promissione Dei, nimirum, Dabo vobis terram Chananæorum, non adhibuerunt ei fidem, cæterum exasperarunt Deum per incredulitatem. Videte igitur ne et vos promissis non credatis. Non enim proderit vobis audire solum, nisi et credideritis : perinde ac neque illis profuit auditus : quin potius ob id justius interierunt, quoniam Dei sermonibus non crediderunt.

Sed non universi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen. Caleb enim et Jesus non fuerunt increduli : eam ob causam assecuti sunt promissionem, ingressique sunt in Palæstinam.

VERS. 17. *Quibus autem infensus est quadraginta annis ? nonne iis qui peccaverant, quorum cadavera prostrata sunt in deserto ?* Per interrogationem sermonem texit, quo clarior sit, minusque contradictionis habeat. Interrogationes namque in confessis atque certis ponuntur. Proponit autem et pœnam. Prostrata sunt enim, inquit, in deserto ipsorum κῶλα, hoc est, magna femoris ossa. A parte autem tota corpora significavit.

VERS. 18, 19. *Quibus autem juravit non intraturos in requiem suam, nisi illis qui increduli fuerunt ? Et videmus quod non potuerunt introire propter incredulitatem.* Paulo ante dixit, *iis qui peccaverant :* nunc autem, *iis qui non crediderunt.* Videtur igitur indicare fidelibus istis Hebræis, quod in alia etiam peccata non pauci eorum sint lapsi, præter pusillanimitatem et futurorum incredulitatem. **670** Videmus igitur, quod infideles non sint ingressi in requiem, hoc est, ob oculos nobis posita est et in confesso peccati pœna.

CAPUT IV.

VERS. 1. *Timeamus ergo nequando relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus.* Illic est redditio illius, *Dum dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis*, et quæ sequuntur : metuamus ne et nobis eadem contingant. Cæterum, *Ergo*, ideo positum est, quod longius sit dilata oratio, priusquam redditio sequeretur.

Videatur aliquis deesse. Hoc est, ne quo modo deficiat, ac frustretur ingressu in requiem hanc promissam. Hilariorem autem et minus molestam ora-

ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Κατασκευάζει πῶς εἶπε τὸ, *μέχρι τέλους* · καὶ φησιν, ὅτι τοῦτο δηλοῦται ἐν τῷ λέγεσθαι, *σήμερον*. Τὸ γὰρ σήμερον, ἀεί ἐστιν · ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω εἶπε· *Παρακαλεῖτε ἀλλήλους, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.* Ἤ, ὃ καὶ μᾶλλον ἐγκριτέον, ὡς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου ῥηθὲν, καθ' ὑπερβατόν ἐστιν · *Ἐν τῷ λέγεσθαι, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς ἀκούσητε*, καὶ τὰ ἑξῆς, *φοβηθῶμεν μήποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν. Ἀκούσαντες, φησὶ, τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, ὅτι Δώσω ὑμῖν τὴν γῆν τῶν Χαναναίων, ἠπίστησαν, καὶ παρεπίκρανάν τὸν Θεὸν διὰ τὴν ἀπιστίαν. Βλέπετε οὖν μὴ καὶ ὑμεῖς ἀπιστήσητε τοῖς ἐπηγγελμένοις. Οὐ γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς τὸ ἀκοῦσαι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ πιστεύσητε. Ὥσπερ οὐδὲ ἐκείνους ὠφέλησεν ἡ ἀκοὴ, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τοῦτο ἀπώλοντο δικαιότερον, ὅτι Θεοῦ λόγοις ἠπίστησαν.

Ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωϋσέως. Ὁ γὰρ Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦς οὐκ ἠπίστησαν. Διὸ καὶ ἔτυχον [69] τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰσῆλθεν εἰς Παλαιστίνην.

Τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη ; Οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσον ἐν τῇ ἐρήμῳ ; Κατ' ἐρώτησιν ποιεῖται τὸν λόγον, διὰ τὸ σαφέστερον καὶ ἀναντιῤῥητότερον. Τὰ γὰρ κατ' ἐρώτησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων τίθενται. Προτίθησι δὲ καὶ τὴν τιμωρίαν. Ἔπεσον γὰρ, φησὶ, τὰ κῶλα αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τουτέστι, τὰ μεγάλα καὶ μηριαῖα ὀστᾶ. Ἀπὸ μέρους δὲ τὰ ὅλα σώματα ἐδήλωσε.

Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμενα κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. Ὅπερ προεῖπον, ἐκεῖνο νῦν φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ἡ σκηνὴ ἐκείνη, ἐν ᾗ διαπαντὸς εἰσήρχοντο οἱ ἱερεῖς, παραβολὴ ἦν, τουτέστι, τύπος καὶ σκιαγραφία τοῦ κατὰ τὸν νόμον ἐνεστηκότος καιροῦ, τοῦ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας· καθ' ὃν καιρὸν τοιαῦται θυσίαι προσφέρονται, καὶ οὕτως ἀσθενεῖς, ὥστε μὴ δύνασθαι κατὰ συνείδησιν, τουτέστι, κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τελειῶσαι τοὺς ταύτας προσφέροντας. Σωμάτων γὰρ ῥύπους, οὐ ψυχῶν ἁμαρτίας ἐκάθαιρον. Οὐ γὰρ μοιχείαν, ἢ φόνον, ἢ ἱεροσυλίαν ἀφιέναι ἠδύναντο.

C **710** Verse 9. *Quæ est parabola temporis instantis, in quo munera et hostiæ offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem.* Quod ante dixi, illud nunc Apostolus ait : nempe, tabernaculum illud, in quod semper ingrediebantur sacerdotes, erat parabola, id est, figura et adumbratio temporis secundum legem instantis ante adventum Christi : quo tempore ejusmodi sacrificia offeruntur, atque adeo imbecillia, ut non possint secundum conscientiam, hoc est, interiorem hominem, consummare eos qui illa offerebant. Corporum enim sordes, non animarum peccata purgabant. Non enim adulterium, homicidium, aut sacrilegium remittere potuerunt.

Μόνον ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. Μόνον, φησὶν, ἐπικείμενα τοῖς τότε ἀνθρώποις καὶ διαταττόμενα περὶ βρωμάτων καὶ ποτῶν. Τόδε γάρ, φησὶ, φάγε, καὶ τόδε μὴ φάγῃς. Πῶς δὲ εἶπε, *πόμασι;* καίτοι περὶ ποτῶν διαφορᾶς οὐ διελάμβανεν ὁ νόμος. Ἢ τοίνυν τοῦτό φησι περὶ τοῦ τὸν ἱερέα μὴ πίνειν οἶνον, ὅταν ἔμελλεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ Ἅγιον· ἢ καὶ περὶ τῶν εὐχὰς, τουτέστιν ὑποσχέσεις περὶ ἀποχῆς οἴνου ποιουμένων, ὥσπερ καὶ οἱ Ναζαραῖοι· ἢ ἁπλῶς ἐξευτελίζων τὰ τοιαῦτα διατάγματα καὶ διασύρων, τοῦτο εἶπε. Διάφοροι δὲ βαπτισμοὶ ἦσαν. Καὶ γὰρ κἂν νεκροῦ ἥψατο, κἂν λεπροῦ, κἂν γονορρυοῦς ἐγένετό τις, ἐβαπτίζετο, καὶ οὕτως ἐδόκει καθαρίζεσθαι. Ταῦτα δὲ δικαιώματα ἦσαν σαρκὸς, τουτέστιν

D Verse 10. *Tantummodo in cibis et potibus, et in variis baptismatis et justificationibus carnis, ad tempus usque correctionis impositis.* Tantummodo, inquit, imposita hominibus qui tum vivebant, et injuncta de cibis et potu. Hoc enim, inquit, vescere, hoc vero ne vescaris. Quomodo autem dixit, *in potibus?* atqui de potuum differentia nihil tradidit lex. Vel igitur hoc dicit, quod sacerdos non debuerit bibere vinum quando ingressurus esset in Sancta : vel de his dicit, qui vota, hoc est, promissiones faciebant a vino abstinendi, sicut et Nazaræi : vel simpliciter, ut vilescere faciat hujusmodi ordinationes et ritus, atque ut eos perstringat, hoc dixit. Varii autem baptismi apud eos erant. Nam si mortuum attigisset quispiam vel leprosum, et si seminis fluxum pateretur aliquis, abluebatur, ea-

que ratione videbatur mundus reddi. Hæ autem justificationes fuerunt carnis, hoc est, mandata carnalia, carnem purgantia, adeoque carnaliter justificantia eos qui secundum carnem impuri censebantur. Non tamen ad finem usque imponenda erant, cæterum *ad tempus correctionis*, hoc est, ad Christi usque adventum, qui hæc emendaturus erat, ac verum et spiritualem Dei cultum introducturus. Quia vero lex grave jugum erat, merito dixit, *Imposita*; perinde ac in Actis memoriæ proditum est : *Quid tentatis imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri bajulare potuerunt* [18]?

A ἐντολαὶ σάρκιναι, σάρκα; καθαίρουσαι, καὶ σαρκικῶς δικαιοῦσαι τοὺς κατὰ σάρκα δοκοῦντας ἀκαρθάρτους. Οὐ μέντοι ἄχρι τέλους ἔμελλον ἐπικεῖσθαι, ἀλλ' *ἄχρι καιροῦ διορθώσεως*, τουτέστιν, ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τοῦ μέλλοντος διορθώσασθαι ταῦτα, καὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ πνευματικὴν λατρείαν ἐπεισαγαγεῖν. Ἐπεὶ δὲ ζυγὸς ἦν ὁ νόμος βαρύς, εἰκότως εἶπε τὸ, *ἐπικείμενα*. Ὡς καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι γέγραπται· *Τί πειράζετε ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν ἐβάστασαν*;

VERS. 11. *Christus autem accedens Pontifex futurorum bonorum.* Veteris, inquit, Testamenti cultus in cœlum non introduxit. *Christus autem accedens*, semel ingressus est in Sancta : ibi enim est redditio sensus. Non dixit autem, factus Pontifex, sed, *accedens Pontifex*, hoc est, in hoc ipsum veniens. Non prius accessit, et deinde casu ita eveniente, factus est Pontifex : sed scopus cur in terram veniret, pontificatus erat. Non dixit autem, eorum quæ mactantur **711** Pontifex; sed, *futurorum bonorum* : tanquam sermone universum exacte exprimere non valente, simpliciter et indefinite bona vocavit quæ nobis conferuntur. Futura vero hæc dixit, respectu temporis legis. Ut enim illud instans vocavit, sic quæ Christi sunt, futura appellat, ad comparationem illius, vel revelandorum nobis in futuro sæculo mysteriorum.

Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*. Ἡ μὲν Παλαιὰ, φησὶ, λατρεία B οὐκ εἰσῆγεν [18] εἰς τὸν οὐρανόν· *ὁ δὲ Χριστὸς παραγενόμενος* εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ Ἅγια· ἐκεῖσε γὰρ ἀποδέδοται ἡ ἔννοια. Οὐκ εἶπε δὲ, γενόμενος ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ *παραγενόμενος* Ἀρχιερεύς, τουτέστιν εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐλθών. Οὐ πρότερον παρεγένετο, εἶτα συμβὰν οὕτω, ἐγένετο Ἀρχιερεύς· ἀλλ' ὁ σκοπὸς τοῦ παραγεγονέναι αὐτὸν εἰς τὴν γῆν, ἡ ἀρχιερωσύνη ἦν [19]. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἀρχιερεὺς τῶν θυομένων, ἀλλὰ *τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*, ὡς οὐκ ἰσχύοντος τοῦ λόγου παραστῆσαι τὸ πᾶν ἀκριβῶς, ἁπλῶς καὶ ἀδιορίστως ἀγαθὰ ἐκάλεσε, τὰ εἰς ἡμᾶς γενόμενα. Μέλλοντα δὲ ταῦτα εἶπεν, ὡς πρὸς τὸν τοῦ νόμου καιρόν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον ἐνεστηκότα ἐκάλεσεν, οὕτω μέλλοντα τὰ κατὰ Χριστὸν ὀνομάζει, ὡς πρὸς σύγκρισιν ἐκείνου, ἢ καὶ τῶν ἐν τῷ C μέλλοντι αἰῶνι ἀνακαλυφθησομένων ἡμῖν μυστηρίων.

Per amplius et perfectius tabernaculum. Carnem hic dicit, quæ majus quidem erat, quatenus et Deus Verbum, et omnis Spiritus operatio demoratur in ipsa. Non enim ei ex mensura impertiit Deus Spiritum. *Perfectius* autem, tanquam perfectiora transigens.

Διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς. Τὴν σάρκα ἐνταῦθα λέγει, μείζονα μὲν οὖσαν, καθὸ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ πᾶσα ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια οἰκεῖ ἐν αὐτῇ. Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δέδωκεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα. *Τελειοτέρας* δὲ οὔσης, ὡς τελειότερα κατορθούσης.

Non manufactum, id est, non hujus creationis. Hic insultant hæretici, dicentes cœleste esse corpus et æthereum. Atqui si cœleste putasset Apostolus et æthereum, quomodo dixisset, *non hujus esse creationis?* non enim extra creaturas cœlum est. Quid igitur est quod dicit? Quod vetus tabernaculum manus Beseleelis artificum fecerunt, Dei autem Verbi tabernaculum Spiritus constituit. Propterea dixit ipsum non esse *hujus creationis*, id est, non harum creaturarum, cæterum spirituale et divinum. Creatura enim nulla habet in se Deum Verbum secundum substantiam : tabernaculum autem illud huic hypostatice unitum erat. Secundum materiam igitur corpus Domini nostri erat simile, et ejusdem nobiscum essentiæ, nempe ex immaculato sanguine sanctæ Virginis compactum : secundum modum vero constitutionis supra nos fuit, et quia Deo Verbo hypostatice unitum erat. Vel quia

Οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως. Ἐνταῦθα ἐπιπηδῶσιν οἱ αἱρετικοὶ, λέγοντες οὐράνιον εἶναι τὸ σῶμα καὶ αἰθέριον. Καὶ μὴν καὶ εἰ οὐράνιον αὐτὸ ἐδόξαζεν ὁ Ἀπόστολος καὶ αἰθέριον, πῶς εἶπεν *οὐ ταύτης τῆς κτίσεως* εἶναι; Οὐ γὰρ ἔξω τῶν κτισμάτων ὁ οὐρανός. Τί οὖν D ἐστιν ὃ λέγει; Ὅτι τὴν μὲν παλαιὰν σκηνὴν χεῖρες τῶν περὶ Βεζελεὴλ τεχνιτῶν ἐποίησαν· τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου σκηνὴν, τὸ Πνεῦμα συνεστήσατο. Διὸ εἶπεν αὐτὴν μὴ εἶναι *ταύτης τῆς κτίσεως*, τουτέστιν οὐ τούτων τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ πνευματικὴν καὶ θείαν. Τῶν μὲν γὰρ κτισμάτων οὐδὲν ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν Λόγον καθ' ὑπόστασιν· ἐκείνη δὲ καθ' ὑπόστασιν ἥνωτο τούτῳ. Κατὰ μὲν οὖν τὴν ὕλην, τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καθ' ἡμᾶς ἦν, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν, ὡς ἐκ τῶν ἀχράντων αἱμάτων τῆς ἁγίας Παρθένου συμπαγέν· κατὰ δὲ τὸν τρόπον τῆς συστάσεως, ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ὅτι καθ' ὑπόστασιν ἥνωτο τῷ

[18] Act. xv, 10.

Variæ lectiones.

[18] εἰσῆλθεν o. [19] ἤγουν τὸ θῦσαι; τὸ ἴδιον σῶμα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν o.

Θεῷ Λόγῳ. Ἡ ἐπειδὴ ἡ ὕλη τῆς παλαιᾶς σκηνῆς ξύλα καὶ δέρματα ἦσαν, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ ὑφάσματά τινα, πρὸς ἐκεῖνα ὁρῶν ὁ Ἀπόστολος εἶπεν, ὅτι Οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, ἧς ἐδεήθη ἡ παλαιὰ σκηνή. Τὸ γὰρ ὅλον συγκριτικῶς ἐκφέρει τὸν λόγον, καὶ δείκνυσι τὴν κατὰ Χριστὸν ὑπεροχήν. Καλεῖ δὲ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ σκηνὴν, ὡς ἐνταῦθα, διὰ τὸ τὸν Μονογενῆ σκηνῶσαι ἐν αὐτῇ· καὶ καταπέτασμα, ὡς ἀποκρύπτουσαν τὴν θεότητα. Καλεῖ καὶ τὸν οὐρανὸν τοῖς αὐτοῖς τούτοις ὀνόμασι· σκηνὴν, ὡς ἐκεῖ ὄντος τοῦ ἀρχιερέως· καταπέτασμα, ὡς ἀποτειχιζομένων τῶν ἁγίων δι' αὐτοῦ.

Οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος. Ἰδοὺ πάντα ἐξηλλαγμένα καὶ ὑπεροχὴ, ὅση αἵματος θείου πρὸς τὰ τῶν ζώων, μεθ' ὧν ὁ νομικὸς ἀρχιερεὺς εἰσήρχετο.

Εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ Ἅγια. Τουτέστιν εἰς τὸν οὐρανόν.

Αἰωνίαν λύτρωσιν εὑρόμενος. Οὐ πρόσκαιρον καθαρμὸν [20], ὡς ἐκεῖνοι, ἀλλ' αἰωνίαν ἐλευθερίαν ψυχικῶν ἁμαρτιῶν. Ἢ ὅτι ἅπαξ εἰσελθὼν, διὰ μιᾶς εἰσόδου ἀΐδιον εὐεργεσίαν ἡμῖν κατέθετο. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, *εὑρόμενος*, ὡς παρὰ προσδοκίαν γενομένου τοῦ πράγματος, οὕτω ταύτῃ τῇ λέξει ἐχρήσατο. Ἄπορον γὰρ ἦν τὸ τῆς ἐλευθερίας ἡμῖν· ἀλλ' αὐτὸς εὗρε τοῦτο.

Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως, ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. Ἐπειδὴ ἀπίθανον ἂν ἴσως ἔδοξε πολλοῖς, τὸ διὰ μιᾶς θυσίας καὶ αἵματος ἑνὸς, λύτρωσιν αἰωνίαν παρασχεῖν, κατασκευάζει τοῦτο, καὶ δείκνυσιν πιθανὸν τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις δόξης. Εἰ γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, ἐπιστεύετε καθαίρεσθαι ῥαντιζόμενοι τῷ αἵματι τῆς δαμάλεως, καὶ αὖ τῇ σποδῷ ὕδατι φυρομένῃ (ἐτηρεῖτο γὰρ ἡ σποδὸς εἰς κάθαρσιν τῶν κεκοινωμένων, τουτέστι, τῶν μεμιασμένων), πῶς τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα οὐ καθαριεῖ τὰς ψυχάς; Ὅρα δὲ σύνεσιν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐκαθάρισε τὸ αἷμα τῶν τράγων, ἀλλ' ἡγίαζεν· οὐχ ὡς δοξάζων τὰ νομικὰ, ἀλλ' ἵνα κατορθώσῃ ὃ βούλεται. Εἰ γὰρ αἷμα τράγου ἁγιασμὸν παρεῖχεν, ὡς πιστεύετε, πολλῷ μᾶλλον πεισθῆναι ἔδει παρέχειν ἁγιασμὸν τὸ τοῦ Χριστοῦ αἷμα. Ὅτι γὰρ οὐχ ἵνα ἐπάρῃ τὰ Ἰουδαϊκὰ τοῦτο εἶπεν, ὅρα πῶς προσέθηκε· *Πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα.* Ἅγιον γὰρ, φησὶν, ἦν οὐ πρὸς τὸ τὰς ψυχὰς καθαίρειν, ἀλλὰ τὴν σάρκα.

Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ. Οὐκ ἀρχιερεύς τις προσήνεγκέν τὸν Χριστὸν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτόν· καὶ οὐ διὰ πυρὸς, ὡς αἱ δαμάλεις, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος αἰωνίου, ὥστε καὶ τὴν χάριν καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν διαιωνίζειν. Καὶ *ἄμωμον*, τουτέστιν, ἀναμάρτητον. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ἡ δάμαλις ἄμωμος ἀπῃτεῖτο εἶναι.

A materia veteris tabernaculi ligna et pelles fuerunt, et aurum, et argentum, et æs, et texturæ quædam; ad hæc respiciens Apostolus dixit, quod non sit hujus creationis, qua indiguerit tabernaculum vetus. Omnino enim per comparationem profert orationem, et Christi excellentiam ostendit. Vocat autem corpus Domini tabernaculum, quemadmodum in hoc loco, eo quod commoretur in eo unigenitus Dei Filius : et velamentum, eo quod contegat divinitatem. Vocat et cœlum iisdem his nominibus : tabernaculum scilicet, eo quod illic sit pontifex ; velamen autem, eo quod sancti per ipsum communiuntur.

B Vers. 12. *Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem.* En omnia sunt diversa, atque istis tanto excellentiora, quanto sanguis divinus sanguine animalium, cum quibus pontifex sub lege ingrediebatur.

Introiit semel in Sancta. Hoc est, in cœlum.

712 *Æterna redemptione inventa.* Non temporaria purgatione, ut erat illorum, sed æterna libertate animarum a peccatis. Vel quia semel ingressus, per unum introitum æternum nobis beneficium contulit. Vide autem quod ait, *inventa*, ceu præter expectationem res facta esset, sic hac dictione usus est. Libertas enim nobis dubia erat, verum ipse hanc invenit.

C Vers. 13. *Si enim sanguis taurorum et hircorum, et cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.* Quia fortasse plerisque improbabile videbatur, per oblationem unam et sanguinem unius, redemptionem æternam exhibere: confirmat hoc, indicans hoc verisimile esse ex ipsorum Judæorum opinione. Si enim vos, inquit, sanguine vitulæ conspersi mundari credebatis, ac rursus cinere aquæ admisto, servabatur enim cinis in purificationem profanatorum, hoc est, pollutorum, quomodo Christi sanguis non purgabit animas? Animadverte autem ejus prudentiam. Non dixit, quod sanguis hircorum purgavit, sed sanctificavit : non ut legalia glorificet, sed ut efficiat quæ velit. Si enim sanguis hirci præstitit sanctificationem, uti vos creditis; multo potius credere debetis

D Christi sanguinem sanctificationem præstare. Quod enim hæc non dixerit ut Judaica efferat, vide quomodo apposuerit, *Ad emundationem carnis.* Sanctum enim erat, inquit, non ut animas purgaret, sed carnem.

Vers. 14. *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo.* Non pontifex quispiam obtulit Christum, sed ipse seipsum : et non per ignem, ut ipsæ vitulæ, sed per Spiritum æternum, ut jam et gratia et redemptio sint æterna. Et *immaculatum*, hoc est, peccati expertem. Nam in Veteri Testamento vitula exigebatur, quæ omni macula careret.

Variæ lectiones.

[20] καθαρισμόν.

Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Illic quidem dixit, *sanctificat;* sed tamen addidit, *ad emundationem carnis:* hic vero cum dixisset, *Emundabit*, protinus excellentiam demonstravit. Addit enim quod conscientiam mundabit, hoc est, interiorem hominem, quod sane ille non erat. Et illic quidem qui attigisset mortuum, mundabatur : hic vero puritas datur a mortuis operibus, quæ vere coinquinare possunt, et a Deo abducere.

Ad serviendum Deo viventi et vero ? Proinde qui mortua opera attingit, non servit Deo viventi et vero, sed opera quæ eligit pro Deo habet. Sic is qui ventri deditus est, ventrem Deum facit : **713** sic avarus idolorum cultor est. Hujusmodi igitur opera mortua sunt, non solum quod a sempiterna vita aliena sint, verum etiam quod, dum peraguntur, exsecrabilia sint, atque adeo vana et mendacia, ut quæ nos inescant et suavia videntur, cum minime sint.

Vers. 15. *Et ideo Novi Testamenti mediator est.* Quod non paucos imbecilliorum turbabat, mors videlicet Christi : Si enim mortuus est, inquiunt, quomodo dabit quæ promisit ? huic jam Paulus medicinam adhibens, ostendit propter hoc ipsum ratum et firmum esse testamentum, quia mortuus est : viventium enim testamentum non dicitur. Eam ob rem, inquit, mortuus est, ut nos mundaret, ac in testamento reliquit nobis condonationem, et paternorum bonorum fruitionem, mediator factus inter Patrem et nos. Pater enim noluit dimittere nobis hæreditatem, sed irascebatur ut filiis contumacibus et abalienatis. Christus itaque mediator factus erat, atque ipsum nobis reconciliavit. Quomodo ? Quod nos oportebat pati, mori enim debuissemus, hoc ipse pro nobis sustinuit, nosque dignos testamento reddidit, atque deinceps testamentum stabile redditum est per mortem Filii, eo quod non ad indignos hæreditatem transmiserat. Etenim testamentum quosdam hæredes habet :—audi itaque testamentum Christi : *Volo ut ubi ego sum, et illi sint*[28a] ;— alios autem exhæredes : *Non pro omnibus vero rogo*, inquit, *sed pro iis qui per verbum ipsorum credunt in me*[29]. Testamentum porro testes habet : *Testatur autem de me qui misit me*[30] ; ac : *Paracletus testimonium mihi dicet ;* et : *Vos testes mei estis.*

Ut morte intercedente in redemptione eorum prævaricationum quæ erant sub priori testamento. Animadvertis Christi mortem ob nostram redemptionem factam esse ? Quomodo igitur eam imbecillitatis esse putas, cum adeo potens fuerit, ut quæ in lege erant prævaricationes sanarit ? Quomodo igitur ad legem confugis, quæ adeo est infirma, ut neque prævaricationes quæ in ipsa fiunt corrigere potuerit ? Non quia prava erat, sed quia infirma.

Promissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ

A *Καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων.* Ἐκεῖ μὲν εἶπε τὸ, Ἁγιάζει· ἀλλὰ προσέθηκε καὶ τὸ, *πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα* · ἐνταῦθα δὲ, *Καθαριεῖ*, εἰπὼν, ἔδειξεν εὐθὺς τὴν ὑπεροχήν. Ἐπάγει γὰρ, ὅτι τὴν συνείδησιν καθαριεῖ, τουτέστι, τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, ὅπερ ἐκεῖ οὐκ ἦν. Κακεῖ μὲν ὁ ἁψάμενος νεκροῦ, ἐκαθαρίζετο· ἐνταῦθα δὲ ἡ κάθαρσις ἀπὸ νεκρῶν ἔργων τῶν ἀληθῶς μιαίνειν δυναμένων, καὶ ἀπάγειν Θεοῦ.

Εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ ; Ὥστε ὁ νεκρῶν ἔργων ἁπτόμενος, οὐ λατρεύει Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα ἃ προαιρεῖται ἐκεῖνα θεοποιεῖ. Οὕτως ὁ γαστρίμαργος θεοποιεῖ τὴν κοιλίαν· οὕτως ὁ πλεονέκτης εἰδωλολατρεῖ. Νεκρὰ οὖν εἰσι τὰ τοιαῦτα, οὐ μόνον ὡς τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀλλότρια, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πράττεσθαι βδελυκτά εἰσι, καὶ ψευδῆ δὲ, ὡς δελεάζοντα ἡμᾶς, καὶ δοκοῦντα μὲν ἡδέα, μὴ ὄντα δέ.

Καὶ διὰ τοῦτο Διαθήκης Καινῆς μεσίτης ἐστίν. Ὅπερ ἐτάραττε πολλοὺς τῶν ἀσθενεστέρων, ὁ θάνατος δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ· Εἰ γὰρ ἀπέθανε, φασὶ, πῶς δώσει ἃ ἐπήγγελται; τοῦτο νῦν ὁ Παῦλος θεραπεύων, δείκνυσιν ὅτι δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο βεβαία ἐστὶν ἡ διαθήκη αὐτοῦ, διότι ἀπέθανεν· ἐπὶ γὰρ ζώντων διαθήκη οὐ λέγεται. Διὰ τοῦτο, φησὶ, διὰ τὸ καθαρίσαι ἡμᾶς, ἀπέθανε, καὶ ἐν διαθήκῃ κατέλειψεν ἡμῖν τὴν ἄφεσιν, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν πατρῴων ἀγαθῶν, μεσίτης γενόμενος τοῦ Πατρὸς καὶ ἡμῶν. Ὁ γὰρ Πατὴρ οὐκ ἤθελεν ἀφεῖναι ἡμῖν κληρονομίαν, ἀλλ' ὠργίζετο ὡς υἱοῖς ἀθετήσασι καὶ ἀπηλλοτριωμένοις. Ὁ οὖν Χριστὸς μεσίτης ἐγένετο, καὶ κατήλλαξεν αὐτόν. Καὶ πῶς; Ὅπερ ἔδει ἡμᾶς παθεῖν, ἀποθανεῖν γὰρ ὠφείλομεν, τοῦτο αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς ἀξίους τῆς διαθήκης, καὶ λοιπὸν ἡ διαθήκη βεβαία ἐγένετο διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ, ὡς οὐκ εἰς ἀναξίους τὴν κληρονομίαν παραπέμψασα. Καὶ γὰρ ἡ διαθήκη τοὺς μὲν κληρονόμους ἔχει·— ἄκουε γοῦν τῆς κατὰ Χριστὸν διαθήκης· *Θέλω ἵνα ὅπου ἐγὼ εἰμι, καὶ οὗτοι ὦσι·* — τοὺς δὲ ἀποκλήρους· *Οὐ περὶ πάντων δὲ ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ.* Ἡ διαθήκη μάρτυρας ἔχει· *Μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με* . καὶ, *Ὁ Παράκλητος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ* · καὶ, *Ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε.*

Ὅπως θανάτου γενομένου εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων. Ὁρᾷς ὅτι ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως ἐγένετο ; Πῶς οὖν τοῦτον ἀσθενείας εἶναι νομίζεις τὸν οὕτως ἰσχύσαντα, ὥστε καὶ τὰς ἐν τῷ νόμῳ παραβάσεις ἰάσασθαι ; Πῶς οὖν προστρέχεις τῷ νόμῳ τῷ οὕτως ἀδυνάτῳ, ὥστε μηδὲ τὰς ἐπ' αὐτῷ παραβάσεις δύνασθαι διορθώσασθαι ; Οὐχ ὅτι πονηρὸς ἦν, ἀλλ' ὅτι ἀσθενής.

Τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς

[28a] Joan. xvii, 24. [29] Joan. viii, 20. [30] ibid. 18.

αἰωνίου ζωῆς καὶ κληρονομίας. Εἰ γὰρ μὴ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῶν ἁμαρτιῶν, δι' ἃς ἐξεπολεμώσαμεν ἑαυτοῖς τὸν Πατέρα πῶς ἂν ἐλάβομεν τὴν οὐράνιον κληρονομίαν; Τὸ δὲ, *κεκλημένοι*, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν πρὸς ἡμᾶς, ὡς πατὴρ πρὸς υἱοὺς, διέκειτο ὁ Θεὸς, καὶ κεκλημένοι ἦμεν εἰς τὴν κληρονομίαν· ὕστερον δὲ, αὐτοὶ ἑαυτοὺς διὰ τῶν ἁμαρτιῶν ἀναξίους ἐποιήσαμεν ταύτης. A

Ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου. Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία. Μὴ τοίνυν ταρασσέτω ὑμᾶς ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· εἰ μὴ γὰρ ἀπέθανεν, οὔτε διαθήκην ἂν ἐποίησεν, ὥστε κληρονομῆσαι ἡμᾶς. Ἀναμφίβολον γὰρ ὅτι ἡ διαθήκη μετὰ θάνατον κρατεῖ· οὔτε ὅλως ἄξιοι ἂν ἦμεν κληρονομίας, ὡς τῆς ἔχθρας μὴ λυθείσης. B

Ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος; Ἐρωτηματικῶς τοῦτο καὶ ἀνάγνωθι καὶ νόησον.

Ὅθεν οὐδ' ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται. Οὐ μόνον ἀπὸ τῆς κοινῆς συνηθείας ἐπιστώσατο ὃ ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ συμβάντων, ὃ μᾶλλον τοὺς Ἑβραίους ὑπήγετο. *Ὅθεν*, φησὶ, τουτέστι, διότι ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ θάνατον προηγεῖσθαι τῆς διαθήκης, διὰ τοῦτο καὶ ἡ πρώτη διαθήκη οὐ χωρὶς αἵματος ἐνεκαινίσθη. Αἷμα δὲ θανάτου σύμβολον. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀμνοῦ αἷμα· τύπος γὰρ ἦν· ἐνταῦθα δὲ τῆς ἀληθείας λαμψάσης ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σαρκὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν. C Τί δέ ἐστι τὸ, *ἐγκεκαίνισται;* Τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως καὶ τῆς βεβαιώσεως ἔλαβεν. Οὐκ ἄλλως γὰρ ἔλαβεν ἀρχὴν τοῦ ἐνεργεῖν, εἰ μὴ αἱματεκχυσία προέβη.

Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ τὸν νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ. Κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι καθὼς ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησεν, ἵνα λαληθῶσιν εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ· ἢ πάσης ἐντολῆς τῆς κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι τῆς νομοθετηθείσης.

Λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράντισε. D Τίνος ἕνεκα τὸ βιβλίον ἐρραντίζετο καὶ ὁ λαός; Ἢ τοῦ τιμίου αἵματος ἄνωθεν σχηματιζομένου, δι' οὗ ἐρραντίσθημεν ἡμεῖς καὶ αἱ καρδίαι ἡμῶν· αὗται γὰρ εἰσι βιβλία, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἶπε· *Διδοὺς νόμους ἐπὶ καρδίᾳ αὐτῶν.* Καὶ τὸ ὕδωρ δὲ σύμβολον τοῦ βαπτίσματος. Ἐνταῦθα δὲ παραλαμβάνονται τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Κυρίου ἀπορρύεν[11] αἷμα καὶ ὕδωρ· τάχα δὲ καὶ ὅτι τὸ βάπτισμα οὗ τὸ ὕδωρ σύμβολον, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλει, οὗ τὸ αἷμα ἐνδεικτικόν. Τὸ δὲ ὕσσωπον παρελαμβάνετο ὡς συγκρατη-

hæreditatis. Nisi enim mors Christi liberasset nos a peccatis, quibus Patrem hostem nobis fecimus, quomodo accepissemus cœlestem hæreditatem? *Vocati* autem, hoc significat, quod primum quidem erga nos, ut pater erga filios, Deus affectus erat, vocatique eramus ad hæreditatem: postea vero, ipsi nosipsos per peccata ista indignos fecimus.

VERS. 16, 17. *Ubi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum* 714 *enim in mortuis firmum est.* Ne igitur turbet vos mors Christi: nisi enim mortuus esset, neque testamentum quidem condidisset, ut nos hæredes essemus, est enim extra omnem controversiam, testamentum post mortem esse ratum, neque omnino digni essemus hæreditate, utpote inimicitia nondum soluta.

Alioqui nunquid valet dum vivit qui testatus est? Per interrogationem hoc lege et intellige.

VERS. 18. *Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.* Non solum a communi consuetudine firmavit quod dixit, verum etiam ab iis quæ in Veteri Testamento contigerunt, id quod Hebræos magis suadebat. *Unde*, inquit, hoc est, quia necessarium est mortem præcedere testamentum, propterea primum testamentum non citra sanguinem dedicatum est. Sanguis autem mortis est indicium. Sed illic quidem agni sanguis; typus enim erat: hic vero, veritate refulgente, Filius Dei mortuus est secundum carnem pro nobis. Quid autem est, *dedicatum est?* hoc est, principium constitutionis et confirmationis accepit. Non enim alias principium operandi accepisset, nisi sanguinis effusio præcessisset.

VERS. 19. *Cum enim pronuntiatum esset universum mandatum secundum legem a Moyse omni populo.* *Secundum legem*, id est, perinde ac Dominus lege sanxerat, ut mandata ejus pronuntiarentur ad aures universi populi: vel universum mandatum secundum legem, hoc est, quod lege cautum fuerat.

Accepto sanguine vitulorum cum aqua et lana coccinea, et hyssopo, ipsum quoque librum et omnem populum aspersit. Quam ob rem liber aspergebatur et populus? Vel ut pretiosus sanguis antea præfiguraretur, quo nos conspersi sumus, et corda nostra: ipsa enim sunt libri, perinde ac supra dixit, *Dans leges meas in corda ipsorum.* Aqua autem baptismatis symbolum fuit. Hic autem assumuntur sanguis et aqua, fortasse quidem eo quod ex latere Christi profluxerit sanguis et aqua: vel fortasse quod baptisma, cujus aqua symbolum est, mortem Domini annuntiat, cujus sanguis est indicium. Hyssopum autem assumebatur ob vim retinendi propter densitatem, ac lana similiter. Vel

Variæ lectiones.

[11] ἀπορρεῦσαν m.

quia ovis esset Christus : ac propterea coccinea erat, ut ipso colore sanguinis præ se formam ferret.

τικὸν τυγχάνον διὰ τὴν πυκνότητα· καὶ τὸ ἔριον ὡσαύτως· ἢ διότι πρόβατον ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦτο καὶ κόκκινον, ἵνα καὶ τῇ χροιᾷ τύπον φέρῃ τοῦ αἵματος.

Vers. 20. *Dicens : Hic est sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.* Christus vero ait : *Hic est sanguis Novi Testamenti in remissionem peccatorum :* illic autem neque novum est, neque remissio peccatorum. Observas igitur quomodo **715** sanguinem testamentum nominaverit ? ut adeo necessario mors intelligatur, ubi testamentum dicitur.

Λέγων· Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός. Ὁ δὲ Χριστός· *Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς Διαθήκης Καινῆς, Τὸ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.* Ἐκεῖ δὲ, οὔτε καινὴ, οὔτε ἄφεσις ἁμαρτιῶν. Ὁρᾷς οὖν πῶς τὸ αἷμα διαθήκην ὠνόμασεν; Ὥστε ἀνάγκη θάνατον νοεῖσθαι, ὅπου διαθήκη λέγεται.

Vers. 21. *Etiam tabernaculum, et omnia vasa ministerii, sanguine similiter aspersit.* Et hæc sane figura fuerunt. Nos enim sumus tabernaculum, juxta illud : *Inhabitabo in ipsis, et inambulabo* [81]. Et vasa magnæ domus Dei, alia quidem aurea, alia vero argentea. Conspersi itaque sumus vero sanguine Christi, sanctificatique sumus in mortem ipsius per baptismum.

Καὶ τὴν σκηνὴν δὲ, καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας, τῷ αἵματι ὁμοίως ἐῤῥάντισε. Καὶ ταῦτα τύπος ἦσαν· ἡμεῖς γὰρ ἐσμεν ἡ σκηνὴ, κατὰ τό· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω.* Καὶ σκεύη τῆς μεγάλης οἰκίας τοῦ Θεοῦ, τὰ μὲν χρυσᾶ, τὰ δὲ ἀργυρᾶ. Ἐῤῥαντίσθημεν οὖν τῷ ἀληθινῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡγιάσθημεν εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βαπτισθέντες.

Vers. 22. *Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, et sine sanguinis effusione non fit remissio.* Cur *Pene* apposuit? Quia illa non erant perfecta mundatio, neque perfecta remissio. Quomodo enim, cum peccata non remitterentur?

Καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις. Διὰ τί τὸ, *Σχεδὸν*, προσέθηκε ; Διότι ἐκεῖνα οὐκ ἦν καθαρισμὸς τέλειος, οὐδὲ ἄφεσις τελεία. Πῶς γὰρ, ἁμαρτιῶν μὴ ἀφιεμένων;

Vers. 23. *Necesse est igitur exemplaria quidem cœlestium his mundari.* Cœlestia nostra dicit, adeoque illa quæ ad Ecclesiam pertinent. Dictum autem est in superioribus, quomodo cœlum sit Ecclesia. Horum igitur exemplaria et figuræ fuerunt res Judaicæ : propterea purgabantur sanguine vitulorum, ac cinere juvencæ, aliisque usque adeo vilibus.

Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τούτοις καθαρίζεσθαι. Οὐράνια τὰ καθ' ἡμᾶς λέγει, τὰ τῆς Ἐκκλησίας. Εἴρηται δὲ ἀνωτέρω, πῶς οὐρανὸς ἡ Ἐκκλησία. Τούτων οὖν ὑποδείγματα ἦσαν καὶ τύποι τὰ Ἰουδαϊκά· διὰ τοῦτο καὶ ἐκαθαρίζοντο αἵματι μόσχων, καὶ σποδῷ δαμάλεως, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς οὕτως εὐτελέσιν.

Ipsa autem cœlestia. Hoc est, quæ sunt Ecclesiæ, quæ nostra sunt.

Αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια. Τουτέστι, τὰ τῆς Ἐκκλησίας, τὰ ἡμέτερα.

Melioribus hostiis quam istis. Quandoquidem enim nostra Judaicis tanto meliora sunt, quanto cœlum terra, siquidem illi bona terrestria expectabant, nostra vero hæreditas cœlum est, non immerito et præstantiori et magnificentiori sacrificio dignata fuerint, sanguine nimirum Filii Dei, qui mundavit nos perfectius. Mors igitur Christi non solum fuit ut stabiliret testamentum, verumetiam ut veram purificationem efficeret, animæ videlicet. Hanc autem ob causam mortis beneficiorum meminit, eo quod multis ignominiosissima videbatur, maxime vero mors in cruce tolerata.

Κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταῦτα. Ἐπειδὴ καὶ κρείττονά εἰσι τῶν Ἰουδαϊκῶν, καὶ τοσοῦτον ὅσον γῆς οὐρανὸς, εἴγε ἐκεῖνοι μὲν τὰ ἀγαθὰ γήϊνα, ἡμῖν δὲ κλῆρος οὐρανὸς, εἰκότως καὶ μείζονος [82] καὶ μεγαλοπρεπεστέρας θυσίας ἠξίωνται, τοῦ αἵματος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καθαρίσαντος ἡμᾶς τελειώτερον. Ἆρα οὖν ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον διὰ τὸ βεβαιῶσαι τὴν διαθήκην ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὸν ἀληθινὸν καθαρισμὸν ἀπεργάσασθαι, τὸν τῆς ψυχῆς. Διὰ τοῦτο δὲ τῶν τοῦ θανάτου εὐεργεσιῶν μνημονεύει, διότι τοῖς πολλοῖς ἀτιμότατος ἐδόκει, καὶ μάλιστα ὁ διὰ σταυροῦ.

Ipsa nimirum Judæi, neque enim hujusmodi delubrum in aliis terris erat, quod vel pulchritudinis nomine, vel sumptuum magnitudine cum hoc conferri posset. Quia enim rebus corporalibus alliciebantur Judæi, præcepit Deus magni-

Non enim in manufacta sancta introiit Christus, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut nunc appareat vultui Dei pro nobis. Admodum superbiebant Templi nomine Judæi, neque enim hujusmodi delubrum in aliis terris erat, quod vel pulchritudinis nomine, vel sumptuum magnitudine cum hoc conferri posset. Quia enim rebus corporalibus alliciebantur Judæi, præcepit Deus magni-

Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. Μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ ναῷ Ἰουδαῖοι· οὔτε γὰρ ἦν ἀλλαχοῦ γῆς τοιοῦτος ναὸς, οὐ κάλλους ἕνεκεν, οὐ πολυτελείας. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς σωματικοῖς ἐφείλκοντο οἱ Ἰουδαῖοι, προσέταξεν ὁ Θεὸς φιλοτιμότατα αὐτὸν κατασκευασθῆναι. Διὸ καὶ

[81] 1 Cor. VI, 16.

Variæ lectiones.

[82] κρείττονος O.

ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς αὐτὸν ἤρχοντο. Τί οὖν ὁ Παῦλος; Ὥσπερ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐποίησε καὶ καθεῖλεν αὐτὰς, ἀντιστήσας τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, τῷ ναῷ ἀντιστήσας τὸν οὐρανὸν, δείκνυσι τὸ διάφορον. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἀρχιερεῖς εἰς τὰ χειροποίητα ἅγια εἰσήρχοντό, ἅτινα ἦσαν ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, τουτέστι, τοῦ οὐρανοῦ ἦσαν τύπος. Οὗτος γὰρ τὰ ἀληθινὰ ἅγια. Ὁ δὲ Χριστὸς εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν εἰσῆλθε, καίτοι τὰ πάντα πληροῖ, καὶ πάρεστι πανταχοῦ· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ταῦτά φησιν. Οὐ μόνον δὲ διὰ τούτου δείκνυσι τὴν διαφοράν, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ δεῖξαι τὸν ἡμέτερον ἀρχιερέα ἐγγύτερον γενόμενον τοῦ Θεοῦ. Οἱ μὲν γὰρ παλαιοὶ ἀρχιερεῖς διὰ συμβόλων ἐώρων τὸν Θεὸν, ὁ δὲ Χριστὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν ὁρᾷ τῷ προσώπῳ αὐτοῦ ἐμφανισθείς. Καὶ τοῦτο δὲ συγκαταβατικῶς διὰ τὸ ἀνθρώπινον εἴρηται. Τί ἐστι τὸ *ὑπὲρ ἡμῶν*; Μετὰ θυσίας, φησὶν, εἰσῆλθε δυναμένης ἐξιλεώσασθαι τὸν Πατέρα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἀποκαταλλάξαι ἡμᾶς. Καὶ γὰρ κἀκεῖνοι ἀπηχθάνοντο ἡμῖν ὡς ἐχθροῖς τοῦ αὐτῶν Δεσπότου. Νῦν οὖν ὑπὲρ ἡμῶν ἐμφανίζεται, τοῦτο γὰρ τὸ, *νῦν*, ὅτι εἰσῆλθεν ὡς Ἀρχιερεύς· διὰ γὰρ τὴν ἡμετέραν καταλλαγὴν εἰσῆλθεν.

A

B

Οὐδ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτόν, Οὐδὲ εἰσῆλθε νῦν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα καὶ ἄλλοτε εἰσέλθῃ προσφέρων ἑαυτόν.

Ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ Ἅγια κατ' ἐνιαυτόν. Ὅρα τὴν ὑπεροχήν. Ἐκεῖνος κατ' ἐνιαυτὸν, ὁ Χριστὸς ἅπαξ.

C

Ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ. Καὶ τοῦτο τῆς ὑπεροχῆς. Ὁ μὲν γὰρ ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ, ταύρων καὶ τράγων· Χριστὸς δὲ ἐν ἰδίῳ.

Ἔπει ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἔπει, εἰ ἔμελλε, φησὶ, πολλάκις προσενεγκεῖν, ἔδει αὐτὸν καὶ πολλάκις ἀποθανεῖν, διὰ τὸ ἴδιον αἷμα ὀφείλειν προσάγειν.

Νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. Ἐνταῦθά τι καὶ ἀποκαλύπτει μυστήριον, διὰ τί ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων μετὰ πολλὰ ἁμαρτήματα [22]. Εἰ μὲν γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐγένετο, ὅτε οὐκ ἐχύθη οὕτως ἡ ἁμαρτία, εἶτα οὐδεὶς ἐπίστευσεν, οὐκ ἔδει δὲ δεύτερον ἀποθανεῖν, ἀνόνητα ἂν ἦν ἅπαντα. Νῦν δὲ ἐπειδὴ ὕστερον πολλὰ ἦν τὰ ἁμαρτήματα, εἰκότως πεφανέρωται ὁ Θεὸς [23] ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, ἵνα ἀθετήσῃ, τουτέστι, καταβάλῃ, καὶ ἀπαρρησίαστον ποιήσῃ τὴν ἁμαρτίαν *διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ*, τουτέστι, τοῦ θανάτου τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Τοιοῦτον καὶ ἀλλαχοῦ εἶπεν· *Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.* Πῶς δὲ ἀπαρρησίαστος ἐγένετο ἡ ἁμαρτία; Καθὸ οἱ ταύτην ἐνεργοῦν-

D

ficentissime illud apparari. Unde et a finibus orbis terrarum ad illud veniebant. Quid igitur Paulus? Itidem ut in oblationibus fecit, auferens eas, subrogata in eorum loco morte Christi: sic hoc loci, Templi vice cœlum statuens, discrimen ob oculos ponit. Alii quidem pontifices in manufacta **716** sancta ingrediebantur, quæ fuerunt exemplaria verorum, hoc est, cœli figura fuerunt: illud enim vera sancta; Christus autem in ipsum cœlum introiit, etsi omnia implet, et ubique adest: sed propter humanam naturam hæc dicit. Non autem solum per hoc differentiam demonstrat, verum etiam per hoc quod ostenderit Pontificem nostrum Deo viciniorem redditum. Veteres enim pontifices per symbola quædam cernebant Deum: Christus autem ipsum Deum videt, ipsius vultui apparens. Atque hoc cum demissione propter humanam naturam dicitur. Quid autem est, *Pro nobis?* Cum oblatione, inquit, ingressus est, quæ posset placare quidem Patrem, imo et angelis nos reconciliare; siquidem et ipsi infensi nobis erant ceu Domini sui hostibus. Nunc igitur pro nobis apparet, hoc enim indicat *nunc*, quod ingressus est veluti Pontifex: propter nostram enim reconciliationem est ingressus.

VERS. 25. *Neque ut sæpe offerat semetipsum.* Neque introiit nunc in cœlum, ut alias posthac ingrediatur, seque ipsum offerat.

Quemadmodum pontifex intrat in Sancta per singulos annos. Vide Christi excellentiam. Pontifex quotannis ingreditur, Christus vero semel.

In sanguine alieno. Et hoc ad excellentiam pertinet. Ille enim in sanguine alieno, taurorum et hircorum; Christus autem in proprio.

VERS. 26. *Alioqui oportebat eum frequentius pati a constitutione mundi.* Alioquin, inquit, si sæpe oblaturus erat seipsum, oportebat eum et sæpius mori, quandoquidem per proprium sanguinem oblationem facere debuisset.

Nunc autem semel in consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Hic arcani quiddam revelat, cur in consummatione sæculorum post multa peccata apparuerit. Si enim in principio mortem subiisset, quando peccatum non perinde diffunderetur, ac tum nemo credidisset, non autem secundo mori oportebat, inutilia fuissent omnia. Jam vero postquam extremis temporibus ingens peccatorum copia erat, merito apparuit Deus in consummatione sæculorum, ut destituat, hoc est, dejiciat peccatum, eique fiduciam et potestatem adimat *per hostiam suam*, hoc est, per mortem carnis suæ. Tale quiddam alio in loco dixit: *Ubi exuberavit delictum, superexuberavit gratia* [23]. Quomodo autem fiducia et potestate orbatum est peccatum? Eo quod qui

[22] Rom. v, 20.

Variæ lectiones.

[22] πεφανέρωται o. [23] τῷ Θεῷ o.

illud commiserant, impunes sint dimissi. Peccati enim fiducia et libertas est supplicium adducere. Quæsivit etiam Gregorius **717** Nyssenus in Sermone Catechetico, et de Natalitio Christi, de hoc ipso, quare in consummatione sæculorum incarnatus sit Filius; ac in hunc modum diluit: Quemadmodum optimi medici, intus adhuc febri corpus inflammante et per causas morbi effectrices incendente, nullum adhibent ægroto ex cibis auxilium, exspectantes tantisper dum malum ad summum increverit: sic et nobiscum actum est. Exspectavit animarum Medicus, donec universa malitiæ ægritudo panderetur, ut nihil jam abditorum incuratum maneret, medico solummodo quod patet visui curante. Fusius autem disces quæ dicit divinus vir, si tibi placuerit ipsas ejus Conciones legere.

VERS. 27. *Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, postea autem judicium.* Causam jam nunc exprimit quare Christus semel sit mortuus: nempe quod unius mortis factus sit pretium. Statutum enim erat hominibus semel mori. Semel itaque mortuus est pro universis. Quid igitur? nunc ergo non morimur? Næ, sed morte non ita detinemur, ut antehac, sed per spem resurrectionis, cujus dux factus est qui pro nobis mortem subiit Christus, ne mors quidem est mors ista, verum somnus. Quia igitur mors omnes detentura erat, propterea mortuus est, ut nos liberaret. Vel non hoc nunc voluit indicare Apostolus, quod mortem quæ debebatur nobis in supplicium ipse persolverit, verum quia vere homo erat Christus præter hoc quod Deus esset, sicut homines semel moriuntur, deinde judicium, sic et ipse semel est mortuus. Audi autem quæ sequuntur.

VERS. 28. *Sic et Christus semel oblatus.* A quo? Ipse a seipso. Etiamsi enim pontifex est, est tamen et sacrificium, et victima.

Ut multorum offerret peccata. Quemadmodum in sacra Liturgia offerimus peccata, dicentes, Sive inviti sive voluntarii peccavimus, condona: hoc est, meminimus eorum primum, ac deinde condonationem petimus: haud secus et ipse locutus est ad Patrem: *Pro ipsis ego sanctifico meipsum*[33]. Vel obtulit peccata, hoc est, abstulit ea ab hominibus, et obtulit Patri, ut ipsa dimittat. Quare autem dixit *Multorum* et non, Omnium? Quoniam non omnes crediderant. Mors enim ejus fuit æquivalens omnium interitui, ac, quantum in ipso est, pro omnibus mortuus est. Non omnium autem peccata obtulit, eo quod noluerint ipsi. Proinde inutilem sibi Filii Dei mortem ipsi fecerunt, quæ res est sane horrenda. Hæc divi Joannis Chrysostomi est sententia. Reperi autem **718** apud eum in hunc Evangelii locum, *Ut animam suam in redemptionem daret pro multis*[34], annotationem quo-

τες ἀτιμώρητοι ἀφείθησαν. Ἁμαρτίας γὰρ παρρησία, τὸ τιμωρίαν ἐπάγειν. Ἠπόρησε δὲ καὶ ὁ Νύσσης ἔν τε τῷ Κατηχητικῷ, καὶ τῷ εἰς τὰ τοῦ Χριστοῦ γενέθλια λόγῳ περὶ αὐτοῦ τούτου, Διὰ τί ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐσαρκώθη ὁ Υἱός; Καὶ ἐπιλύεται, ὅτι, ὥσπερ οἱ ἄριστοι ἰατροὶ, ἔνδοθεν ἔτι τοῦ πυρετοῦ τὸ σῶμα ὑποσμύχοντος, καὶ διὰ τῶν νοσοποιῶν αἰτίων ἐξαπτομένου, οὐδεμίαν ἐπάγουσι τῷ ἀσθενοῦντι ἐκ τῶν σιτίων βοήθειαν, ἀναμένοντες εἰς ἀκμὴν προελθεῖν τὸ πάθος· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν. Ἀνέμεινεν ὁ τῶν ψυχῶν Ἰατρὸς τὴν τῆς κακίας νόσον πᾶσαν ἐκκαλυφθῆναι, ὡς ἂν μηδὲν τῶν κεκρυμμένων ἀθεράπευτον μείνῃ, τοῦ ἰατροῦ μόνον τὸ φανὲν θεραπεύοντος. Πλατύτερον δὲ μαθήσῃ, ἃ φησιν ὁ θεῖος ἀνὴρ, εἴγε σοι βουλομένῳ ἐστὶν ἐντυχεῖν αὐτοῖς τοῖς ἐκείνου λόγοις.

Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις. Νῦν καὶ τὴν αἰτίαν λέγει διὰ [35] τί ἅπαξ ἀπέθανεν ὁ Χριστός· διότι, φησὶν, ἑνὸς θανάτου ἀντίλυτρον ἐγένετο. Ἀπέκειτο γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν. Τοῦτο οὖν τὸ ἅπαξ ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων. Τί οὖν; Νῦν οὐκ ἀποθνήσκομεν; Ναί· ἀλλ' οὐκ ἐγκρατούμεθα τῷ θανάτῳ, ὥσπερ πρώην, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, ἧς ἀρχηγὸς ἐγένετο ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανὼν Χριστὸς, οὐδὲ θάνατός ἐστιν ὁ θάνατος οὗτος, ἀλλ' ὕπνος. Ἐπεὶ οὖν ἔμελλε πάντας κατέχειν ὁ θάνατος, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ. Ἢ οὐ τοῦτο βούλεται νῦν δηλοῦν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι τὸν ὀφειλόμενον ἡμῖν εἰς τιμωρίαν θάνατον αὐτὸς ἀπέτισεν, ἀλλ' ὅτι ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἦν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς μετὰ τοῦ καὶ Θεὸς εἶναι, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι ἅπαξ ἀποθνήσκουσιν, εἶτα ἡ κρίσις, οὕτω καὶ αὐτὸς ἅπαξ ἀπέθανεν. Ἄκουε οὖν καὶ τῶν ἑξῆς.

Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθείς. Ὑπὸ τίνος; Αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ἀρχιερεύς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ θῦμα, καὶ ἱερεῖον.

Εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας. Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἁγίας λειτουργίας ἀναφέρομεν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ λέγομεν, Εἴτε ἄκοντες, εἴτε ἑκόντες ἡμάρτομεν, συγχώρησον· τουτέστι, μεμνήμεθα αὐτῶν πρῶτον, καὶ τότε τὴν συγχώρησιν αἰτοῦμεν· οὕτω καὶ αὐτὸς εἶπε τῷ Πατρί· *Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν.* Ἢ ἀνήνεγκε τὰ ἁμαρτήματα, τουτέστιν, ἦρεν αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ προσήνεγκε τῷ Πατρὶ, ἵνα αὐτὰ ἀφῇ. Τίνος δὲ ἕνεκεν εἶπε, *Πολλῶν*, καὶ οὐ, Πάντων; Ἐπειδὴ μὴ πάντες ἐπίστευσαν. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος αὐτοῦ ἀντίρροπος ἦν τῆς πάντων ἀπωλείας, καὶ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν· οὐ πάντων δὲ τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκε, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι αὐτούς. Ὥστε ἄχρηστον ἑαυτοῖς τὸν θάνατον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐποίησαν, ὃ καὶ φρίκης ἄξιον. Οὕτω μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης. Εὗρον δὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰς τὸ, *Καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν,*

[33] Joan. XVII, 19. [34] Matth. XXVI, 28.

Variæ lectiones.

[35] δι' ἣν o.

παραγραφὴν ἐκδεχομένην τὸ, *πολλῶν*, ἀντὶ τοῦ, *πάντων*· πολλοὶ γὰρ καὶ οἱ πάντες.

Ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν. Ἀπέθανε μὲν, φησὶ, βαστάζων τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν, καὶ προσφέρων τῷ Πατρὶ, ἵνα αὐτοὺς ἐξαλείψῃ ὑπὲρ ὧν καὶ ἀπέθανε. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, φησὶν, ἁμαρτίαν ἐποίησεν ὁ Πατὴρ, ὡς τὰ ἡμῶν οἰκειούμενον. Ὀφθήσεται δὲ ἐκ δευτέρου οὐκέτι ἁμαρτίας ἐπιφερόμενος, οὐδὲ θανάτου δευτέρου δι' αὐτὰς δεόμενος, ἀλλ' ὡς κριτὴς εἰς σωτηρίαν τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, τουτέστι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, καὶ ἐλπίζουσι τὴν αὐτοῦ παρουσίαν· πρόδηλον δὲ ὅτι καὶ ἀξίως αὐτῆς ζῶσι. Καίτοιγε οὐ μόνον εἰς σωτηρίαν ἥξει, ἀλλὰ καὶ εἰς τιμωρίαν τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν· ἀλλ' ὅμως τὸ φαιδρὸν εἶπε.

A rundam, qui intelligerent *multis*, pro *omnibus*: omnes enim multi sunt.

Secundo sine peccato apparebit expectantibus ipsum in salutem. Obiit, inquit, bajulans peccata nostra, et offerens Patri, ut ea oblitteraret, pro quibus et mortuus est. Eum enim qui non norat peccatum, inquit, peccatum fecit Pater, quia nostra sibi vindicabat. Apparebit autem secundo haud porro peccatis subjiciendus, neque secundæ mortis propterea indigus, verum ut judex ad salutem expectantibus ipsum, hoc est, credentibus in ipsum, et sperantibus ejus adventum: perspicuum autem est, quod et digne ipso viventibus. Atqui non tantum ad salutem veniet, verum etiam ad supplicium infidelium et peccatorum aderit: attamen quod gratiosum erat, dixit. B

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Τουτέστι τύπος ὢν τῶν κατὰ τὴν Νέαν Διαθήκην μελλόντων δίδοσθαι παρὰ Χριστοῦ ἀγαθῶν τοῖς ταύτην παραδεξαμένοις.

Οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. Τουτέστιν, οὐκ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Πραγμάτων δὲ ποίων; Τῆς θυσίας, τῆς ἀφέσεως. Σκιαγραφία γὰρ ἐφκεισαν τὰ παλαιὰ, ἀμυδρὰ ὄντα· τὰ δὲ νέα, εἰκόνι, τουτέστιν ἀληθείᾳ, ὡς λαμπρῶς ὑφεστῶτα καὶ τελεσιουργηθέντα. Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης. Οὐκ ἄχρηστον δὲ παραλαβεῖν καὶ ἃ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ὑποβάλλει νοεῖν ἐν τῷ τόπῳ. Ἐκεῖνος γὰρ λέγει καὶ ἐν ἄλλοις μὲν, πλὴν ἀριδηλότερον ἐν τῷ εἰς τὸ Πάσχα λόγῳ ὅτι Τὸ νομικὸν Πάσχα, τολμῶ καὶ λέγω, τύπου τύπος ἦν ἀμυδρότερος. Ὥστε δίδωσι νοεῖν, σκιὰν μὲν τὸν νόμον λέγεσθαι παρὰ τοῦ Ἀποστόλου· εἰκόνα δὲ, τὰ νῦν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τελούμενα, ὡς ἄλλων τελειοτέρων ὄντα ἐμφάσεις, τῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μεταληφθησομένων τοῖς ἀξίοις· ἃ καὶ πράγματα καλεῖ νῦν ὁ Ἀπόστολος. Ὥσπερ οὖν ἡ εἰκὼν ἀπέχει τι τοῦ πρωτοτύπου πράγματος, οὕτω καὶ τὰ νῦν μυστήρια τῶν ἐν τῷ μέλλοντι πραγμάτων τῶν τελειοτέρων· καὶ ὥσπερ τῆς εἰκόνος ἡ σκιαγραφία λείπεται, οὕτω καὶ ὁ νόμος τῆς νέας ἀπολείπεται.

CAPUT X.

VERS 1. *Umbram enim habens lex futurorum bonorum.* Hoc est, cum sit typus bonorum Novi Testamenti, quæ Christus iis qui istud acciperent communicaturus erat.

Non ipsam imaginem rerum. Hoc est, non ipsam veritatem. Rerum autem qualium? sacrificii, remissionis. Umbratili namque picturæ similia erant vetera, utpote obscura: nova vero, imagini, hoc est, veritati, ut quæ clare subsistant et perfecta sint. Hunc ad modum divus Joannes Chrysostomus intelligit. Haud abs re autem fuerit in medium proferre quæ Gregorius Theologus in hunc locum tradit. Ille enim aliis quidem in locis, magis tamen in concione de Paschate memoriæ prodidit, nimirum, quod Pascha legale, audacter dico, typo typus fuerit obscurior. Dat itaque intelligere, umbram quidem legem dici apud Apostolum: imaginem vero, quæ nunc in Ecclesia perficiuntur, ceu quæ aliorum perfectiorum bonorum significationes sunt, quæ in futuro sæculo dignis sunt impertienda; quæ nunc Apostolus res vocat. Perinde igitur ut imago distat nonnihil a primo exemplari, consimilem ad modum præsentia mysteria distant a perfectioribus futuri sæculi rebus. Quemadmodum porro prima delineatio est inferior imagine ipsa, hunc ad modum Lex Novo Testamento est inferior. C

Κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύνανται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Ἡ διάνοια τοῦ χωρίου τοιαύτη ἐστίν· Εἴπερ ἰσχὺν εἶχον αἱ νομικαὶ θυσίαι, οὐκ ἂν διηνεκῶς προσεφέροντο· ἅπαξ γὰρ προσενεχθεῖσαι, καὶ ὠφελήσασαι, ἐπαύσαντο ἄν. Νῦν δὲ ἐπειδὴ κατ' ἐνιαυτὸν προσεφέροντο εἰς τὸ διηνεκὲς, πρόδηλον ὅτι ἠσθένουν τελειῶσαι. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν πρώτην θυσίαν, δευτέραν, καὶ ἄλλην μετ' αὐτὴν προσέφερον. Ὥσπερ καὶ τῶν φαρμάκων ἰσχυρὰ μὲν, ὅτα ἅπαξ ἐπιτεθέντα θεραπεύει· τὰ δὲ πολλάκις ἐπιτιθέμενα, αὐτόθι δηλοῦνται ἀνίσχυρα. Ζητεῖται δὲ, Τί οὖν; Οὐχὶ καὶ ἡμεῖς ἀεὶ θυσίας ἀναιμάκτους προσφέρομεν; Ναί· ἀλλ' ἀνάμνησιν ποιούμεθα τοῦ D

Per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam possunt accedentes perfectos facere. Hujus loci sensus est hujusmodi: Si robur habuissent **719** victimæ legales, non perpetuo offerrentur: semel enim oblatæ, fructu prolato, cessassent. Jam vero quia quotannis perpetuo offerebantur, planum est quod infirmiores erant, quam ut possent quemquam perfectum reddere. Atque hanc ob causam post primam oblationem, secundam ac tertiam offerebant. Quemadmodum inter pharmaca ea valida habentur, quæ vel semel imposita curant: quæ autem sæpius imponuntur, hoc ipso ostenduntur esse minus fortia. Suboritur autem hic quæstio: Quid igitur? Nonne et nos ho-

stias incruentas perpetuo offerimus? Omnino : sed memoriam facimus mortis Domini. Estque ista unica, non multæ, quandoquidem semel oblatus est. Nam eumdem semper offerimus, imo potius memoriam illius oblationis facimus, qua se ipse obtulit, ceu jam nunc facta sit. Proinde unicum est sacrificium. Nam quod ad quæstionem attinet, cum multis in locis offertur, num igitur multi Christi? nequaquam : sed unus est ubique, et hic plenus, et illic plenus et perfectus, unumque corpus. Quemadmodum enim Christus in multis locis oblatus unum corpus est, et non multa corpora, sic et unum sacrificium. Nam illam hostiam offerimus, quæ tum erat oblata. Illic autem alius erat qui heri oblatus erat, agnus fortasse, a victima quæ hodie offertur; nec veluti commemoratio erat hesternæ oblationis, qui hodie offerebatur agnus, sed ipse per seipsum sacrificium perficiebat. Quomodo igitur hic ait Apostolus, *iisdem sacrificiis?* Eadem sacrificia fuerunt, quandoquidem eædem species offerebantur, veluti agnus hodie, et in crastinum agnus : numero vero diversa. Nonnulli autem easdem has esse dixerunt modo oblationis; hoc est, quod vel per cædem, vel crematione fieri juberentur : specie vero diversas, ut oves, boves, turtures, columbas. Porro etiamsi exemplaria quædam δύναται scribant cum ν, inveni tamen adnotationem, verbum {isthuc sine ν scribendum esse censentem : Umbram enim, inquit, habens lex futurorum bonorum, nunquam *potest* accedentes perfectos facere. Ac vere quidem, quatenus juxta grammaticæ exactam rationem sic oporteat hunc locum habere, ne solœcismus emergat. Quia vero Scriptura artium subtilitates non moratur, ita etiam istud intelligamus, sicut exemplaria habent : Nunquam enim *possunt* (offerentes videlicet) perfectos facere accedentes.

Θανάτου. Καὶ μία ἐστὶν αὕτη, οὐ πολλαί, ἐπειδὴ ὅπαξ προτηνέχθη. Τὸν γὰρ αὐτὸν ἀεὶ προσφέρομεν, μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν τῆς προσφορᾶς ἐκείνης ποιοῦμεν, ὡς νῦν γινομένης. Ὥστε μία ἐστὶν ἡ θυσία. Ἐπεὶ ὅσον γε κατὰ τὸ ζητούμενον, ἐπειδὴ πολλαχοῦ προσφέρεται, ἆρα πολλοὶ Χριστοί; Οὐδαμῶς· ἀλλ' εἷς πανταχοῦ, καὶ ἐνταῦθα πλήρης ὤν, καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἓν σῶμα. Ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι, καὶ οὐ πολλὰ σώματα, οὕτω καὶ μία θυσία. Ἐκείνην γὰρ προσφέρομεν τὴν τότε προσενεχθεῖσαν. Ἐκεῖ δὲ ἕτερος ἦν, ὁ χθὲς προσενέχθεις, ἀμνὸς τυχόν, παρὰ τὸν σήμερον. Καὶ οὐχ ὡς ἀνάμνησιν τοῦ χθὲς, προσήγετο ὁ σήμερον, ἀλλ' ὡς αὐτὸς καθ' αὐτὸν θυσίαν τελῶν. Πῶς οὖν ὁ Ἀπόστολος λέγει, *ταῖς αὐταῖς θυσίαις;* Αἱ αὐταὶ μὲν οὖν ἦσαν θυσίαι, καθὸ τὰ αὐτὰ εἴδη προσήγοντο, οἷον ἀμνὸς σήμερον, καὶ αὔριον ἀμνός· ἑτέραι δὲ τῷ ἀριθμῷ. Τινὲς δὲ τὰς αὐτὰς μὲν εἶναι ταύτας τῷ τρόπῳ τῆς προσαγωγῆς εἶπον· τουτέστιν, ἢ διὰ σφαγῆς, ἢ διὰ ὁλοκαυτώσεως· γίνεσθαι προστατ·τομένας· τῷ δὲ εἴδει, ἑτέρας· οἷον πρόβατα, βόας, τρυγόνας, περιστερᾶς. Τὸ δὲ *δύναται*, εἰ καὶ τὰ ἀντίγραφα ἔχουσι μετὰ τοῦ, ν, ἀλλ' ὅμως εὗρον παραγραφὴν χωρὶς τοῦ, ν, τοῦτο γράφειν ἀξιοῦσαν· Σκιὰν γὰρ ἔχων, φησὶν, ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐδέποτε *δύναται* τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Καὶ ἀληθῶς γε, ὅσον κατὰ τὸ τῆς γραμματικῆς ἀκριβείας ἀκόλουθον, οὕτω δεῖ ἔχειν τὴν Γραφὴν, ἵνα μὴ σολοικισμὸς ἀνακύψῃ. Ἐπειδὴ δὲ τῇ Γραφῇ τεχνολογιῶν οὐδεὶς λόγος, καὶ οὕτως αὐτὸ νοήσωμεν ὡς τὰ ἀντίγραφα ἔχουσιν· Οὐδέποτε γὰρ *δύνανται*, οἱ προσφέροντες δηλαδὴ, τελειῶσαι τοὺς προσερχομένους.

Vers. 2. *Alioqui non cessassent offerri, quod nullam haberent ultra conscientiam peccatorum, cultores semel purgati.* Per interrogationem lege. Si enim peccata removissent, nonne etiam hostiæ desiissent offerri, quippe iis abunde satis adjutis, **720** qui earum commoditate indigerent, neque ullam porro peccati conscientiam haberent? hoc est, nihil sibi conscii alicujus rei, quæ cura opus habeat, propterea quod sint sanati, purgati semel.

Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους. Κατ' ἐρώτησιν ἀνάγνωθι. Εἰ γὰρ ἔπαυον, φησὶν, ἁμαρτίαι, οὐ μὴ ἐπαύσαντο καὶ αὗται προσφερόμεναι, ἅτε τῶν δεομένων τῆς αὐτῶν ὠφελείας ἱκανῶς ὠφεληθέντων, καὶ μηδεμίαν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν ἐχόντων; τουτέστι, μηδὲν ἔτι συνειδότων ἑαυτοῖς ἄξιον θεραπείας, διὰ τὸ θεραπεύεσθαι ἅπαξ καθαρθέντας.

Vers. 3. *Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.* Nihil aliud, inquit, efficiunt victimæ, quam quod peccatorum tantum commemorationem faciant, hoc est, indicium. Non enim remissionem præstant, sed per assiduam istam oblationem {demonstrant populi peccata non esse remissa. Si enim remissa essent peccata, quid opus erat sacrificiis? *Commemorationem* autem dicens, dedit tibi intelligere quod victimæ istæ non ob futura peccata perficiebantur, verum ob præterita, ut quæ non essent condonata videlicet. Per singulos enim annos, ut ita dicam, vituli sanguis pro po-

Ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν. Οὐδὲν ἄλλο, φησὶ, κατορθοῦσιν αἱ θυσίαι, εἰ μὴ μόνον ἀνάμνησιν ἁμαρτιῶν, τουτέστιν, ἔλεγχον. Οὐ γὰρ ἄφεσιν παρέχουσιν, ἀλλ' ἀποδεικνύουσι διὰ τοῦ ἀεὶ προσφέρεσθαι, ὅτι ἄλυτοί εἰσιν αἱ ἁμαρτίαι τοῦ λαοῦ. Εἰ γὰρ ἐλύθησαν αἱ ἁμαρτίαι, τί ἔδει θυσιῶν; *Ἀνάμνησιν* δὲ εἰπὼν, δέδωκέ σοι νοεῖν, ὅτι αἱ θυσίαι οὐκ ἐπὶ ἁμαρτίαις ἐπιγινομέναις [27] ἐτελοῦντο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ταῖς προγεγονυίαις, ὡς μὴ ἀφεθείσαις δηλονότι. Κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ, φέρε εἰπεῖν, προσήγετο ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τὸ αἷμα τοῦ μόσχου. Ἆρα οὖν ὡς τῶν αὐτῶν ἁμαρτιῶν οὐσῶν, ἡ αὐτὴ θυσία

Variæ lectiones.

[27] αἷμα o. [27] ἐπαγομέναις o.

προσήγετο. Οὐδέ που δὲ αἱ ἐπιγεγονυῖαι ἁμαρτίαι αἱ αὐταὶ ἦσαν ταῖς προγεγονυίαις. Ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι ἄλυτοι αἱ πρότεραι ἐκεῖναι ἔμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀεὶ ἡ αὐτὴ θυσία· ὥσπερ καὶ φάρμακον προσαγόμενον ἀεὶ τὸ αὐτὸ, δηλοῖ τὴν αὐτὴν νόσον ἀεὶ ἐνοχλεῖν τῷ κάμνοντι.

Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. Βεβαιότερον ποιεῖ τὸν λόγον ἀπὸ τῆς εὐτελείας τῶν προσαγομένων, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ νοσήματος. Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἔμπειρος ἰατρικῆς, ὁρῶν ἐλεφαντιῶντι προσαγομένην τὴν λινόζωστιν καλουμένην βοτάνην, εἴποι, Ἀδύνατον ἐλέφαντος ἀπαλλάξαι λινόζωστιν.

Πίστει τὰ τείχη Ἰεριχὼ ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. Πίστει· τοῦ γὰρ Θεοῦ προστάξαντος, οὐ διεκρίθησαν ὅ τε Ἰησοῦς καὶ ὁ λαὸς, καὶ εἶπον, Τί τοῦτο; Σαλπίγγων ἦχος φύσιν ἔχει καταβάλλειν λίθους καὶ ἐπάλξεις; ἀλλ' ἐπίστευσαν ὅτι ἔσται, καὶ ἐγένετο.

[53] Psal. xv, 8.

Variæ lectiones.

[68] πολλαχοῦ καὶ ὁ ο. [66] ἐπὶ ο.

Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς A *ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης*[67]. Ἰδοὺ, ὅπερ καὶ ἀνωτέρω εἶπον, ἀτιμότατον πρόσωπον παράγει, ἵνα ἐντρέψῃ καὶ διὰ τούτου εἴγε τοιαύτης γυναικὸς ἧττους φαίνοιντο, καὶ ἅμα δείξῃ καὶ τὴν δύναμιν τῆς πίστεως μεγάλην οὖσαν, εἴγε καὶ ἐν τοῖς κατεγνωσμένοις τοιαῦτα κατορθοῖ. Πίστιν οὖν ἐνεδείξατο καὶ αὕτη, κρύψασα τοὺς ἄνδρας ζητουμένους ὡς κατασκόπους. Οὐκ ἂν δὲ ἔκρυψεν, εἰ μὴ ἐπίστευσεν ὅτι ἁλώσεται ἡ πόλις. Οὕτω γὰρ ἔφη· *Ἐπίσταμαι ὅτι λήψεσθε τὴν χώραν ταύτην· ἠκούσαμεν γὰρ τὰ ἔργα ὑμῶν.* Καὶ αὐτὴ μὲν τοῖς ἀκουσθεῖσιν ἐπίστευσεν· οἱ δὲ μὴ πιστεύσαντες τοῖς τοῦ Θεοῦ θαυμασίοις, ἀπώλοντο.

Καὶ τί ἔτι λέγω; Καταλύσας τὸν λόγον εἰς τὴν πόρνην, καὶ ἱκανῶς δυσωπήσας αὐτοὺς ἀπὸ τῆς τοῦ B προσώπου ποιότητος, λοιπὸν συντομίας χάριν κατὰ μέρος μὲν πᾶσιν οὐκ ἐπεξέρχεται, ἵνα μὴ ἀπειρόκαλος δόξῃ· πλὴν οὔτε πάντη ἀποσιωπᾷ, ἀλλὰ δοκῶν παραλείπειν, οὐ παραλείπει· καὶ οὕτως οὔτε τὸν ἀκροατὴν ἀποκναίει, καὶ οὐδὲν ἧττον κατασκευάζει διὰ πλειόνων ὃ βούλεται.

Ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος. Ποῖος; ἢ ὁ πᾶς· εἴρηται δὲ τοῦτο, ὡς σύνηθες ἡμῖν λέγειν, ὑπερβολικῶς· ἢ ὁ τῇ Ἐπιστολῇ σύμμετρος.

Περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε, καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν. Ζητοῦσί τινες, τίνος ἕνεκεν Ἰεφθάε καὶ Σαμψὼν καὶ Βαράκ τίθησιν ἐνταῦθα. Τί λέγεις; Τὴν πόρνην θεὶς, τούτους οὐ θήσει; Μὴ γάρ μοι τὸν C ἄλλον αὐτῶν εἴποις βίον, ἀλλ' εἰ μὴ ἔλαμψαν ἐν τῇ πίστει, τοῦτο σκόπει. Οὐ γὰρ βίων ἐξέτασιν ποιεῖται, ἀλλὰ πίστεως ἔνδειξιν.

Οἱ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας. Οἱ περὶ τὸν Γεδεών.

Εἰργάσαντο δικαιοσύνην. Τίνες; αὐτοὶ οὗτοι καὶ ὁ Σαμψών. Καὶ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοφύλων ἠμύναντο, τοῖς μὲν οἰκείοις φιλάνθρωποι φανέντες, τοῖς δὲ ἀδικοῦσιν ἐχθροῖς ἐπεξελθόντες. Τοῦτο δὲ δικαιοσύνης, τὸ ἑκάστῳ ἀπονέμειν τὸ κατ' ἀξίαν.

Ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν. Οἷον ὁ Δαβίδ. *Ὤμοσε* γάρ, φησὶ, *Κύριος τῷ Δαβίδ· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.* Ὅπερ αἰσθητῶς μὲν εἰς Σολομῶντα ἀπέβη, νοητῶς δὲ, εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν ὄντως Σολομῶντα, τὸν εἰρηνικὸν, τὸν εἰρήνην αὐτόχρημα. Τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται Σολομῶν, εἰρηνικός.

Ἔφραξαν στόματα λεόντων. Ὁ Δανιὴλ καὶ ὁ Σαμψών.

Ἔσβεσαν δύναμιν πυρός. Οἱ τρεῖς παῖδες. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἔσβεσαν πῦρ, ἀλλὰ, *Δύναμιν πυρός*, ἵ καὶ μεῖζον· ἐξαπτόμενον γὰρ, ὅλως δύναμιν τοῦ καίειν οὐκ εἶχε κατ' αὐτῶν.

[83] Psal. CXXXI, 11.

VERS. 31. *Fide Rahab meretrix non periit cum inobedientibus, excipiens exploratores in pace.* Ecce, quod et supra dixi, contumeliosissimam personam producit, ut pudefaciat eos, cum tali mulierecula inferiores esse videantur, ac simul ut fidei potentiam magnam esse ostendat, cum vel in reprobis talia efficiat. Fidem igitur ipsa subinonstravit, cum abderet viros qui quærebantur ceu exploratores. Non occuluisset autem, nisi credidisset urbem esse intercipiendam. Sic enim dixit: *Compertum habeo quod capietis hunc locum: audivimus enim opera vestra.* Et ipsa quidem auditis credidit: qui vero Dei mirandis rebus gestis non adhibuerunt fidem, perierunt.

VERS. 32. *Ecquid adhuc dicam?* Postquam sermonem in meretricem finiisset, ac abunde satis eis a personæ qualitate pudorem induxisset, deinceps compendii gratia sigillatim omnes alios non explicat, ne ineptus esse videatur: verum nec omnino tamen reticet, sed visus prætermittere, non prætermittit. Sic neque auditorem tædio afficit, ac nihilominus quæ vult pluribus conficit.

Deficiet enim me tempus renarrantem. Quale tempus? Vel universum: dictum autem est istud ut solemus nos loqui, hyperbolice: vel tempus quod Epistolæ convenit.

De Gedeon, Barac, Sampson et Jephthe, David, Samuel, et prophetis. 742 Quærunt nonnulli, qua de causa Jepthe et Sampson et Barac hic ponat. Quid ais? Qui scortum posuit, hos prætermitteret? Nec enim est quod reliquam eorum vitam mihi recenseas; sed num in fide resplenduerint, hoc tecum reputa. Non enim vitarum explorationem facit, sed fidei indicationem.

VERS. 33. *Qui per fidem vicerunt regna.* Hi scilicet qui cum Gedeone militarunt.

Operati sunt justitiam. Quinam? Illi ipsi, et Sampson. Etenim hostes congenerum et contribulium suorum ulti sunt, domesticis et amicis suis clementes visi: adversus autem vim inferentes hostes, insurgentes. Justitiæ porro istud munus est, unicuique pro merito tribuere.

Adepti sunt promissiones. Ut David. *Juravit* enim, inquit, *Dominus Davidi: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*[83]. Quod sensibiliter quidem D in Salomone evenit, spiritualiter autem in Domino Jesu qui vere Salomon, pacificus, ac reipsa pax est. Id enim Salomon valet, si interpreteris, pacificus videlicet.

Obturaverunt ora leonum. Daniel et Sampson.

VERS. 34. *Exstinxerunt impetum ignis.* Tres pueri. Non dixit autem, Exstinxerunt ignem, sed, *Vim ignis*, quod majus est. Etiamsi enim accenderetur, virtutem tamen urendi adversum ipsos non habebat.

Variæ lectiones.

[67] ἐν εἰρήνῃ o.

Effugerunt aciem gladii. Hi quoque tres pueri, vel ut magis proprie dicamus, Elias gladium Jezabelis, et ipse David Sauli.

Confortati sunt ab infirmitate. Ex captivitate Babylonis reversi : nihil enim ab ossibus mortuorum differebant, ut apud Ezechielem dictum est. Quin etiam Ezechias ægrotans, vitæ appendicem accepit.

Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Hæc et illis ipsis a Babylone reversis quadrant. Nam finitimas gentes semper invidentes eis, ac insurgentes tum magis quam antea, Dei tamen virtuti confidentes, per fidem debellarunt. Conveniunt etiam Sampsoni potissimum.

VERS. 35. *Acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos.* Sareptana per Eliam et Sunamitis per Elisæum.

Alii autem distenti sunt. Hoc est, decollati sunt, ut Joannes, ut Jacobus, filius Zebedæi. Quidam autem *distendi*, pro fustibus verberari, acceperunt.

Non suscipientes redemptionem. Hoc est, potuissent non reprehendere quos **743** reprehendebant, ac liberari ab eo quod ipsis inferebatur supplicio, verum noluerunt hoc.

Ut meliorem resurrectionem assequerentur. Meliorem, non talem, qualem pueri mulierum : vel meliorem respectu aliorum mortalium. Sancti enim ad occursum Domini splendidi in nubes attollentur, quod alio in loco ἐξανάστασιν vocat. Præterea et in vitam æternam. Reliqui autem infra manebunt, et ad supplicium æternum ipsis erit resurrectio.

VERS. 36. *Alii vero ludibria.* Quemadmodum Elisæus illusus a pueris, vel Sampson ab alienigenis, postquam effodissent ei oculos.

Et verbera experti. Et multi prophetarum, et Petrus postea, et Joannes.

Insuper vincula et carcerem. Ut Jeremias, Michæas, et apostoli postea.

VERS. 37. *Lapidati sunt.* Ut Nabuthe, ac Stephanus postea.

Secti sunt. Isaias a Manasse, quem et lignea serra aiunt sectum esse, ut eo tristius et acerbius esset supplicium, cum ita supra modum cruciaretur.

In occisione gladii mortui sunt. Ut Michæas, et Zacharias, et Joannes, et Jacobus. Animadverte autem quomodo alii quidem per fidem ora gladii evaserint, alii vero in occisione gladii mortem obierint. Hujusmodi enim res fides est, quæ et magna perficit, et magna patitur, et nihil tamen pati se æstimat. Qui igitur vos nihil adhuc tale passi, mœretis ac tristes estis ?

Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis. Ut

A *Ἔφυγον στόματα μαχαίρας.* Καὶ οἱ τρεῖς παῖδες, ἢ ὁ Ἠλίας, οἰκειότερον εἰπεῖν, τῆς Ἰεζάβελ, καὶ Δαβὶδ δὲ αὐτὸς τῆς τοῦ Σαούλ.

Ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας. Καὶ οἱ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντες· νεκρῶν γὰρ ὀστέων οὐδὲν διέφερον, ὡς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ εἴρηται. Ἀλλὰ μὲν καὶ Ἐζεκίας ἀσθενήσας, προσθήκην ζωῆς ἔλαβεν.

Ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ παρεμβολὰς ἐκλιναν ἀλλοτρίων. Ταῦτα καὶ αὐτοῖς μὲν τούτοις τοῖς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόσιν ἁρμόττει. Καὶ γὰρ τὰ πρόσοικα ἔθνη ἀεὶ διαφθονοῦντα αὐτοῖς, καὶ ἐπιτιθέμενα μᾶλλον τότε, θαρροῦντες ὅμως τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, διὰ πίστεως κατεπολέμησαν[68]. Ἁρμόττει δὲ καὶ τῷ Σαμψὼν μάλιστα.

B *Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν.* Ἡ Σαραφθία διὰ τοῦ Ἠλιοῦ, καὶ ἡ Σουναμῖτις διὰ τοῦ Ἐλισαίου.

Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν. Τουτέστιν ἀπετμήθησαν, ὡς Ἰωάννης, ὡς Ἰάκωβος, ὁ Ζεβεδαίου. Τινὲς δὲ τὸ, *τυμπανισθῆναι*, ῥοπάλοις τυφθῆναι εἶπον.

Οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν. Τουτέστιν, ἠδύναντο μὴ ἐλέγχειν οὓς ἤλεγχον, καὶ λυτρωθῆναι τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν τοῦτο.

Ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι. Κρείττονος, οὐ τοιαύτης, οἵας τὰ παιδία τῶν γυναικῶν· ἢ κρείττονος παρὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. Οἱ μὲν γὰρ ἅγιοι εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου λαμπροὶ ἐν C νεφέλαις ἁρθήσονται, ὅπερ ἀλλαχοῦ ἐξανάστασιν ὀνομάζει. Καὶ ἄλλως, ὅτι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οἱ δὲ λοιποὶ κάτω τε μενοῦσι, καὶ εἰς κόλασιν αἰώνιον ἡ ἀνάστασις αὐτοῖς.

Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν. Ὡς ὁ Ἐλισσαῖος παιζόμενος ὑπὸ τῶν παιδαρίων, ἢ ὁ Σαμψὼν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, μετὰ τὸ ἐκκοπῆναι, τοὺς ὀφθαλμούς.

Καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον. Καὶ πολλοὶ τῶν προφητῶν, καὶ Πέτρος ὕστερον, καὶ Ἰωάννης.

Ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς. Ὡς Ἱερεμίας καὶ Μιχαίας, καὶ οἱ ἀπόστολοι ὕστερον.

Ἐλιθάσθησαν. Ὡς ὁ Ναβουθαὶ, καὶ ὁ Στέφανος δὲ ὕστερον.

Ἐπρίσθησαν. Ὧν ὁ Ἡσαΐας ὑπὸ Μανασσῆ, ὃν D καὶ ξυλίνῳ πρίονί φασι πρισθῆναι, ἵνα ἀλγεινοτέρα αὐτῷ εἴη ἡ τιμωρία ἐπὶ πλεῖον κολαζομένῳ.

Ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Ὡς Μιχαίας, καὶ Ζαχαρίας, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος. Ὅρα δὲ πῶς· οἱ μὲν ἀπὸ πίστεως στόματα μαχαίρας ἔφυγον, οἱ δὲ ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις καὶ ἀνύει μεγάλα, καὶ πάσχει μεγάλα, καὶ οὐδὲν οἴεται πάσχειν. Πῶς οὖν ὑμεῖς μήπω μηδὲν τοιοῦτον παθόντες, ἀδημονεῖτε;

Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν.

Variæ lectiones.

[68] κατετόλμησαν o.

Ὡς οἱ περὶ Ἠλίαν, οὕτως ἦσαν ἀκτήμονες. Ἐπειδὴ γὰρ οὔπω τοσαύτην εἶχον ὑπόληψιν περὶ τῶν ἀποστόλων, μετὰ τὸ ἐκείνων μνησθῆναι, ἐπὶ τὸν προφήτην τὸν ἔνδοξον καὶ ἀναληφθέντα ἦκει. Τὸ δὲ, *Περιῆλθον*, τὸ διώκεσθαι αὐτοὺς δηλοῖ καὶ ἀστατεῖν. Μηλωτὴ δὲ, τὸ *τοῦ μήλου*, ἤτοι τοῦ προβάτου δέρμα.

A Elias, et qui cum eo erant; adeo rerum possessione carebant. Quia enim nondum tantam de apostolis opinionem conceperunt, postquam illorum mentionem fecisset, ad inclytum prophetam qui in cœlum sublatus, venit. Quod autem ait: *Circumierunt*, eos persecutionem esse passos indicat, et in uno loco non potuisse morari: *Melote* autem, ovis vel pecudis est pellis.

Ὑστερούμενοι. Ὡς αὐτὸς οὗτος Ἠλίας καὶ Ἐλισσαῖος. Γυναῖκες γὰρ αὐτοὺς ἔτρεφον.

Egentes. Ut ille ipse Elias et Elisæus. Mulieres enim eos alebant.

Θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. Οὐ μικρὰ γὰρ Ἠλίαν Ἰεζάβελ ἔθλιβε διώκουσα.

Angustiati, afflicti. Haud parum enim Eliam Jezabel persecutione sua afflixit.

Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Οὐκ ἔχετε, φησὶν, εἰπεῖν ὅτι ἁμαρτωλοὶ ὄντες, τοιαῦτα [99] ἔπασχον, ἀλλὰ τοιοῦτοι, οἷοι καὶ τοῦ κόσμου αὐτοῦ τιμιώτεροι εἶναι. Κόσμον δὲ, καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὴν κτίσιν αὐτὴν φησιν ἡ Γραφή. Κἀνταῦθα οὖν ἀμφότερα. Ἐὰν πᾶσαν οὖν, φησὶ, τὴν κτίσιν μετὰ τῶν ἐν αὐτῇ ἀνθρώπων ἀντιστήσῃς τούτοις, οὐδὲν ἀντάξιον εὑρήσεις τούτων. Ἐνταῦθα δὲ διανίστησιν αὐτῶν τὰς καρδίας, ὥστε μηδὲν ζητεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, εἴγε ὁ κόσμος οὐκ ἔστιν ἄξιος τῶν ἁγίων. Ὕβρις γάρ σου ἐστὶν, ἐὰν ἐνταῦθα λάβῃς τὸν μισθόν· ἔδειξας γὰρ σαυτὸν οὐδαμινῶν ὄντα ἄξιον. Εἰ πᾶς ὁ κόσμος οὐκ ἔστιν ἄξιος ἑνὸς ἁγίου, τί μέρος ζητεῖς;

B *Ut illi ipse Elias et Elisæus. Mulieres enim eos alebant.*

Angustiati, afflicti. Haud parum enim Eliam Jezabel persecutione sua afflixit.

Vers. 38. *Quibus dignus non erat mundus.* Non potestis dicere, inquit, quod peccatores cum essent, hæc sint passi: verum tales fuerunt, ut et ipso mundo honoratiores essent. Mundum autem et hominum multitudinem, et mundi structuram Scriptura appellat. Utraque autem hic accipiuntur. Si itaque universam, inquit, mundi structuram cum hominibus qui in eo sunt cum istis conferas, nihil invenies quod illis dignitate respondeat. Hic autem excitat eorum **744** corda, ut nihil mundanum quærant: siquidem mundus est indignus sanctis. Injuria enim tua est, si hic acceperis mercedem. Monstrasti enim teipsum nullius esse pretii. Si universus mundus non est dignus uno sancto, quid partem quæritas?

Ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Ὡς Ἠλίας, καὶ οἱ προφῆται δὲ οἱ ὑπὸ Ἀβδίου τρεφόμενοι κρύβδην ἐν τῷ σπηλαίῳ. Οὐδὲ τὴν ἐρημίαν, φησὶ, μετὰ ἀδείας οἰκεῖν συνεχωροῦντο, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἠλαύνοντο τῷ φόβῳ, καὶ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ ἐπλανῶντο. Ἀλλ' ὅμως ἐπίστευον παράκλησιν αἰώνιον λήψεσθαι παρὰ Θεοῦ, καὶ ὑπέμενον ταῦτα.

C *In solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis et cavernis terræ.* Ut Elias, et prophetæ, qui clanculum ab Abdia in spelunca alebantur. Neque solitudinem, inquit, sine timore incolere permittebantur, verum inde etiam metu abigebantur, et nunc hic, nunc illic oberrabant. Attamen credebant sese consolationem æternam accepturos a Deo, ideoque hæc patiebantur.

Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Τί, φησὶ, μικροψυχεῖτε, ὅτι ἐν τῷ ἀγῶνι ὄντες οὔπω τὰς ἀμοιβὰς ἐδέξασθε; Οἱ εἰρημένοι πάντες ἅγιοι, καίτοι ἤδη μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως εὑρηστηκέναι, οὔπω τετυχήκασι τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐπαγγελιῶν. Τῶν γὰρ κάτω τινὲς ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ὡς ὁ Δαβίδ. Ἀλλ' οὐ τοῦτο τὸ ζητούμενον· τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς, ταῦτά εἰσιν ὄντως ἐπαγγελίαι.

Vers. 39. *Et hi omnes, testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem.* Quid, inquit, pusillanimes estis, quod cum in certamine sitis, nondum acceperitis præmium? Prædicti omnes sancti, etiamsi testimonium haberent quod Deo per fidem placebant, nondum tamen assecuti sunt cœlestium bonorum promissiones. Inferas quidem adeoque terrestres promissiones nonnulli adepti sunt, ut David. Cæterum id non erat quod quærebatur: D sed quæ in cœlis sunt, ista revera sunt promissiones.

Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. Κρεῖττόν τι, τουτέστι, πρὸς τιμὴν ἡμῶν. Ἵνα γὰρ μὴ δοκῶσι πλεονεκτεῖν ἡμῶν τῷ πρώτους στεφανοῦσθαι, ἕνα πᾶσι καιρὸν ὥρισε τῶν στεφάνων. Καὶ οὐκ εἶπεν, *Ἵνα μὴ στεφανωθῶσιν*, ἀλλ', *Ἵνα μὴ τελειωθῶσιν*. Ὥστε καὶ τέλειοι τότε φαίνονται. Ἄλλως τε νῦν ἀρραβῶνας ἔχουσι τῆς τιμῆς. Πόθεν γὰρ αὐτοῖς ἡ εἰς τὸ βοηθεῖν τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτοὺς δύναμις; πόθεν τὸ παῤῥησίαν ἔχειν εἰς τὸ πρεσβεύειν; τὸ δὲ

Vers. 40. *Deo de nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.* Melius aliquid, hoc est, ad honorem nostrum. Ne videantur enim nobis esse potiores si primi coronarentur, unum omnibus coronarum tempus statuit. Nec dixit, Ut non coronarentur, sed, *Ut non consummarentur.* Proinde tunc perfecti videbuntur. Præterea, jam nunc arrhabonem et pignus honoris habent. Unde enim eis potestas auxiliandi invocantibus se? Unde ipsis fiducia intercedendi? Perfectionem au-

Variæ lectiones.

[99] ταῦτα o.

tem et consummationem tum accipient. Nonne igitur injustus est illis Deus, si nos anteverterint laboribus, in coronis autem nos exspectent? Minime : nam et illis hoc gratum est, ut cum fratribus consummentur. Corpus unum omnes sumus. Majorem igitur corpori voluptatem præbet, si communiter secundum omnia membra sua coronetur. Deus est Pater liberorum amantissimus, qui varios habet filios ; alii quidem, perfectis operibus suis, ex agris celerius redeunt, alii vero laborantes adhuc ibi persistunt. Dedit iis qui primum laborarunt, prægustationem quamdam, dicens ac mandans eis, ut ad perfectum usque convivium fratres exspectent : qui, humani cum sint, læti exspectant, ut in commune exhilarentur.

A τέλειον τότε ἀπολήψονται. Ἆρα οὖν οὐκ ἀδικεῖ ὁ Θεὸς ἐκείνους, εἴγε προέλαβον μὲν ἐν τοῖς καμάτοις, ἐν δὲ τοῖς στεφάνοις ἡμᾶς περιμένουσιν ; ἀλλὰ κἀκείνοις τοῦτο ἄσπαστον, τὸ μετὰ τῶν ἀδελφῶν τελειωθῆναι. Σῶμα ἓν οἱ πάντες ; ἐσμέν· μείζων τῷ σώματι ἡδονὴ ὅταν κοινῇ στεφανῶται. Πατὴρ φιλόστοργος ὁ Θεὸς, διαφόρους ἔχων υἱούς· οἱ μὲν ἐπανῆλθον ἐκ τῶν ἀγρῶν τάχιον, τὰ ἔργα ἀνύσαντες, οἱ δὲ ἔτι μένουσιν ἐκεῖ ἐργαζόμενοι. Δέδωκε τοῖς προκαμοῦσι πρόγευμά τι, εἰπὼν περιμένειν εἰς τὴν τελείαν εὐωχίαν τοὺς ἀδελφούς· οἱ δὲ φιλάνθρωποι ὄντες χαίροντες ἀναμένουσιν, ἵνα καὶ κοινῇ εὐφρανθῶσι.

CAPUT XII.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

745 VERS. 1, *Ideoque et nos tantam habentes circumpositam nubem testium.* Non dixit, elevatam super nos, sed, *circumpositam*, hoc est, undique nos ambientem. Testes autem non eos tantum vocat qui sunt in Novo Testamento, sed qui in Veteri etiam. Nam et ipsi testimonium præbuerunt Dei magnificentiæ, uti tres pueri, Daniel et omnes prophetæ. Non dixit autem, Multitudinem, sed *Nubem*, proprio maxime usus vocabulo ad præsens argumentum. Quoniam enim ipsi afflictionum æstu premebantur, Testium, inquit, memoria instar nubeculæ cujusdam undique ambientis vos refocillabit.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον νέφος μαρτύρων. Οὐκ εἶπεν, ὑπεραιρούμενον ἡμῶν, ἀλλὰ, *περικείμενον*, τουτέστι, πάντοθεν ἡμᾶς περιέχον. Μάρτυρας δὲ, οὐ τοὺς ἐν τῇ Καινῇ καλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐμαρτύρησαν τῇ τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητι, ὡς οἱ τρεῖς παῖδες, καὶ Δανιὴλ, καὶ πάντες οἱ προφῆται. Οὐκ εἶπε δὲ, πλῆθος, ἀλλὰ, *νέφος*, οἰκειότατα πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. Ἐπεὶ γὰρ καύσωνα εἶχον αὐτοὶ τῶν θλίψεων, ὥσπερ τις νεφέλη, φησὶν, ἡ μνήμη τῶν μαρτύρων ἀναψύξει ὑμᾶς πάντοθεν περιέχουσα.

Deponentes omne pondus. Hoc est, terrestrium negotiorum sarcinam, et curas illis admistas. Nihil enim aliud sunt quam vana sarcina. Quid igitur ægre fertis ab istis liberari?

C

Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα. Τουτέστι, τὸ βάρος τῶν γηΐνων πραγμάτων καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φροντίδων. Οὐδὲν γὰρ, φησὶν, ἄλλο εἰσὶν ἢ ὄγκος μάταιος. Τί οὖν ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τούτων δυσχεραίνετε ;

Et facile circumstans peccatum. Vel quod facile nos circumstet, vel quod facile devictionem pati possit : facile enim est, si modo velimus, vincere peccatum. Vel propter quod facile quisquam in pericula incidit : nihil enim adeo periculosum ut peccatum.

Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Ἢ τὴν εὐκόλως περισταμένην ἡμᾶς, ἢ τὴν εὐκόλως περίστασιν παθεῖν δυναμένην. Ῥᾴδιον γὰρ, ἐὰν θέλωμεν, περιγενέσθαι τῆς ἁμαρτίας. Ἢ δι' ἣν εὐκόλως τις εἰς περιστάσεις ἐμπίπτει, οὐδὲν γὰρ οὕτω κινδυνῶδες ὡς ἁμαρτία.

Per patientiam curramus propositum nobis certamen. Non dixit, Pugilatum exerceamus aut luctemur, sed quod omnium facillimum erat, quod ad cursum spectat, istud in medium profert. Neque dixit : Addamus cursui ; verum, In illo ipso permaneamus. Alii enim per continentiam, alii per eleemosynam, alii per aliam virtutem currere debent ; vos vero per patientiam : vobis enim isthac opus est, uti supra dictum est.

D

Δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Οὐκ εἶπε, Πυκτεύωμεν, οὐδὲ παλαίωμεν, ἀλλ' ὃ πάντων κουφότερον ἦν τὸ τοῦ δρόμου, τοῦτο εἰς μέσον τέθεικεν. Οὐδὲ εἶπε, Προσθῶμεν τῷ δρόμῳ, ἀλλ', Ἐν αὐτῷ τούτῳ ὑπομείνωμεν. Ἄλλοι μὲν γὰρ δι' ἐγκρατείας, ἄλλοι δι' ἐλεημοσύνης, ἄλλοι δι' ἄλλης ἀρετῆς ὀφείλουσι τρέχειν· ὑμεῖς δὲ δι' ὑπομονῆς. Ταύτης γὰρ ὑμῖν χρεία, ὡς καὶ ἀνωτέρω προείρηται.

VERS. 2. *Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum.* Hoc est, si velimus discere quomodo per patientiam sit currendum, ad Christum respiciamus, quemadmodum qui artes discunt, præceptores suos intuentur, quod et ipse dixit : *Discite a me*[44] ; et rursus : *Quod si patremfamilias Beelzebub appellarunt, quanto potius vos domesticos*

Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν. Τουτέστιν, ἐὰν θέλωμεν μαθεῖν τὸ τρέχειν[70] δι' ὑπομονῆς, πρὸς τὸν Χριστὸν ἀφορῶμεν, ὥσπερ οἱ τέχνας μανθάνοντες πρὸς τοὺς διδασκάλους· ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἔλεγε· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ* · καὶ πάλιν· *Εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς*

[44] Matth. xi, 29.

Variæ lectiones.

[70] φιλάδελφοι m. [71] φέρειν m.

αὐτοῦ; καὶ, *Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον*. Τί δέ ἐστιν, *ἀρχηγὸν καὶ τελειωτήν*; τουτέστιν Αὐτὸς καὶ τὴν πίστιν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ἐνέθηκεν·—*Οὐ γὰρ ὑμεῖς με*, φησὶν, *ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς*· — καὶ τὸ τέλος αὐτὸς ἐπιθήσει, ὡς τελειοτάτην αὐτὴν ἔχειν ὑμᾶς.

Ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας. Ἐξῆν γὰρ αὐτῷ μὴ παθεῖν, μὴ ἀποθανεῖν· ἀναμάρτητος γὰρ ὢν, θανάτῳ οὐχ ὑπέκειτο· ὃ καὶ αὐτὸς λέγει· *Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν*. Εἰ οὖν οὐκ ἤθελεν, οὐκ ἂν ἐσταυρώθη· ὃ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου*. Ἀλλ' ὅμως σταυρὸν ὑπέμεινε, τουτέστιν, οὐχ ἁπλῶς θάνατον, ἀλλὰ τὸν ἐπονείδιστον, καὶ κατεφρόνησε τῆς ἐπὶ τοιούτου θανάτου αἰσχύνης. Οὐκ εἶπε δὲ, Λύπης καταφρονήσας· οὐδὲ γὰρ μετὰ λύπης ταῦτα ἔφερεν.

Ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν. Ὁρᾷς τὸ τέλος τῆς ὑπομονῆς ποῦ ἀναβιβάζει; ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε*, τὸ κατὰ σάρκα λέγων. Ὥστε δύναται καὶ ὑμᾶς ἀμείψασθαι ὑπὲρ τῶν δι' αὐτὸν θλίψεων. Ἡ γὰρ ἐν δεξιᾷ καθέδρα, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότιμον δηλοῖ.

Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν. Καίτοι εἰ καὶ ὁμοδούλων πάθη ἀναλογίζεταί τις, ἱκανῶς παραμυθεῖται, πόσῳ μᾶλλον τὰ τοῦ Δεσπότου τοῦ τοιαύτην ἀντιλογίαν ὑπομείναντος; ὃ ἐστι, γέλωτας, χλευασίας, ὀνείδη, κατὰ πρόσωπον πληγὰς, ὅσα ἀντέλεγον ταῖς διδασκαλίαις αὐτοῦ, τὰς ἐπὶ Πιλάτου κραυγὰς, τελευταῖον σταυρόν. Ἐμφαντικὸν γὰρ τὸ, *τοσαύτην*, τουτέστιν, ἄχρι θανάτου φέρουσαν, καὶ ταῦτα, τοῦ μετὰ ληστῶν, καὶ ταῦτα ὑπὸ ἁμαρτωλῶν, τῶν ἐθνικῶν δηλαδὴ, ἢ καὶ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων.

Ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. Τὸ γὰρ ἀναλογίσασθαι τὸν Χριστὸν, τονώσει ὑμῶν τὰς ψυχὰς καὶ νευρώσει, καὶ οὐκ ἐάσει ἐκλελύσθαι καὶ ἀπαγορεῦσαι πρὸς τὰς θλίψεις.

Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε. Δύο εἴδη παρακλήσεως ἀλλήλοις εἰσὶν ἐναντία· ἓν μὲν, ὅταν πρός τινα λέγῃ τις, ὅτι Μεγάλα πέπονθας. ἀναμνήσθητι ἐκείνων· ἕτερον δὲ, ὅταν λέγῃ· Οὐδὲν μέγα οὔπω πέπονθας. Τὸ μὲν γὰρ κάμνουσαν ἀνακτᾶται τὴν ψυχὴν, ἔχουσαν πολλοὺς συνίστορας τῶν παθημάτων αὐτῆς· τὸ δὲ φυσᾶσθαι μέλλουσαν κατασπᾷ, καὶ ῥᾳθυμοῦσαν διεγείρει. Τούτοις τοῖς δυσὶ χρῆται Παῦλος νῦν πρὸς Ἑβραίους. Εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω, ὅτι Πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, καὶ προτρεψάμενος μιμήσασθαι ἑαυτοὺς, νῦν τὸ ἐναντίον, δείκνυσιν αὐτοὺς μήπω μηδὲν ἀξιόλογον ὑποστάντας, ὡς ἂν μὴ ἐπαρθῶσι. Καὶ ὅρα σοφίαν. Μεθ' ὃ ἐμνήσθη τῶν ἀρχαίων ἁγίων τῶν μεγάλα ὑποστάντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, τότε δείκνυσι τὰ αὐτῶν οὐδὲν ὄντα. Οὔπω γὰρ, φησὶν, ἄχρι θανάτου

ipsius [55]? et: *Non est discipulus supra magistrum* [56]. Quid autem est quod ait, *auctorem et consummatorem*? Hoc est, Ipse fidem nobis ab initio imposuit,—*Non enim vos me*, inquit, *elegistis, sed ego vos elegi* [57],— ac finem etiam et consummationem ipse apponet, ut vos eam perfectissimam habeatis.

Qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem, ignominia contempta. Licebat enim ipsi non pati, non mori. Cum enim peccati omnis expers esset, morti non subjiciebatur: quod et ipse ait: **746** *Venit mundi princeps, et in me non habet quidquam* [58]. Si igitur noluisset, non esset crucifixus: quod et ipse dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam* [59]. Attamen crucem sustinuit, hoc est, non simpliciter mortem, sed contumeliosam, aspernatusque est ignominiam inde provenientem. Non autem dixit, Tristitia contempta: neque enim cum tristitia ista ferebat.

Atque in dextera sedis Dei sedet. Vides finem patientiæ, quo perducit? id quod alibi dixit: *Propterea Deus etiam superexaltavit eum* [60]: de carne loquens. Potest itaque vobis mercedem rependere pro afflictionibus suo nomine toleratis. Cathedra enim et sessio ad dextram, æqualitatem cum Patre significat.

Vers. 3. *Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum se contradictionem*. Quod si quis conservorum suorum afflictiones reputans, abunde se consolatur, quanto magis si Domini sui, qui tantam contradictionem pertulit, afflictiones secum expendat? hoc est, risus, subsannationes, convicia, in faciem verbera, quæcunque contra doctrinam ejus dicebant, clamores apud Pilatum, postremo crucem ipsam. Emphatica enim est ista dictio, *Talem*, hoc est, ad mortem usque perducentem, idque una cum latronibus, idque a peccatoribus, ethnicis videlicet, sive ipsis Judæis.

Ne defatigemini animabus vestris deficientes. Christum enim in animo versare, animabus vestris et vires ac nervos addet, nec sinet deficere, nec in afflictionibus desperare.

Vers. 4. *Nondum ad sanguinem usque restitistis*. Duæ sunt adhortationis et consolationis species inter se contrariæ: altera quidem, cum quis alicui dicat: Magna quidem passus es, memento illorum; altera vero, cum dicat: Nihildum ardui passus es. Illud enim animam fatiscentem refocillat, dum multos afflictionum suarum testes habet. Istud vero intumescentem deducit, et languentem excitat. Hisce duabus nunc utitur Paulus ad Hebræos. Cum enim supra dixisset: Magnum certamen sustinuistis passionum [60*], adhortatusque esset ut seipsos imitarentur, nunc e contra ostendit eos nondum quidquam æstimatione dignum sustinuisse, ne efferantur. Ac vide ejus sapientiam. Posteaquam priscorum sanctorum, qui magna sustinuerant, atque adeo Domini ipsius meminisset, tunc ostendit eo-

[55] Matth. x, 25. [56] ibid. 24. [57] Joan. xv, 16. [58] Joan. xiv, 30. [59] Joan. x, 18. [60] Philipp. ii, 9. [60*] Hebr. x, 32.

rum afflictiones nullas esse. Nondum enim ad mortem usque, inquit, pervenistis, sed ad persecutiones usque, et usque ad rapinas : Christus autem usque ad mortem venit. Porro cum ait, *restitistis*, ostendit peccatum vehemens quiddam spirare, esseque eis oppositum, ipsos autem stantes et contranitentes, **747** nondum tamen in lethalibus, verum in leviori-bus.

A ἐφθάσατε, ἀλλὰ ἄχρι διωγμῶν, ἄχρις ἁρπαγῆς· ὁ δὲ Χριστὸς ἄχρι θανάτου ἦλθεν. Ἀντικατέστη δὲ, εἰπὼν, δείκνυσι καὶ τὴν ἁμαρτίαν σφοδρόν τι πνέουσαν, καὶ ἀντικειμένην, καὶ αὐτοὺς δὲ ἑστῶτας καὶ ἀγωνιζομένους, οὔπω μέντοι ἐν τοῖς καιριωτέροις, ἀλλὰ τοῖς κουφοτέροις.

Adversus peccatum repugnantes. Contra diabolum, qui est peccatum ipsum, utpote primus inventor ejus et præceptor. Vel contra ipsum peccatum, ejusque ignominiosos affectus, nobis inimicos et perniciosos.

Πρὸς ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. Πρὸς τὸν διάβολον τὸν αὐτόχρημα ἁμαρτίαν, ὡς εὑρετὴν αὐτῆς καὶ διδάσκαλον· ἢ πρὸς αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὰ αὐτῆς ἄτιμα πάθη, τὰ πολέμια ἡμῖν καὶ ὀλέθρια.

Vers. 5. *Et obliti estis adhortationis.* Adeo, inquit, remissi estis et in segnitiem resoluti, ut adhortantium vos ad fortitudinem sermonum sitis obliti, etsi nondum magni quidquam passi estis. Ingentes enim ac dignæ ratione aliqua afflictiones, oblivionem sæpenumero incutiunt rerum necessariarum.

Καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως. Τοσοῦτον παρείθητε καὶ ἐξελύθητε, ὥστε καὶ τῶν παρακαλούντων εἰς ἀνδρείαν λόγων ἐπελάθεσθε, καίτοι μήπω παθόντες τι μέγα. Τὰ γὰρ μεγάλα καὶ ἀξιόλογα πάθη λήθην ἐμποιοῦσι πολλάκις τῶν ἀναγκαίων.

Quæ vobis tanquam filiis loquitur : Fili mi, noli negligere disciplinam Domini [61]. Non enim propriis filiis loquebatur Salomon, sed omnibus qui audire poterant, et vobis omnino : propterea, *tanquam*, apponitur.

Ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται· Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου. Οὐ γὰρ ἰδίοις υἱοῖς ὁ Σολομὼν ἐλάλει, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἀκούειν δυναμένοις, καὶ ὑμῖν δὲ πάντως· διὰ τοῦτο τὸ, ὡς, κεῖται.

Neque defatigeris dum ab eo argueris. A Deo igitur tentationes adducuntur : quod si a Deo, ad commoditatem omnino nobis cedent. Aut enim ipsi imprimis placet ut nos tentemur, quo a peccatis liberemur : aut nos tentari permittit, ad probationem, utque plures consequamur coronas.

Μὴ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Ἆρα οὖν παρὰ Θεοῦ οἱ πειρασμοὶ ἐπάγονται· εἰ δὲ παρὰ Θεοῦ, πρὸς ὠφέλειαν ἡμῶν πάντως. Αὐτὸς γὰρ ἢ προηγουμένως εὐδοκεῖ ἡμᾶς πειράζεσθαι πρὸς ἀπόθεσιν ἁμαρτιῶν, ἢ παραχωρεῖ πρὸς δοκιμασίαν καὶ στεφάνους πλείους.

Vers. 6. *Quem enim diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit.* Fieri non potest ut quispiam inveniatur dilectus Deo citra afflictiones. Nonne igitur latrones et fures flagris cæduntur? filiine et illi sunt? Minime gentium. Non enim dixit, Quisquis flagellatur, est filius, sed, Omnis filius flagellatur. Latrones igitur non filiorum instar flagellantur, verum ut scelerati puniuntur. Hic autem cum prius dixisset, *Castigat*, intulit postea, *Flagellat* : ut non veluti sceleris ultionem, sed veluti eruditionem intelligas flagellationem filii. *Quem recipit*, hoc est, quem admittit, quem præ cæteris assumit, et familiarem amicum sibi conciliat.

Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Ἀδύνατον γὰρ εὑρεῖν τινα τῶν ἀγαπωμένων τῷ Κυρίῳ χωρὶς θλίψεων. Ἆρα οὖν οὐ μαστιγοῦνται καὶ λῃσταὶ καὶ κλέπται; Υἱοὶ οὖν καὶ οὗτοι; Οὐχί. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι πᾶς ὁ μαστιγούμενος, υἱὸς, ἀλλὰ πᾶς υἱὸς μαστιγοῦται. Λῃσταὶ μὲν οὖν οὐχ ὡς υἱοὶ μαστιγοῦνται, ἀλλ' ὡς κακοὶ κολάζονται. Ἐνταῦθα δὲ προειπὼν, ὅτι *παιδεύει*, τότε ἐπήγαγε τὸ, *μαστιγοῖ*, ἵνα μὴ ὡς κακίας ἔκτισιν, ἀλλ' ὡς παίδευσιν νοήσῃς τὴν μαστίγωσιν τοῦ υἱοῦ. Ὃν δὲ *παραδέχεται*, τουτέστιν, ὃν ἀποδέχεται, ὃν προσλαμβάνεται πλέον τῶν ἄλλων, ὃν οἰκειοῦται.

Vers. 7. *Si castigationem sustinetis, tanquam filiis offert se vobis Deus. Quis enim est filius quem non castigat pater? Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes, ergo adulterini, et non filii estis.* Ex quibus illi putabant sese a Deo derelictos, ex iis ostendit eis quod Deo curæ fuerint. Si enim, inquit, afflictionibus caruissetis, nothi fuissetis, illegitimique filii, et non genuini. Cui enim parentum nothorum institutio curæ est? Quia vero affligimini, exhinc autem obvenit vobis, ut ornate atque moderate vivatis, perinde ac omnes præmemorati, videlicet justi, qui et filii Dei vocati

Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. Τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί. Ἀφ' ὧν ἐνόμιζον αὐτοὶ ἐγκαταλελεῖφθαι ὑπὸ Θεοῦ, ἀπὸ τούτων δείκνυσιν αὐτοὺς μεμελημένους τῷ Θεῷ. Εἰ μὲν γὰρ ἐκτὸς θλίψεων ἦτε, ἐφαίνεσθε ἂν ὅτι νόθοι ἐστὲ [καὶ οὐχ υἱοί. Τίς γὰρ πατὴρ φροντίζει παιδεύσεως νόθων υἱῶν, καὶ κοσμιότητος; Ἐπεὶ δὲ θλίβεσθε, ἐκ δὲ τούτου περιγίνεται ὑμῖν τὸ κοσμίως καὶ κατεσταλμένως ζῆν, ὥσπερ καὶ πάντες οἱ προρρηθέντες, δηλαδὴ δίκαιοι, οἳ καὶ υἱοὶ Θεοῦ

[61] Prov. III, 11

ἐχρημάσισαν· πρόδηλον καὶ ἀναντίῤῥητον, ὅτι ὡς A υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεὸς, καὶ διὰ φροντίδος ὑμᾶς ἔχει, ἵνα μὴ ἀπαίδευτοι ἀποβῆτε, καὶ ἐκ τούτου ἀποκλήρους ὑμᾶς ἐξωθήσῃ.

Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐντρεπόμεθα. Οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν. Ἐκ τῶν κατ' αὐτοὺς πάλιν ἀποδείκνυσιν ὅτι δεῖ ὑπομένειν. Εἰ γὰρ ὅταν οἱ σαρκικοὶ πατέρες ἐπαίδευον ἡμᾶς, οὐκ ἐτολμῶμεν ἀποπηδῆσαι, ἀλλ' ἐντρεπόμεθα καὶ ὑπεμένομεν, ὅσα ἂν ἐπέφερον· πόσῳ μᾶλλον νῦν τοῦ Θεοῦ παιδεύοντος; Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπε Πόσῳ μᾶλλον ὑπομενοῦμεν, ἀλλ', *ὑποταγησόμεθα*· δεικνὺς ὅτι ἀντιστάτου ἐστι καὶ ἀντιθέου, τὸ μὴ ὑπομένειν θλίψιν. *Πατέρα* δὲ *πνευμάτων*, ἢ τῶν χαρισμάτων, ἢ τῶν B ἀσωμάτων δυνάμεων, ἢ, ὅπερ καὶ οἰκειότερον, τῶν ψυχῶν. Πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν *σαρκικῶν* πατέρων, εἶπε τὸ πνευματικόν. *Καὶ ζήσομεν* δὲ προσέθηκεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ ἀνυπότακτος οὐδὲ ζῇ. Ἔξω γάρ ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐστι ζωή.

Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας. Οὔτε γὰρ ἰσχύουσι δι' ὅλου παιδεύειν ἡμᾶς, ἵνα τελείους ἐργάσωνται. Ἢ γὰρ θάνατος τοῦ πατρὸς, ἢ αὔξησις, ἢ σκληρότης τοῦ παιδὸς, ἔστησι τὴν παιδείαν· ὁ δὲ Θεὸς ἀεὶ παιδεύων, δύναται τελείους ποιεῖν.

Κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον. Οὐ πάντως δὲ τὸ δοκοῦν τῷ πατρὶ λυσιτελεῖ τῷ υἱῷ· πολλοὶ C γὰρ καὶ αἰσχρὰς διδάσκουσι τέχνας.

Ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, πρὸς τὸ μεταλαμβάνειν[72] *τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.* Ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἐπάγει τὴν παιδείαν· οὐχ ἵνα λάβῃ τι παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα μεταδῷ μᾶλλον τῆς ἁγιότητος, τουτέστι, τῆς καθαρότητος αὐτοῦ· ὥστε, φησὶ, γενέσθαι ἡμᾶς δεκτικοὺς τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν. Ἆρα οὖν ἡ παιδεία μετάληψις ἁγιότητός ἐστι· καὶ εἰκότως· συστρέφει γὰρ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸν ἅγιον Θεὸν, μὴ ἐῶσα αὐτὴν πρὸς ἀνθρώπινόν τι ῥέμβεσθαι.

Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. Πάλιν ἀπὸ τῆς κοινῆς ἐννοίας τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε τῆς παραινέσεως, καὶ D φησι· *Πᾶσα δὲ παιδεία*, καὶ θεία καὶ ἀνθρωπίνη, *οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης.* Καλῶς τὸ, *Δοκεῖ*· οὐ γὰρ ἀληθῶς ἐστι λύπης. Πῶς γὰρ ἂν εἴη κυρίως λύπης, εὐφροσύνης οὖσα μήτηρ; Ἀλλ' ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς δυσχεραίνοντας πρὸς τὰς παιδείας τὸ, *Δοκεῖ*, εἴρηται.

Ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Τί ἐστιν, *εἰρηνικόν*; τοῦτ' ἔστιν, ἀτάραχον, λεῖον, ἡδύ. Ὁ μὲν γὰρ λυπούμενος ταράττεται· ὁ δὲ χαίρων λειότητά τινα ἔχει καὶ γαλήνην. Ὁ δὲ καρπὸς οὗτος δικαιοσύνης ἐστὶ, διότι δίκαιος ὢν[73] ὁ

sunt: planum est et irrefragabile quod vobis ut filiis sese offerat Deus, atque vestri curam gerat, **748** ne disciplinæ expertes evadatis, atque hinc vos hæreditate abdicet.

VERS. 9. *Deinde patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, et reverebamur eos : non multo magis obtemperabimus patri spirituum, et vivemus?* Ex rebus eorum demonstrat rursus quod oporteat eos patientes esse. Si enim cum carnales patres nos castigabant, non audebamus resilire, sed pudore suffundebamur, et patienter sustinebamus quæcunque nobis inferebant, quanto potius nunc Deo nos castigante? Animadverte autem : non dixit, Quanto magis sufferemus, sed, *obtemperabimus*, ostendens quod sit contranitentis et adversantis Deo, non sustinere afflictionem. *Patrem* autem *spirituum*, vel donorum, vel incorporearum virtutum dixit, vel, quod magis proprium est, animarum. Ad discrimen enim carnalium parentum, spirituale posuit. Porro addidit, *et vivemus*, ut submonstret inobedientem non vivere : alienus enim est a Deo, qui est vita.

VERS. 10. *Et illi quidem tempore paucorum dierum.* Neque enim possunt omnino nos erudire, ita ut perfectos reddant. Aut enim obitus patris, vel ætas provectior, vel duriti'es filii institutionem sistit : at vero Deus, utpote qui semper erudit, perfectos efficere potest.

Secundum voluntatem suam erudiebant nos. Non autem omnino quod patri visum est, utile est etiam filio : plerique enim turpes etiam docent artes.

Hic vero ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus. Deus autem ad commoditatem nostram castigationem inducit, non ut quidquam a nobis accipiat, verum ut impertiat nobis potius sanctitatem, hoc est, puritatem suam, ut simus, inquit, nos capaces bonorum ejus. Disciplina igitur est participatio sanctitatis : nec immerito : convertit enim animam ad Deum sanctum, non sinens eam ad humanum quiddam devolvi.

VERS. 11. *Omnis autem disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudii, sed mœroris.* Rursus a vulgari opinione, adhortationis occasionem accepit, et ait : *Omnis disciplina*, tam divina quam humana, *non videtur esse gaudii, sed mœroris.* Pulchre autem dicit : *Videtur* : non enim vere est mœroris ; quomodo enim proprie fuerit mœroris, cum sit lætitiæ mater? Sed nostri respectu, qui ægre ferimus disciplinam, *Videtur*, dictum est.

Postea vero fructum pacatum exercitatis per eam reddit justitiæ. Quid est, *pacatum?* Hoc est, turba vacantem, lævem, suavem. Qui enim contristatur, conturbatur : qui vero lætatur, lævorem quemdam habet, ac tranquillitatem. **749** Fructus autem ille justitiæ est, nempe quod Deus, cum sit justus, in

Variæ lectiones.

[72] μεταλαβεῖν o. [73] ἐστιν o.

hoc sæculo turbatos illic refocillat. Observa autem, quod exercitationem vocet disciplinam, quippe quæ confortet fideles, ac velut quosdam athletas et robustiores faciat. Quid igitur eam aversamini quæ animas vestras confirmat?

A Θεὸς, τοὺς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ λυπηθέντας [74] ἐκεῖ ἀναπαύει. Ὅρα δὲ ὅτι γυμνασίαν καλεῖ τὴν παιδείαν, ῥωννύουσαν τοὺς πιστοὺς, καὶ οἷόν τινας ἀθλητὰς, καὶ εὐτονωτέρους ποιοῦσαν. Τί οὖν ἀποφεύγετε τὴν ἐνισχύουσαν τὰς ψυχὰς ὑμῶν;

Vers. 12. *Propterea remissas manus ac dissoluta genua erigite.* Veluti ad pugiles quosdam et certatores disserit. Ex Isaia autem hunc sibi desumpsit locum, indicans per metaphoram præcipuarum partium, quod toti sint soluti animo. Manus enim operationis, pedes vero motionis sunt symbolum. Mœrentis igitur, imprimis animæ, instrumenta, deinde et corporis ex consequenti sunt remissa.

Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε. Ὡς πρὸς πύκτας τινὰς καὶ ἀγωνιστὰς διαλέγεται. Ἀπὸ τῆς Γραφῆς δὲ τοῦ Ἡσαΐου τοῦτο ἔλαβε, δεικνύων ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κυριωτέρων μερῶν, ὅτι ὅλοι παρειμένοι εἰσὶ τῇ ψυχῇ. Αἱ μὲν γὰρ χεῖρες, ἐνεργείας· οἱ δὲ πόδες, κινήσεως σύμβολον. Τοῦ οὖν ἀθυμοῦντος, καὶ τὰ ψυχικὰ μὲν ὄργανα προηγουμένως, καὶ τὰ σωματικὰ ἀκολούθως παρεῖναι.

Vers. 13. *Et gressus rectos facite pedibus vestris, ut ne quod claudum est aberret, magis autem sanetur.* Hic veluti ad cursores disserit, perinde ac in superioribus dictum est: *Per patientiam curramus.* Ait ergo, *Gressus rectos facite.* Τροχιὰ vero, est vel vestigium rotæ currus, quod terræ imprimitur, vel locus currentium pedibus subjectus. Sint igitur, inquit, orbitæ, vel viæ vestræ læves, planæ et æquales, hoc est, nihil asperum, vel triste, vel inæquale sit in animabus vestris: verum æqualiter et plane et citra mœrorem currite, ut non claudicantes, hoc est, natura pusillanimes, Judæorum in morem: hujusmodi enim gens est Hebræa, vel etiam claudicantes circa fidem futurorum, adhuc offendatis, aberrentque pedes vestri, hoc est, omnino perversi fiant. Qui enim naturali, ac quæ principio ei accidit, pusillanimitate impellitur, non cohibens seipsum, sed dedens potius, clam in desperationis præcipitium omnino incidit, adeo ut inde vix revocari possit. Date autem potius operam, ut quod in vobis claudum est, curetur: hoc est, etiamsi hactenus incredulitatis nonnihil habuistis, corrigite potius: ubinam enim esset in patiente incredulitas? Animadverte autem quomodo manifeste inducat pœnitentiam, atque istud observa propter Novatianos.

B *Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.* Ἐνταῦθα ὡς πρὸς δρομεῖς διαλέγεται, καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴρηκε· *Δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν.* Φησὶν οὖν, *Ποιήσατε τροχιὰς ὀρθάς.* Τροχιὰ δέ ἐστιν ἢ τὸ ἴχνος τοῦ ἁρματείου τροχοῦ, ὃ κατὰ τῆς γῆς χαράττεται, ἢ ἡ ὑποκειμένη χώρα τοῖς τῶν τρεχόντων ποσίν. Ἑστωσαν οὖν, φησὶν, αἱ τροχιαὶ ὑμῶν, ἤγουν αἱ ὁδοὶ ὑμῶν λεῖαι καὶ ὁμαλαὶ, τουτέστι, μηδὲν τραχὺ καὶ λυπηρὸν καὶ ἀνώμαλον ἐν ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς ἦτω, ἀλλ' ὁμαλῶς καὶ ἁλύπως καὶ λείως τρέχετε, ἵνα μὴ χωλοὶ ὄντες, τουτέστι φύσει μικροψυχότερον διακείμενοι, ἄτε Ἰουδαῖοι· τοιοῦτον γὰρ τὸ ἔθνος· ἢ καὶ χωλεύοντες περὶ τὸ πιστεύειν τοῖς μέλλουσιν, ἔτι προσπλαγῆτε [75], καὶ ἐκτραπῶσιν οἱ πόδες ὑμῶν, τουτέστι παντελῶς στρεβλοὶ γένωνται. Ὁ γὰρ τῇ φυσικῇ, ἢ τῇ ἐξ ἀρχῆς προσπεσούσῃ μικροψυχίᾳ συνεπαγόμενος, καὶ μὴ ἀνέχων ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐνδιδοὺς, λανθάνει παντάπασιν ἐκπίπτων εἰς τὸν τῆς ἀπογνώσεως χρημνὸν [75] καὶ δυσανάκλιτος ἐκεῖθεν ὤν. Ἀλλὰ μᾶλλον σπουδάσατε, ἵνα ἰαθῇ τὸ ἐν ὑμῖν χωλεῦον, τουτέστι κἂν τινα ἀπιστίαν ἔχητε μέχρι τοῦ νῦν, διορθώθητε μᾶλλον. Ποῦ γὰρ ἐν τῷ ὑπομένοντι ἀπιστία; Ὅρα δὲ πῶς εἰσάγει φανερῶς τὴν μετάνοιαν, καὶ σημείωσαι τοῦτο διὰ τοὺς Ναυατιανούς.

C

Vers. 14. *Pacem persequimini cum omnibus.* Quod supra dixit: *Non deserentes collationem nostram,* id nunc etiam agit, ad dilectionem congregans: nec solum erga amicos ac familiares, verum etiam erga hostes pacem habere ac sectari admonet. *Cum omnibus* enim, inquit, et Græcis, et Judæis, et hostibus. *Quantum* enim, inquit, *in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete* [61]. Si hujusmodi propositum habueritis, non eritis pusillanimes in afflictione. Reputa etiam quod **750** dixit: *Persequimini,* hoc est, pacem, etiam quæ procul est, studete comprehendere, eam ad vos ipsos attrahentes.

Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων. Ὑπερ ἀνωτέρω εἶπε· *Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν,* τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ, εἰς ἀγάπην συνάγων. Καὶ οὐ μόνον πρὸς τοὺς οἰκείους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς εἰρηνεύειν παραινεῖ. *Μετὰ πάντων* γὰρ, φησὶ, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἐχθρῶν. *Ὅσον γὰρ, φησὶ, ἐφ' ὑμῖν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε.* Ἐὰν δὲ τοιαύτην πρόθεσιν ἔχητε, οὐδὲν μικροψυχήσετε ἐπηρεαζόμενοι. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, *Διώκετε,* τουτέστι καὶ πόρρω οὖσαν τὴν εἰρήνην σπουδάζετε καταλαβεῖν, πρὸς ἑαυτοὺς ἐφέλκοντες.

D

Et sanctimoniam. Hoc est, puritatem: si quidem innuptus quispiam est, virginitatem; si autem

Καὶ τὸν ἁγιασμόν. Τουτέστι, τὴν καθαρότητα· εἰ μὲν ἄγαμός ἐστί τις, φυλάττων τὴν παρθενίαν·

[61] Rom. XII, 8.

Variæ lectiones.

[74] ἀνιαθέντας; ἐκεῖ ἀναπαύων o. [75] προσπληγῆτε m. [75] βυθὸν o.

εἰ δὲ ἐν γάμῳ, τὴν σωφροσύνην· οὐχ ὅτι ἁγιασμός A matrimonio junctus est, sobrietatem custodiens : ἐστιν ὁ γάμος, ἀλλ' ὅτι τηρεῖ τὸν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμὸν ἀναπόβλητον διὰ τῆς νομίμου μίξεως. Τίμιος μὲν γὰρ ὁ γάμος, οὐχ ἅγιος δὲ, ἀλλὰ τοῦ ἁγιασμοῦ φύλαξ.

non quod nuptiæ sint sanctificatio, sed quia sanctificationem a baptismate partam, per legitimum coitum, inviolatam servant. Honorabile quippe connubium, non autem sanctum, sed sanctificationis custos.

Οὐ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Οὔτε γὰρ πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι. Καὶ ὁ Κύριος δὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ ὄψονται τὸν Θεόν.*

Sine qua nemo videbit Dominum. Neque enim fornicatores, neque mœchi, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei hæreditabunt [62a]. Ac Dominus in Evangelio : *Beati*, inquit, *mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [63].

Ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Καθάπερ ὁδόν τινα μακρὰν ὁδευόντων αὐτῶν ἐν συνοδίᾳ πολλῇ, φησί· *Βλέπετε μή τις ἀπέμεινεν.* Οὐ γὰρ τοῦτο ζητῶ μόνον, ἵνα ὑμεῖς B παραγένησθε, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκοπῆτε, τουτέστι ἐπισκέπτησθε, καταλαμβάνητε, καταμανθάνητε, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν· κἂν εἷς ᾖ ὁ ὑστερῶν, μηδὲ τούτου καταμελήσητε. Χάριν δὲ Θεοῦ τὴν πίστιν φησὶ, καὶ τὴν ἀρίστην πολιτείαν, καὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθά. Πάντα γὰρ ταῦτα, τῆς τοῦ Θεοῦ ἐστι χάριτος.

VERS. 15. *Considerantes ne quis desit gratiæ Dei.* Perinde quasi longum iter cum multo comitatu emensi sint, dicit : *Videte ne quis remanserit.* Non enim hoc quæro solum, ut vos accedatis : B sed ut alios etiam consideretis, hoc est, visitetis, cognoscatis, perdiscatis ; quod est de infirmis : et si vel unus tantummodo posterior fuerit, ne hunc quidem neglexeritis. Gratiam autem Dei, fidem dicit, et optimam vitæ rationem, adeoque futura bona. Hæc enim omnia sunt Dei gratiæ.

Μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ. Τοῦτο ἐν τῷ Δευτερονομίῳ κεῖται. Ἔλαβε δὲ αὐτὸ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν φυτῶν. Ὁ δὲ ἀλλαχοῦ γράφει, *Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*, τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησι, Μή τις πονηρὸς εἰς λύμην πλειόνων εἶναι συγχωρείσθω· ἔκκοπτε τὴν τῆς πικρίας ῥίζαν, τουτέστι, τῆς ἁμαρτίας, ἵνα μὴ βλαστοὺς ἐνέγκῃ, τουτέστι μὴ ἄλλους τοιούτους ποιήσῃ. Ὅτι δὲ πικρὰ C ἡ ἁμαρτία, μᾶλλον δὲ οὐδὲν πικρότερον αὐτῆς, ἴσασιν οἱ μετὰ τὸ πρᾶξαι ὑπὸ τοῦ συνειδότος τηκόμενοι. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν ὅτι πικρὰ ῥίζα, ἀλλὰ πικρίας ῥίζα· τὴν μὲν γὰρ πικρὰν ῥίζαν ἔστι καρποὺς γλυκεῖς [77] προσενεγκεῖν· τὴν δὲ πικρίας ῥίζαν, τουτέστι τὴν πηγὴν καὶ ὑπόθεσιν, οὐκ ἔνι ποτὲ γλυκὺν ἐνεγκεῖν καρπόν.

Ne qua radix amaritudinis sursum germinans inturbet. Hoc in Deuteronomio habetur. Est autem metaphora a plantis sumpta. Quod vero alio in loco scribit : *Modicum fermenti totam massam fermentat* [64] : istud et hic dicit, Ne quis pravus ad plurimum perniciem permittatur, exscinde amaritudinis radicem, hoc est peccati, ne germina proferat, hoc est, ne alios tales faciat. Quod autem amarum sit peccatum, imo vero nihil ipso amarulentius, ii noverunt qui post commissum flagitium conscientia macerantur. Observa autem quod non dixerit radicem esse amaram, sed amaritudinis radicem : potest enim amara radix fructus dulces proferre. Amarulentiæ autem radicem, hoc est, fontem, et causam, non est possibile dulcem proferre fructum.

Καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί. Τοὺς γὰρ ἀσεβεῖς ὁρῶντες, εἰς ζῆλον αὐτῶν ἔρχονται οἱ ῥᾳθυμοι [78], καὶ μιαίνονται τὰς ψυχάς. Ἐκκοπτέσθωσαν οὖν αἱ τοιαῦται ῥίζαι.

Et per illam inquinentur multi. Segniores enim, cum impios vident, ad eorum æmulationem deveniunt, ipsorumque animi inquinantur. Itaque hujusmodi radices exscindantur.

Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος, ὡς Ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι πόρνος ἦν Ἡσαῦ, ἀλλ' ἄχρις D αὐτοῦ στῆσον, *Μή τις πόρνος ἐν ὑμῖν ἦτω.* Αἰνίττεται γάρ τινας παρ' αὐτοῖς τοιούτους, οὐ μέντοι βούλεται ἐλέγχειν αὐτοὺς, ἀλλὰ προσποιεῖται ἄγνοιαν, ὡς ἂν διορθώσωνται. Εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς εἰπὲ, *Μηδὲ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ*, τουτέστι γαστρίμαργος, κοσμικὸς, τὰ πνευματικὰ βεβηλῶν καὶ καταπατῶν. Τὴν γὰρ παρὰ Θεοῦ δοθεῖσαν τιμὴν τῶν πρωτοτοκίων ἀπέδοτο, καὶ ταῦτα βρώσεως μιᾶς. Τοῦτο δέ ἐστι βεβήλωσις, ἡ καταφρόνησις τῶν θείων. Ἐνταῦθα δείκνυσιν αὐτοῖς πόσον κακὸν ἡ ῥᾳθυμία,

Et per illam inquinentur multi. Segniores enim, cum impios vident, ad eorum æmulationem deveniunt, ipsorumque animi inquinantur. Itaque hujusmodi radices exscindantur.

VERS. 16. *Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua.* Non hoc dicit, quod Esau fornicator fuerit, sed hic siste ad, *Ne quis fornicator in vobis sit.* Innuit enim tales apud eos quosdam fuisse, non tamen eos vult palam arguere, sed **751** ignorantiam simulat, ut emendentur. Deinde ab alio principio dic : *Neque profanus ut Esau*, hoc est, gastrimargus, helluo, vorax, mundanus, spiritualia profanans et conculcans. Datum enim a Deo honorem primogenituræ vendidit, idque pro una esca. Hæc vero est profanatio, contemptus nimirum divinarum rerum. Hic ipsis ostendit

[62a] I Cor. IV, 9, 10. [63] Matth. V, 8. [64] Gal. V, 9.

Variæ lectiones.

[77] καλοὺς o. [78] ῥᾳθυμώτεροι o.

quantum malum sit segnities : nempe, quod prior, pusillanimis redditus, neque adversus cibi cupiditatem resistens, posterior factus est.

A ὅτι ὁ πρῶτος, ὕστερος γέγονεν ὀλιγοψυχήσας, καὶ μὴ ἀντιστὰς πρὸς τὴν τῆς βρώσεως ἐπιθυμίαν.

Vers. 17. *Novistis enim, quod et postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus sit.* Reprobatus est a patre dicente ei : *Si ipsum dominum tuum feci, tibi vero quid faciam, fili* [64]? Quidam autem, *reprobatus est a Deo*, dixerunt. Primum igitur a Deo reprobatus est. Deus enim in causa fuit cur deceptus Isaac Jacobo benedixerit. Quod vero posthac cum benedictionem quæreret, rejectus sit, de patre est intelligendum, vel tum etiam ab utrisque : planum est enim, quod et pater secundum Deum ipsum reprobarit.

Ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη. Ἀπεδοκιμάσθη παρὰ τοῦ πατρὸς εἰπόντος πρὸς αὐτόν· *Εἰ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου, σοὶ δὲ τί ποιήσω, τέκνον* ; Τινὲς δὲ, *ἀπεδοκιμάσθη παρὰ τοῦ Θεοῦ*, εἶπον. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεδοκιμάσθη. Ὁ γὰρ Θεὸς αἴτιος τοῦ, τὸν Ἰσαὰκ ἀπατηθέντα εὐλογῆσαι τὸν Ἰακώβ. Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα τὴν εὐλογίαν ζητοῦντα ἀποδοκιμασθῆναι, παρὰ τοῦ πατρὸς νοητέον, ἢ καὶ τότε παρ' ἀμφοτέρων· δῆλον γὰρ ὅτι καὶ ὁ πατὴρ κατὰ Θεὸν ἀπεδοκίμασεν αὐτόν.

Non enim invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam (*a*). Numquid igitur rejicit hic pœnitentiam Paulus ? Haudquaquam. Quomodo igitur dicit quod pœnitentiæ locum non invenerit, etiamsi cum lacrymis eam inquisierit ? Primum igitur hoc accipe, quod per, *eam*, non pœnitentiam oporteat intelligere, sed benedictionem. Ponitur autem per parenthesin, *Pœnitentiæ enim locum non invenit.* Deinde et pœnitentiam quæsivit quidem, non tamen ut oportet. Quomodo enim pœnitentiæ est dicere, *Appropinquent dies luctus patris mei, et occidam fratrem meum ?* Itaque propter hoc non invenit pœnitentiam, quia non ut oportuit eam quæsivit. Etiamsi enim lacrymas haberet, non fuere tamen pœnitentiæ lacrymæ, sed invidiæ et amarulentiæ ejus, qui non sustineret, neque reprobationem libenter amplecteretur. Quemadmodum neque mœror Caini, pœnitentiæ mœror erat, sed invidiæ, et indicavit etiam cædes fratris eamdem. Aut igitur hoc est quod dixi, aut quod sapientissime Paulus eos qui nondum exciderunt, perterrefacit, inquiens magnis peccatis non esse relictum pœnitentiæ locum, ex industria hoc faciens, ut per metum conservet eos ne cadant. Cum vero nonnullos cecidisse conspexerit, iterum eos revocat, ut non desperent : quemadmodum ad Galatas : *Filioli mei*, inquit, *quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus* [65]. Non igitur rejicit hic pœnitentiam Paulus, sed munit eos qui ex Hebræis crediderant, ut non cadant.

B *Μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίτοι μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν.* Ἆρα μὴ ἐκβάλλει τὴν μετάνοιαν ἐνταῦθα Παῦλος ; Μὴ γένοιτο. Πῶς οὖν φησιν, ὅτι μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε, καίτοι μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν ; Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο δέξαι, ὅτι, *αὐτὴν*, οὐ τὴν μετάνοιαν δεῖ νοεῖν, ἀλλὰ τὴν εὐλογίαν· διὰ μέσου δὲ τὸ, *Μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρεν.* Ἔπειτα καὶ τὴν μετάνοιαν ἐζήτησε μὲν, οὐχ ὡς δεῖ δέ. Πῶς γὰρ μετανοίας τὸ λέγειν· *Ἐγγισάτωσαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρός μου, καὶ ἀποκτενῶ τὸν ἀδελφόν μου* ; Ὥστε διὰ τοῦτο οὐχ εὗρε τὴν μετάνοιαν, ἐπειδὴ μὴ ὡς ἐχρῆν, αὐτὴν ἐζήτησεν. Εἰ γὰρ καὶ δάκρυα εἶχεν, ὅμως οὐ μετανοίας τὰ δάκρυα, ἀλλὰ φθόνου καὶ πικρίας, μὴ ἀνεχομένου μηδὲ στέργοντος τὴν παρευδοκίμησιν. Ὥσπερ οὐδὲ ἡ λύπη τοῦ Κάϊν ἦν μετανοίας, ἀλλὰ φθόνου, καὶ ἐδήλωσεν ὁ φόνος. Ἢ οὖν τοῦτο ἔστιν ὃ ἔφην, ἢ ὅτι σοφώτατα Παῦλος, τοὺς μὲν μήπω πεσόντας φοβεῖ λέγων, ὅτι ἐπὶ τοῖς μεγάλοις ἁμαρτήμασι τόπος μετανοίας οὐκ ἔστιν· οἰκονομικῶς τοῦτο ποιῶν, ὡς ἂν τῷ φόβῳ συντηρήσῃ αὐτοὺς, ὥστε μὴ πεσεῖν. Ὅταν δὲ ἴδῃ τινὰς πεσόντας, πάλιν ἀνακαλεῖται, ἵνα μὴ ἀπογνῶσιν· ὥσπερ πρὸς Γαλάτας· *Τεκνία μου*, φησὶν, *οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.* Οὐ τοίνυν ἐκβάλλει ἐνταῦθα ὁ Παῦλος μετάνοιαν, ἀλλ' ἀσφαλίζεται τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστοὺς, πρὸς [79] τὸ μὴ πεσεῖν.

C

Vers. 18. *Non enim accessistis ad montem tractabilem,* **752** *et accensum ignem, et turbinem, et caliginem, et procellam, et tubæ sonum.* Ob oculos ponit, eos majoribus esse obnoxios malis si non sustinue-

D *Οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, καὶ σάλπιγγος ἤχῳ.* Δείκνυσιν ὅτι μειζόνων εἰσὶν ὑπεύθυνοι, ἐὰν μὴ ὑπομένωσιν, ἀλλὰ ἀπι-

[64] Gen xxvii, 37. [65] Galat. iv, 19.

Variæ lectiones.

[79] ὥστε μὴ ο.

Notæ.

τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ὥστε ὅταν ποιῶμεν ἡμεῖς τὸ καλὸν, ὁ Θεὸς ποιεῖ τοῦτο ἐν ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, μεσίτῃ καὶ ἐνεργῷ ἐκείνῳ χρώμενος. Ὁ γὰρ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐξ ἀρχῆς ἐνεργήσας, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἀρετῶν μεσίτης γίνεται, καὶ τὸ Πατρικὸν θέλημα ἐν ἡμῖν πληροῖ αὐτὸς ἐνισχύων ἡμᾶς καὶ ἐνδυναμῶν πρὸς τὰς ἀγαθὰς πράξεις; Εἰπὼν δὲ τὸ, *εὐάρεστον*, προσέθηκε τὸ, *ἐνώπιον αὐτοῦ*. Τότε γὰρ ὄντως εὐαρεστοῦμεν, ὅταν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καλοὶ φαινώμεθα, οὐχ ὅταν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. Ὅ καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· *Κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ*. Καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου*. A Itaque quando fecerimus quod bonum est, Deus facit hoc in nobis per Jesum Christum, hoc est, illo mediatore atque operatore usus. Qui enim in principio nobis salutem est operatus, quid mirum si in operatione etiam virtutum mediator sit, ac Paternam in nobis voluntatem implet ipse nos confortans, et robur inspirans ad bonorum operum transactiones? Porro, cum dixisset, *quod placeat*, adjecit, *coram se*. Tum enim revera ei placemus, cum coram Deo boni apparemus, non quando coram hominibus. Quod et Propheta David inquit: *Secundum puritatem manuum mearum coram oculis ejus*[78]: et Isaias: *Auferte malum e conspectu oculorum meorum*[79].

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως. Ὁρᾷς; ὃ μηδενὶ ἐπέσταλκε, τοῦτο τούτοις ἐπιστέλλει. Οὐ λέγει δὲ, τῆς παραινέσεως, ἀλλὰ, *τῆς παρακλήσεως*, τουτέστι, τῆς παραμυθίας, τῆς εἰς τὸ ὑπομένειν προτροπῆς, διὰ τὸ πρὸς τοὺς θλιβομένους εἶναι αὐτῷ τὸν λόγον. B **763** VERS. 22. *Rogo autem vos, fratres, sustinete verbum consolationis.* Viden'? quod nemini scripsit, hoc istis scribit. Non dicit autem, admonitionis, sed παρακλήσεως, hoc est consolationis, ad tolerantiam adhortationis, eo quod ad afflictos loquebatur.

Καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν. Τοσαῦτα εἰπὼν, ὅμως βραχέα ταῦτά φησιν, ὅσον πρὸς ἃ ἐπεθύμει λέγειν. Ὡσανεὶ δὲ τοῦτο λέγει αὐτοῖς· Εἰ καὶ ὀλιγοψυχεῖτε, ἀνέχεσθέ μου, οὐ γὰρ ἔχει τις πρὸς μῆκος τῶν λεχθέντων ἀπαγορεῦσαι· ὃ καὶ ἐν τοῖς ὀλιγοψύχοις ὁρῶμεν γινόμενον. Τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι λόγου μακροῦ. *Etenim paucis scripsi vobis.* Cum tot dixisset, brevia tamen dicit, respectu eorum quæ dicere cupivit. Propemodum autem hoc eis dicit: Etsi pusillanimes estis, sustinete me: non enim quisquam de prolixitate dictorum conqueri potest, quod in despondentibus animum fieri cernimus. Tales enim prolixum sermonem non ferunt.

Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον. Μᾶλλον πρὸς τὸν Τιμόθεον οὐκ εἶχον ἀπεχθῶς, C διὸ καὶ αὐτὸν προεστήσατο. Ἀπολελυμένον δὲ πόθεν; Ἢ ἐν φυλακῇ ἦν, καὶ ἀπελύθη· ἢ ἐξ Ἀθηνῶν ἀπελέλυτο· ἐκεῖ γὰρ ἦν. § VERS. 23. *Cognoscite fratrem Timotheum absolutum.* Erga Timotheum non adeo erant infenso animo, propterea ipsum primum produxit. Dimissum autem, unde? Vel in carcere erat, ac dimissus est: vel Athenis dimissus est: illic enim erat.

Μεθ' οὗ, ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς. Καὶ τοῦτο ἱκανὸν αὐτοὺς πεῖσαι καθυφεῖναι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀπεχθείας, εἴγε ἕτοιμός ἐστιν ἐλθεῖν μετὰ τοῦ μαθητοῦ. Ἴσως δὲ εἰκὸς τοῦτο ἐκβῆναι, καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπὸ Ῥώμης. Ἀπελύθη γὰρ τὴν πρώτην ὑπὸ Νέρωνος, καθὰ καὶ ἐν προοιμίοις τῆς Ἐπιστολῆς εἴπομεν. *Cum quo, si celerius venerit, videbo vos.* Hoc satis est ut persuadeat eis quo desistant ab hostili adversus ipsum animo, siquidem paratus est venire cum discipulo. Forsan autem verisimile est hoc ita contigisse, illumque a Roma in Judæam profectum esse. Absolutus est enim primo sub Nerone, perinde ac in hujus Epistolæ præfatione diximus.

Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. Ὅρα πῶς αὐτοὺς τιμᾷ, εἴγε δι' αὐτῶν τοὺς ἡγουμένους προσαγορεύει· μᾶλλον γὰρ ἔδει τοῖς ἡγουμένοις ἐπιστεῖλαι, καὶ δι' ἐκείνων τοὺς ἀρχομένους προσαγορεῦσαι· ὁ δὲ σοφώτατα τοὺς ἀσθενεστέρους ἐθεραπεύει. D VERS. 24. *Salutate omnes præpositos vestros et sanctos.* Expende hic quanto eos honore afficiat, siquidem per ipsos, præpositos salutat: magis enim convenichat, ut præpositis scriberet, et per illos eorum subditos salutaret: ipse vero prudentissime imbecilliores curat ac fovet.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Οὕτως ὑμῶν περιέχομαι, ὥστε μὴ μόνος ἐγὼ ἀσπάζεσθαι ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἐγκαταστῆσαι τὸν πρὸς ὑμᾶς πόθον τοσοῦτον, ὥστε καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐρᾷν ἐκείνους ὑμῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀσπάζεσθαι. *Salutant vos qui sunt ab Italia.* Adeo, inquit, amore vestri ego teneor, ut non solus ego salutem vobis impertiam, verum et aliis inseram tantum vestri desiderium, ut tanto a vobis dissiti intervallo, vos illi ament, et propterea salvere vos jubeant.

Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Ἐπειδὴ κοινόν τι ἐστὶν ἡ χάρις, κοινῇ ταύτην πᾶσι καὶ ἡγουμένοις καὶ ἀρχομένοις ἐπεύχεται. Τίς δέ ἐστιν ἡ χάρις; Ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ κάθαρσις, ἡ τοῦ Πνεύματος μετάληψις. Πῶς δ' ἂν εἴη μεθ' ὑμῶν; Ἐὰν μὴ ὑβρίζητε ταύτην, ἐὰν μὴ ἀναξίως αὐτῆς VERS. 25. *Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Quia commune quiddam est gratia, communiter hanc ipsam et præpositis et subditis exoptat. Quæ autem est illa gratia? Remissio peccatorum, purificatio, Spiritus participatio. Quomodo autem fuerit vobiscum? Si eam injuria non affeceritis, si non

[78] Psal. xvii, 25. [79] Isa. i, 16.

Indigne eâ vivâtis. Perseverat enim apud nos, quando opera bona habemus : avolat autem a nobis, quando secundum mandata ejus qui hanc nobis impertiit, non vivimus. Faxit autem Christus, ut gratiam illam et quanta per illam acceperimus, nos agnoscentes, non cum injuria ejus qui tanta nobis bona largitus est, vivamus : sed per bona opera glorificantes illum, adeoque **764** commonstrantes quod non in ingratos ac beneficii immemores gratiam istam reposuerit, teneamus haudquaquam diminutam in animabus nostris, in ipso Christo benefactore animarum nostrarum. Cum quo Patri sit gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

πολιτεύσησθε. Παραμένει μὲν γὰρ, ὅταν ἔργα χρηστὰ ἔχωμεν· ἀφίπταται δὲ, ὅταν μὴ κατὰ τὴν ἐντολὴν [88] τοῦ ταύτην διδόντος ἡμῖν ζῶμεν. Ἀλλὰ γένοιτο ἐπιγινώσκοντας ἡμᾶς ταύτην, καὶ ὅσα δι' αὐτῆς ἐλάβομέν, μὴ ἐπὶ ὕβρει τοῦ τοσαῦτα ἀγαθὰ χαρισαμένου ἡμῖν πολιτεύεσθαι· ἀλλὰ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων δοξάζοντας ἐκεῖνον, καὶ δεικνύντας ὡς οὐκ εἰς ἀχαρίστους καὶ ἀγνώμονας τὴν χάριν ταύτην κατέθετο, ἔχειν ταύτην ἀνελάττωτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ εὐεργέτῃ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Variæ lectiones.

[88] τὰς ἐντολὰς m.

BONIFACII FINETTI

ORDINIS PRÆDICATORUM

IN TERTIUM TOMUM * THEOPHYLACTI

PRÆFATIO.

1. Cum viri gravissimi, quorum auctoritate commoveri me æquissimum erat, impense optare se mihi significassent, ut tertii hujus edendi tomi in me curam reciperem, laborem hunc detrectandum mihi minime censui, præsertim cum ii, qui suo me pene imperio compellere potuissent, pro eximia humanitate sua ad id muneris subeundum persuadere ratione maluerint; neminem aientes id magis decere, quam me, qui inedita Theophylacti Opera, quibus tomi istius pars maxima constat, Latine vertenda suscepissem. Cum igitur ad id, quod sine piaculo recusare vix poteram, aggrediendum animum appulissem, facile intellexi, assumpti partem operis esse nonnulla in tomum eumdem præfari, quibus operum, quæ continet, laborisque, quem in eodem insumpsi, rationem aliquam lectoribus redderem. Qua in re illud omnium primo purgandum videretur, quod tertius iste Theophylacti tomus multo fortasse serius, quam spes facta fuisset, in lucem nunc demum proferatur; nisi quæ dicenda inferius mihi sunt, labore me isto levarent. Ex iis enim planum compertumque fiet, nullius incuria, sed rei melius gerendæ studio moram tantam injectam fuisse. Cum namque pleraque opera quæ volumen istud complectitur, aut admodum rara, aut plane inedita forent, ac quædam etiam detecta recentissime, in iis colligendis (quod nonnisi aliena opera præstari poterat), in eisdemque ad prelum parandis plus temporis insumi oportuit quam putabatur. Necesse itaque fuit cœptam tomi hujus impressionem aliquandiu intermittere. Verum ne interim res omnino et undequaque suspensa maneret, et ne plus æquo studiosorum hominum exspectatio produceretur, solertes editionis hujus curatores tomum quartum, qui et ultimus erit, prelo subjiciendum curarunt, ut quo serius studiosi tertium istum accipiunt, eo maturius sint tomum ultimum accepturi : cujus cum impressio multum progressa jam sit, polliceri certo possumus, eum paucis posthac mensibus proditurum in lucem. Quam sane brevem dilationem eo æquiore animo tolerabit benevolus lector, quo majorem est ex hujus voluminis lectione voluptatem percepturus cum ob eximiam operum in eo contentorum præstantiam, tum propter insignem eorumdem varietatem, qua præsertim iis, qui jam editi sunt, tomus iste præcellit. Cum enim *exegetica* illi tantum opera exhibeant, hic et *exegetica*, et *oratoria*, et *sacra*, et *profana*, et *historica*, et *politica*, et *dogmatica* haud injucunda sane permistione complectitur, ut patet ex ipsorum operum catalogo, qui sequens est. I. *Commentarius in Acta apostolorum*, editus olim a Sifano. II. Alter in eadem Acta *Commentarius* recens erutus ex bibliotheca Vaticana. III. *Commentarius in Epistolas Catholicas*. IV. *Oratio in adorationem crucis*. V. *Oratio in præsentationem B. Mariæ Virginis*. VI. *Martyrium quindecim martyrum*, qui passi sunt imperante Juliano Apostata. VII. *Allocutio de iis in quibus Latini reprehenduntur a Græcis*. VIII. *Institutio regia ad Constantinum Porphyrogenitum*. IX. *Encomium in imperatorem Alexium Comnenum*. X. *Epistolæ viginti* recens erutæ ex bibliotheca *Vaticana*. XI. Extrema pars *homiliæ* undecimæ in *Resurrectionem*. XII. *Commentarius in Acta apostolorum* ex bibliotheca *Florentino Medicea*. XIII. *Epistolæ a Meursio et Lamio editæ*. Quoniam vero de omnibus his aliqua præmonenda sunt, quo quisque ad eorum lectionem accedat paratior, Præfationem hanc in totidem quot partes tomi hujus sunt, dividam sec-

* Editionis Venetæ quam sequimur.

tiones, cum majoris claritatis gratia, tum ut quisque, quæ ad singula præmonentur opera, reperire pro libito possit.

SECTIO I.

De Commentario in Acta apostolorum edito a Sifano.

I. Operum omnium, quæ hoc volumine continentur, agmen ducit *Commentarius in Acta apostolorum*, Latine versus editusque a Laurentio Sifano Prunsfeldio, J. U. doctore, Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni anno 1557. Quæ illi occasio hujus edendi operis fuerit, quodve consilium, qua in eo Latine vertendo usus sit diligentia, quid demum ad ejus perfectionem præstiterit, ipse declarat cum in nuncupatoria Epistola ad Fuggeros fratres, tum in altera ad Joannem Sambucum; quas idcirco hac in editione prætermittendas non duxi. Versio satis accurata ac nitida est. At dolendum, quod, cum Græcum, quo usus est, textum corruptum mutilumve identidem detexisset, aut saltem dubitasset, id solum ad marginem adnotare contentus, *fontem*, unde illa manavit Expositio, nempe Magni Chrysostomi in Acta apostolorum *Homilias*, consulere et expendere vel neglexerit, vel ei in mentem non venerit; haud enim dubito, quin hac ratione plerique textus sui loca sarcire ac emendare potuisset. Hoc sane feliciter a me præstitum esse, ex Commentario, qui sequitur, lector clare perspiciet. Quin, cum periculum fecerim de aliquibus locis, quæ corrupta vel mutilata merito suspicatus est ipse Sifanus, facile comperi, eorumdem defectum hujuscemodi collatione reparari commode potuisse. Sed cur, inquies, ego ipse non præstiti, quod a Sifano fieri debuisse putabam? Quia scilicet in alienum opus manum immittere nolui. Unicum vero locum, quem edito in textu Græco non codicis, ut ego puto, defectu, neque Sifani culpa, sed mera typographi incuria, linea integra mutilatum deprehendi, ex Chrysostomi fonte sarcivi: ut videre potes pag. 11. Commentarium igitur istum, ut a laudato Sifano editus est, ipse recudendum curavi: nisi quod ex usu lectorum esse censui, versiculorum capitumque numeros, quorum alteri nullo modo, alteri rarius, et ad marginem tantum adnotati erant, accurate suis in locis ascribere. Pauca etiam ex margine expunxi, ne quid esset, quod vel teneriores quorumdam animos offendere utcunque posset.

II. An Commentarius vero iste genuinus Theophylacti nostri sit fœtus, neque Sifanus, neque quisquam alius, quem viderim, in dubium hactenus revocavit. Omnes scilicet indubiam illius, unde exscriptus est, codicis epigraphe, qua Theophylacto ascribitur, fidem præstitere. Attamen mihi, ut primum oculos in ipsum conjeci, dubium hac de re aliquod subortum est, quod a Theophylacti genio ejusque commentandi ratione paulo longius abesse videretur. Cum enim in aliis, quos edidit, Commentariis, nempe *in Evangelia*, et *in Epistolas divi Pauli*, magistrum suum Chrysostomum compendio colligat, et si quid ex aliis decerpat Patribus, id, eorum suppressis nominibus, brevi oratione subnectat; auctor hujus Commentarii ita plerumque prolixus est, ut Chrysostomum ipsum, moralibus illius subductis parænesibus, superet, tametsi in epigraphe *brevitas* et *contextio* ipsius jactetur (a): ac præterea ad marginem, plurium Patrum scriptorumve nomina, ut in eo Commentariorum genere, qui *Catenæ* vulgo appellantur, fieri solet, ascribat. Quamvis tamen ista mihi aliquem injicerent scrupulum, tamen a communi opinione minime abducebant, quod probe nossem, auctores non semper eodem scribendi genere uti, etiam in rebus non dissimilibus; et majorem vel minorem prolixitatem in majorem vel minorem materiæ, quæ parata sit, copiam refundi posse: nomina vero Patrum, cum fere solum in margine appareant, ab alio fortasse adjungi potuisse, eaque non satis esse, ut *Catena* potius dicatur quam *Commentarius*; præsertim cum verba Patrum ita invicem connexa sint, ut continentem expositionem conficiant: solum idcirco ex his inferri posse Theophylacti lucubrationi aliqua ab aliis addita esse. Id vero non mirum in hujus rationis opere, quod, cum totum ferme ex alienis dictis contextum sit, eruditus quisque arbitrari poterat, ea sibi omnia adjungere licere, quæ ex usu esse putaret. His ipse mihi obortum scrupulum,

(a) Nempe in ea habetur, κατὰ συντομίαν συλλεγεῖσαι (supplendum, ut puto. ἐξηγήσεις) quod Sifanus vertit, *concise ac breviter collectæ*.

sin omnino sustuli, saltem utcunque sopivi. Quid eum excitaverit denuo, ex mox dicendis perspicuum fiet.

SECTIO II.

De Commentario in Acta apostolorum recens eruto ex bibliotheca Vaticana.

IV. Præcedentis Commentarii impressio ad umbilicum ferme pervenerat, cum Roma allata sunt tria folia alterius Commentarii in eadem apostolorum Acta, qui in codice bibliothecæ Vaticanæ Theophylactum præfert auctorem. Facta collatione deprehendimus, Romanum a Sifaniano cum in aliis, tum præsertim brevitate discrepare. Hoc vero nedum priorem dubitationem circa genuinum illius Commentarii auctorem denuo excitavit, sed etiam animum eo inclinavit, ut crederem, hunc potius recens detectum, quam illum Theophylacto auctori ascribendum esse : præsertim quod brevior multo sit, adeoque ad Theophylacteam commentandi rationem propius accedere videatur. Nonnulla alia subinde Roma accepta folia non solum hanc mihi suspicionem firmarunt, sed etiam editionis hujus curatoribus consilium injecerunt, hunc quoque Commentarium in lucem emittendi ; ut quem æqualis, unius nempe codicis, auctoritas velut Theophylacti fœtum commendaret, is etiam æquali publicæ lucis honore frueretur. Consilio huic, quanquam ipse auctor esse noluerim, repugnandum tamen mihi esse non censui, quippe qui perspectum haberem, eruditos homines nedum certa, sed et dubia opera eodem volumine edere consuevisse. Hæc quidem opera ad calcem voluminis plerumque rejiciuntur : at quod hoc istum locum teneret, in causa fuit jam absoluta Commentarii præcedentis impressio. Censuerunt enim editores, Commentarios, qui circa eamdem versarentur materiem, eodemque ferme dubio laborarent, loco sejungendos non esse. Hinc, cæteris interim prætermissis, quæ præ manibus habebam, hujus Latine vertendi laborem aggressus sum. Quod dum exsequor, et Commentarium ipsum propius attentiusque perspicio, in prioribus quidem sex capitibus et septimi dimidia ferme parte perpauca esse deprehendo, quæ in Commentario Sifaniano non inessent, ac ferme solum in eo discrepare, quod ille multo prolixior sit, seu multo plura contineat. Insuper fere omnia quæ utrique communia sunt, adeo cum verbis Chrysostomi congruere, ut definiri vix aut omnino non queat, utrum quæ Vaticanus Commentarius in prædictis capitibus habet, ex Sifaniano, vel simili aliquo exemplari, an immediate ex ipso Chrysostomo desumpta fuerint. Illud certum videtur, ea in parte adeo purum putum exhiberi Chrysostomum, ut hic illi titulus merito aptari posset : *Scholia in Acta apostolorum ex Chrysostomo*. Alia perpauca, quæ ei insunt ex alio penu deprompta, Commentario jam confecto superaddi aliena manu potuere.

V. Sed illud hoc loco animadvertendum est, quod, cum Chrysostomus in qualibet ex his homiliis propositum Lucæ textum bis percurrat ; seu post primam, eamque brevem verborum explanationem, aliam æque brevem et quandoque breviorem, his aut similibus verbis præmissis, subnectat : Ἀλλ' ἄνωθεν τὰ εἰρημένα, *sed superius dicta repetamus*· auctor istius, quisquis demum ille fuerit, Commentarii modo ex prima, modo ex altera Explanatione verba depromit ; et quidem plerumque ut in textu Chrysostomi jacent : solum mutatis, additis, vel demptis, majoris claritatis vel brevitatis gratia, quibusdam quandoque verbis, ut qui non tam de verbis, quam de sensu Chrysostomi laboraret. Qua tamen in re, si, quod mihi videor comperisse, candide fateri liceat, non semper satis feliciter suo ille defunctus est munere : interdum enim aut supprimit verba, quæ perficiendo sensui necessaria erant : aut superflua, quæ sensum interturbent potius quam clariorem reddant, adjungit ; vel in scholiorum delectu præterit meliora. Quam ob rem Commentarius iste Theophylacto, viro doctrina et judicii maturitate præstanti, abjudicandus videri jure posset, nisi hæc omnia in subsequentium librariorum oscitantiam, vel imperitiam, ac sæpius temeritatem refundere præstaret. Illud mihi exploratum, exemplar, quod Latine vertendum accepi, mendis aliisque defectibus esse respersum : cujus rei culpa non ei qui ipsum exaravit, qui satis diligentiæ præ se fert, sed Vaticano codici tribuenda videtur. Quidquid vero hac de re sit, eo certe major mihi in Latina concinnanda versione impendendus fuit labor, quo frequentius necesse habui cum Chrysostomi fonte illud conferre ;

ut et ejus menda corrigerem, et, ubi deesset aliquid, supplerem. In iis vero, quæ ex alio fonte hausta sunt, cum Sifaniano Commentario, et apographo Florentino, de quo inferius, eumdem in finem contuli : plura enim singulis hisce commentariis communia sunt, adeo ut alius ex alio emendari quandoque possit, atque suppleri. Quantum hujusmodi collationibus Commentarii, quo de loquor, textum ego perfecerim, compertum, exploratumque lector habebit, si advertat, verba a me ex dictis fontibus addita hisce signis [ ] inclusa esse. Ad marginem vero lateralem ascriptas reperiet variantes lectiones, non tamen omnes ; cum superfluum et inutile visum mihi fuerit, quoties manifestum aliquod mendum expungendum fuit, toties nota aliqua marginali Lectorem monere, ut alias fecit Sifanus : ob quam rem tamen eum reprehendendum non puto, cum non ad diligentiam vel peritiam suam ostentandam, sed ad omnem infidelitatis amovendam suspicionem id egisse facile credam.

VI. Hunc conferendi laborem, exemplaris emendandi suppendive causa, non solum in prioribus, ut jam innui, capitibus, sed in qualibet ipsius parte subivi. Chrysostomus tamen non ita frequenter adire opus mihi fuit, cum a medio circiter septimo capite a Chrysostomo magis discedere, et Commentario in Acta apostolorum sub nomine OEcumenii jam dudum vulgato ad amussim fere convenire deprehenderim. Eo tamen multo est brevior, quia plures longioresque in illo contentas expositiones, quæ fortasse mera additamenta sunt, prætermittit. Sed me fortasse hic quisquam interpellabit rogans : Tunc igitur *ΘEcumenii* Commentarium in Theophylacti editione nobis exhibes? Minime vero. Sed Commentarium Theophylacto ereptum, Vaticano codice sententiam pro illo ferente, eidem Theophylacto restituo; quod in alio ejusdem commentario contigit (*a*). Neque quisquam hic mihi ducentorum circiter annorum possessionem pro OEcumenio obtrudat. Nam promptum est regerere, eam quidem ad lites de prædiorum possessione, non vero de auctorum germanitate dirimendas valere. Si enim legitimus alicujus operis auctor vetusti codicis auctoritate delegatur, illi profecto restituendum quod proprium ipsius esse cognoscitur, nulla habita ratione temporis vel possessionis; præsertim si hæc sine justo, ut dici solet, titulo acquisita sit, ut in præsentia arbitror contigisse. Nam Donatus Veronensis, qui Commentarium illum OEcumenio inscriptum, Græce tantum, vulgavit omnium primus, nullum, cur ei tribuendus sit, fundamentum aut titulum affert; Hentenius vero, qui eumdem Latine in lucem emisit, in OEcumenii favorem solam affert styli similitudinem cum alio Commentario quem OEcumenii esse jure dubitari non potest. Sed hoc argumentum, cum plerumque imbecillum, tum in hoc operum genere nullius plane roboris est : hæc enim, cum alienis plerumque contexta sint verbis, unum eumdemque stylum continenter præ se ferre non possunt. Et sane in hoc Commentario pleraque ex Chrysostomo, illius quoque verbis plerumque retentis, mutuata sunt; alia ex aliis Patribus . quod quidem constat ex eo quod plura in Græcorum *Catenis*, ut aiunt, eisdem verbis expressa legantur. Ubinam ergo OEcumenii stylus? Cum hic non de auctore, sed de collectore agatur ad alia, si quæ sint, argumenta confugere oportet. At nulla suppetunt pro OEcumenio Donatus quidem Veronensis supra laudatus in Græca ad lectorem Epistola editioni suæ præfixa *multa* in id *argumenta*, πολλὰ τεκμήρια in promptu se habere affirmat : *quæ tamen* subdit, *non affero, ne in specie Epistolæ, plus quam deceret, prolixus essem*, ἵνα μὴ ἐν σχήματι Ἐπιστολῆς πέραν τοῦ δέοντος μακρολογήσω. At ego quidem lubenter illius prolixitatem epistolæ tulissem, ut hujusmodi argumenta, seu conjecturas in aperto poneret : quin et simplici ejus testimonio fidem non detrectarem, nisi Vaticani codicis auctoritas ab ejus me sententia avocaret. Quanquam, ne quid dissimulem, diminutum nonnihil sit Vaticani codicis hac de re testimonium. Non enim simpliciter hoc opus, ut fert consuetudo, inscribitur : Θεοφυλάκτου Ἑρμηνεία, *Theophylacti Commentarius*, vel *Interpretatio;* sed : Ἑρμηνεία ἀπὸ τῆς φωνῆς Θεοφυλάκτου, κ. τ. λ., *Commentarius* vel *Interpretatio ex voce Theophylacti*, etc. At quid ex hujusmodi inscriptionis diversitate colligi queat, haud intelligo, nisi, vel hunc Commen-

(*a*) Commentarius Theophylacti in Epistolas Pauli primo editus est a Porsena sub nomine *Athanasii*.

tarium ex ore ipsius Theophylacti, dum Acta apostolorum populo suo explanaret, a tachygrapho aliquo exceptum esse; vel ex alio fusiore ejusdem Commentario depromptum. Sed neutrum ex his contigisse, quanquam alterutrum ad eum Theophylacto adjudicandum sufficeret, argumento est similis inscriptio præfixa Procemio Commentarii ejusdem in quatuor Evangelia, quod exstat in bibliotheca Cæsareo-Vindobonensi codice 271, quæ hoc modo se habet : Ἑρμηνεία τῶν τεσσάρων Εὐαγγελιῶν ἀπὸ φωνῆς Θεοφυλάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας, *Interpretatio quatuor Evangeliorum ex voce Theophylacti archiepiscopi Bulgariæ :* et tamen quod ibidem sequitur *Proœmium in quatuor Evangelia* est illud idem quod codices ii præferunt, qui consueta prænotantur epigraphe, nimirum : Θεοφυλάκτου Ἑρμηνεία εἰς τέσσαρα Εὐαγγέλια, *Theophylacti Interpretatio in quatuor Evangelia;* quamvis ipse Commentarius in citato codice, nescio qua de causa, non exstet : est quippe Proœmium ab ipsius Commentarii corpore avulsum. Fortasse iis, qui ita inscripserè, φωνὴ, *vox*, perinde est ac *Expositio ;* quo etiam in sensu γλῶσσα, *lingua* interdum usurpatur. Hæc aliquanto fusius persecutus sum, non ut hunc Commentarium certo vindicem Theophylacto, quod nec fieri posse cognosco, cum alius codex æque, sin magis, vetustus alium diversumque Commentarium in eadem apostolorum Acta Theophylacto diserte tribuat, is nempe, qui a Sifano est editus; sed ut eorum sententiam minime improbandam ostenderem, qui eum in tertio hujus editionis volumine locum habere voluerunt, tametsi maxima ex parte jampridem sub Œcumenii nomine prodiisset. Sed et eo magis mihi hæc disserenda putavi, quod Œcumenio etiam Commentarius insequens eripiatur. Quo jure paulo post demonstrabo, ubi primum absolvero ea quæ de hocce Commentario mihi adhuc dicenda supersunt.

VII. Ubi Commentarium hunc cum Œcumeniano, ita eum appello, qui ejus nomine inscriptus prodiit, modo supra dicto congruere animadverti, quoties meum exemplar mendosum aut mutilum esse, quod frequenter contigit, suspicabar, ipsum adii, ut detectis medicinam vulneribus reperirem; quod plerumque feliciter succedebat: siquidem ille ex nitidiore magisque integro codice desumptus esse videtur. Interdum tamen textus uterque corruptus mihi visus est, quod neuter congruum sensum mihi funderet. Tum vero vel ad Sifanianum Commentarium, vel ad apographum Florentinum, vel ad præcipuum omnium fontem Chrysostomum, et quandoque ad omnes illos confugiebam. Nonnulla hujus rei exempla in inferiore margine paginarum adnotata lector observare poterit. Cum vero recte se habebat sensus, etsi viderem Chrysostomum, aut aliquem ex memoratis Commentariis vel verbis, vel ordine discrepare, nihil in exemplari meo immutandum censui : non enim alios quoscunque Commentarios, quantumvis interdum vel copia, vel concinnitate præferendos, sed hunc duntaxat Vaticanum edere mihi constitutum erat : quamobrem de illo tantummodo corrigendo et a librariorum injuriis vindicando mihi laborandum existimavi. Hinc etiam ita illum excudendum curavi, ut quo propius fieri posset, Vaticanum ipsum codicem repræsentaret. Quam ob causam, cum in Vaticano codice sacræ Scripturæ textus in varias, quæ a Græcis in sacra liturgia, Paschali tempore, perleguntur, lectiones dispertitus primo exhibeatur, et quo quæque die ab eisdem recitanda sit, adnotetur ; ac præterea integer Actuum apostolorum liber non in octo supra viginti, ut apud nos Græcosque communiter, sed in quadraginta capita dividatur; hoc totum ipse retinendum putavi. Attamen ut studiosorum commodo et utilitati consulerem, cum ad lateralem marginem, tum in fronte paginarum eorumdem capitum numerum juxta nobis Græcisque consuetam partitionem adjunxi. Quia vero prædictæ lectiones non sese sine medio excipiunt, sed modo plura, modo pauciora, quæ in sacra liturgia perlegi nequaquam solent, interjecta identidem sunt, ideo qui Vaticanum codicem exaravit, ad earumdem initium terminumque indicandum, in margine, vel etiam intra paginæ corpus apposuit has voces : ἀρχὴ, *initium*, τέλος, *finis*. Et quia omnes istæ lectiones, quemadmodum in nostra, ita in Græcorum liturgia incipiunt his verbis : Ἐν ἐκείναις ἡμέραις, *In diebus illis;* sæpe etiam aliqua verba ad clariorem sensus inchoationem adduntur vel repetuntur : hæc quoque librarius e regione ascripsit in margine. Verum cum hæc minus necessaria forent, imo aliquam parere confusionem lectoribus possent, ex alia vero parte non satis accurate adnotata reperissem, satius duxi ea prorsus omittere : præsertim, cum ex ecclesiastico

Græcorum libro, qui *Apostolus* vulgo dicitur, quisque facile rescire possit, quid a Græcis ex Actibus apostolicis perlegi in sacra liturgia soleat, ac quo capite quove capitis versu singulæ illæ lectiones aut incipiant aut desinant. Sed hic antequam ultra progredior, animadvertere præstat pag. 216 mendum irrepsisse in designanda Dominica, ad quam pertinet lectio, quæ ibi sequitur : nam pro *Dominica secunda post Pascha*, legendum est, *Dominica secunda Paschæ* (*a*). Cæterum, posito, ut diximus, Scripturæ textu, sequitur in codice nostro Commentarius, isque vel omnino solus, hoc est, prorsus omissis textus verbis, vel iis tantummodo compellatis, quæ respondentem inchoant versum. Hoc cum incommodum lectori futurum animadverterem, quod hinc Commentarii sensus obscurior interdum redderetur, ego sin semper, frequenter tamen, intacto quidem Græco textu, in versione Latina pauca illa Scripturæ verba addidi, quæ ad faciliorem Commentarii intelligentiam necessaria videbantur. Nonnunquam etiam unam vel alteram particulam, vel voculam, quam textus Græcus non haberet, inserui, quo commodior de una ad alteram commentationis partem transitus fieret. Et hæc quidem de hocce Commentario, meoque in illum labore.

VIII. Perpauca nunc de Vaticano codice, in quo ille continetur, dicenda manent. Codex ille, ut ipse, qui Commentarium descripsit, certiorem me fecit, inter Vaticanos est ordine sexcentesimus quinquagesimus secundus, in folio minore, initialibus litteris optime figuratis et pictis ornatus. Nota temporis, quo scriptus fuit, caret ; sed decimo quarto circiter sæculo exaratus ex characteris ratione conjicitur. Præter alia, continet primo Commentarium, quem edimus, in Acta apostolorum : cui præmittitur Index capitum istius libri, ejusque Argumentum, cujusmodi exstant, ille quidem ante Sifanianum, hoc ante OEcumenianum Commentarium. Exhibet præterea *Peregrinationes Pauli*, prout in Milliana Novi Testamenti editione, et apud OEcumenium habentur ; hoc est paulo aliter ac in Sifani editione leguntur, et a nobis hic post ipsius Sifani Epistolas et hypothesin libri Actuum proferuntur (*b*).

SECTIO III.

De Commentario in Epistolas Catholicas.

IX. Diu multumque ab hujus editionis curatoribus laboratum est, priusquam de hocce Commentario emittendo in lucem decernerent, aut decernere se jure posse arbitrarentur. Polliciti quidem illi erant, sese inter cætera etiam ineditum *Theophylacti* in *Epistolas Catholicas* Commentarium esse daturos : idque jure optimo polliceri poterant, cum jam possiderent Græcum Commentarium ex codice celeberrimæ bibliothecæ Cæsareo-Vindobonensis descriptum, quem Cl. Lambecius in Commentariis ejusdem bibliothecæ ad codicem 220, quemadmodum etiam Nesselius ejusdem abbreviator ita Theophylacto tribuunt, ut nullam de genuino ejus auctore ingerant suspicionem, nullamque cuilibet dubitandi ansam suppeditent. Verum, cum illud apographum Latinitate donandum mihi traditum esset, versione vix inchoata, de ipsius auctore haud exigua mihi est oborta suspicio : tantumque ea progressu versionis excrevit, ut paucis foliis Latine redditis, in eam sententiam devenerim, Commentarium illum vix ac ne vix quidem esse Theophylacto adjudicandum ; adeo ab ejus genio atque a vera consuetaque commentandi ratione mihi visus est abhorrere. Verumtamen ne penitus opinioni huic adhærerem, in causa erat inaudisse me, codicem, ex quo depromptum fuerat apographum, vetustate usuque adeo attritum esse, ac perdifficili etiam charactere exaratum, ut a peritissimo quoque vix legi integre posset. Quamobrem quidquid in eo dissonum minusque consentaneum occurreret, id in amanuensis imperitiam vel infidelitatem refundi posse arbitrabar. Ut hunc mihi scrupulum eximerem, ab iis, quorum intererat, impetravi, ut saltem pauca folia ab aliquo peritissimo viro ex eodem codice denuo exscribenda curarent. Quod pro eximio suo in sacras litteras studio præstare voluit vir clarissimus et linguarum orientalium peritissimus Adamus Franciscus

(*a*) Ea scilicet quæ a nobis *Dominica in Albis* appellatur, Græci eam vocant Κυριακὴν τοῦ Ἀντιπάσχα, *Dominicam Antipaschæ*, seu *Contrapascha* ; quod, ut puto, sancto dici Paschæ e regione, hebdomada Paschali mediante, respondeat.

(*b*) Vide infra num. XLV, ubi de Commentario in Acta apostolorum ex bibliotheca Mediceo-Florentina erato.

de Kollar, laudatæ bibliothecæ custos meritissimus. Idem vero ei describenti, quod mihi interpretanti, incidit dubium. Sed ille, quod mihi summopere cupienti facere non licebat, exsecutioni mandavit. Consuluit scilicet codicem 222, in quo pariter Theophylacti in Epistolas Catholicas Commentarium contineri Lambecius et Nesselius affirmant, ut hac utriusque codicis contentione detegeret, an idem vel diversus in utroque Commentarius esset. Reperit autem non sine admiratione diversum; et præterea talem, qui tanto magis Theophylacti genium, indolem, ordinem, stylum, suo judicio, præ se ferret, quanto alter ab his omnibus videbatur sibi magis alienus. Neque vero hic substitit vir publici boni amantissimus: sed tria posterioris hujus Commentarii folia, quæ speciminis loco essent, exscribendi laborem ultro suscepit; eisdemque foliis cum aliis duobus ex priore Commentario ad editores transmissis, de sua dubitatione certiores eos fecit, operamque suam in rem publicam humanissime obtulit. Illi, re diligenter perpensa, priorem Commentarium ab hac editione rejiciendum esse, confestim decreverunt: præsertim cum interea detectum a me esset, eum nihil aliud esse, quam meram Græcorum quorumdam Patrum in eas Epistolas *Catenam*, plane similem illi quæ exstat Oxonii in bibliotheca Collegii Novi codice 58, ex qua nonnulla selegit et protulit Christianus Wolfius tom. III *Anecdotorum Græcorum* a pag. 92, et tom. IV, a pag. 1. Facta namque collatione, ea omnia in prædicto apographo verbotenus exstare compereram, eo solo discrimine, quod in Oxoniensi codice nomina Patrum, quorum verba referuntur, accurate essent adnotata; in Vindobonensi vero, uno tantum, vel altero excepto, sint penitus prætermissa: quæ res interpretantem me valde torquebat; quia sublatis nominibus illis, neque ullo inter ea quæ dicerentur nexu apparente, non Commentarius aliquis, sed scopæ dissutæ, et arena sine calce, ut dici solet, viderentur. Verum, si ita est, inquies, quomodo cl. Lambecius Commentarium ejusmodi Theophylacto indubitanter ascripsit? Eadem nempe ratione, respondeo, qua et duos in easdem Epistolas Commentarios, tametsi diversos, uni eidemque tribuit auctori. Scilicet eos Commentarios ipse non legit, neque de eorum statuendis auctoribus adlaboravit; sed notis in fronte codicum repertis, fidem sine ullo examine præstitit. Cum igitur illi Commentario manu Tegnagnelii, sui in custodia Cæsareæ bibliothecæ præcessoris, prænotatum legisset: *Commentarius Theophylacti*, ut et ipse cum ea in urbe versarer, vidi, hoc satis esse duxit, ut eum inter Theophylacti Opera percenseret. Et tamen liquido constat, Tegnagnelium non alia ratione, ea sane infirmissima, Commentarium hujusmodi Theophylacto adjudicasse, quam quod eodem in codice certis quibusdam Theophylacti Commentariis esset adjunctus, eademque manu exaratus videretur.

X. Prædicto itaque Commentario a germanis Theophylacti Operibus omnino rejecto, curatores hujus editionis opportunum esse duxerunt, alium, qui, cl. Kollario judice, Theophylacti genium ac stylum præ se fert, in illius locum subrogare; in eumque finem mihi Latine reddendum tradidere. Antequam vero ipse hujusmodi versioni manum admoverem, pauca illa folia, quæ speciminis gratia huc Vindobona transmissa dixi, cum OEcumenii Commentario conferre mihi placuit, præsertim, cum primum perlegens folium, simile quidpiam jam in alio auctore, qui tum in mentem non incidebat, legisse mihi viderer. Collatis itaque iis foliis, comperi alterum Commentarium ita cum altero convenire, ut Vindobonensem et OEcumenianum unum eumdemque esse perspicerem: non quidem, quod plane et undequaque congruerent; sed quia qualiscunque inesset diversitas, ea facile posset in codicum varietatem refundi. Hoc cum rescissent editionis curatores, omnia primo conanda sibi constituerunt, ut germanum aliquem et ab OEcumeniano diversum in Epistolas Catholicas Commentarium detegerent; sin vero id minus ex voto succederet, inquirendum, num satis valida argumenta præsto essent, quibus OEcumenianus ipse Commentarius in hanc editionem æquo jure asciscretur, ac Theophylacti nomine inscriptus ederetur in lucem. Spe prima paulo post dejecti ex inexspectatissima morte Ignatii Inici Caraccioli, pontificii ad Hispaniarum regem legati, cujus ope duntaxat se consequi posse sperabant apographum illius Commentarii Theophylacto inscripti in Epistolas Catholicas, qui in celeberrima Escorialensi bibliotheca asservari dicitur, quique unus supererat consulendus, ad alteram animum operamque suam converterunt: cujus compotes evasisse

sese, jure meritoque arbitrati sunt. Cum enim juxta effatum evangelicum : *In ore duorum, vel trium stet omne verbum*, seu duobus, vel tribus testibus satis veritas quæque firmetur, nos ad ejusmodi Commentarium Theophylacto vindicandum totidem nacti sumus testimonia : primo scilicet laudatum codicem Cæsareo-Vindobonensem Theophylacto Commentarium illum diserte ascribentem : alium præterea codicem ejusdem bibliothecæ signatum n. 223, qui solum quidem continet Commentarios Theophylacto inscriptos in quatuor postremas Epistolas Catholicas; sed cum illi plane consentiant cum Commentariis in easdem Epistolas memorati codicis, quemadmodum ipse cum Viennæ degerem, inita collatione certo deprehendi, illud sane testimonium, etiam pro reliquis Commentariis, nempe *in Jacobum, et Petrum*, Theophylacto adjudicandis inservit; cum par omnino ratio sit omnium et singulorum. Denique huic plane simile est, quod ex codice Vaticano num. 227 depromitur. Nam et iste continet Commentarios in quatuor postremas Catholicas Epistolas, hac præmissa epigraphe : Θεοφυλάκτου ἐξήγησις ἀκριβὴς τῶν Ἐπιστολῶν τοῦ ἠγαπημένου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, Ἰούδα τοῦ ἀποστόλου, καὶ τοῦ θεσπεσίου καὶ οὐρανοφοίτου Παύλου, *Theophylacti Expositio accurata Epistolarum dilecti Joannis theologi, Judæ apostoli, et divini cœlumque petentis Pauli;* sed hæ postremæ eo in codice desunt : at vero priores aliquot lineæ ex singulis illis Commentariis Roma, me petente, transmissæ, satis ostendunt, eos à nostris minime discrepare. Porro tria hæc testimonia (*a*) satis nobis fundamenti præbere existimavimus, quo integer iste in septem Epistolas Catholicas Commentarius cæteris recens detectis Theophylacti operibus adjungi merito posset. Et ego quidem neminem futurum arbitror, libratis præsertim iis quæ superiore numero dicta à me sunt, qui hoc consilium reprehendat ob eam rationem, quod hujusmodi Commentarius jamdudum sub OEcumenii nomine publica luce fruatur, quousque saltem vel unicus codex in medium prôferri possit, qui in fronte hujus Commentarii nomen OEcumenii tanquam auctoris præfixum gerat. Cujusmodi nullum esse, facile quisque sibi persuaserit, cum neque Donatus Veronensis, qui eum primo Græce edidit, neque Hentenius, qui Latine transtulit, neque Parisienses editores, qui Græce Latineque recudendum curarunt, ullum omnino protulerint, aut alicubi exstare indicarint.

XI. Quanquam vero Commentarius codicis Vindobonensis ita cum OEcumeniano conveniat, ut idem quoad substantiam haberi possit ac debeat; quia tamen et brevior est, et in pluribus differt, atque etiam non pauca, quibus caret ille, complectitur, ideo curatores istius editionis non ut exstat in OEcumenii editione, quod multo facilius fieri potuisset, sed omnino ut est in codice Vindobonensi edendum existimarunt : quod iste duntaxat Theophylacti præferat nomen; ac proinde quæ in OEcumeniano redundant, aut discrepant, aliena manu inserta fuisse censeri possint. Quamobrem me Vindobonam per id temporis contendentem rogarunt, ut eumdem Commentarium a perito aliquo amanuensi quam accuratissime exscribi curarem, cum ipse in me tantum laboris suscipere nullatenus possem. Eo itaque appulsus nihil antiquius habui, quam ut negotium istud absolverem. Verum post varios multiplicesque conatus reperire poteram neminem, qui et esset ad id idoneus, et qui æqua pecunia conductus hoc onus in se assumere vellet. Cum vero hac de causa haud parum anxius hærerem, et ferme conciderem animo, dominus de Kollar, quem honoris causa nomino, ad litterariæ reipublicæ, imo, quod et ipse aiebat, Ecclesiæ beneficium, laborem istum, studiis aliis gravissimis, quibus detinebatur, intermissis, subire sponte voluit. Quam ob causam cum cæteri omnes sacrarum litterarum cultores plurimum illi debent, tum vero ipse me illi summe obstrictum profiteor, cum in mei quoque gratiam tam gravem molestiam sibi duxerit perferendam. Venetias igitur cum apographo redux, cum jam tempus instaret illius imprimendi, primo quidem Hentenianam versionem

(*a*) Quartum his simile testimonium me habiturum sperabam ex publica Lugduni Batavorum bibliotheca. Cum enim in ejus Catalogo legissem, in codice 1227, Commentarios, de quibus agimus reperiri; rogavi per litteras cl. Abrahamum Gronovium, ejusdem bibliothecæ custodem meritissimum, ut certiorem facere me vellet, quemnam illiusmodi Commentarij præferrent auctorem. At ille humanissime ac promptissime respondit, equidem in prima illius codicis pagina *jactari* ejusmodi Commentarios; re tamen ipsa in eo codice nequaquam exstare.

in quibus cum OEcumeniano Commentarius iste consentit (consentit autem ut plurimum), mihi retinendam existimabam. Sed facto rei periculo, cum ob frequentem rerum ordinisque varietatem, atque etiam ob ea quæ in alterutro vel prætermissa essent, vel addita, plurimum mihi laboris ac tædii subeundum viderem, ac præterea versio ipsa Henteniana non mihi ubique probaretur, mutato consilio, novam integramque hujus Commentarii versionem adornare constitui, ut saltem esset illa ubique sibi consentiens, ac non pro varietate partium varia et quasi versicolor appareret. Versionem aggressus statim animadverti, mihi cum codice mendoso ac frequenter mutilo luctandum esse : quod tamen novum minime accidit, quippe qui jam scirem, eumdem codicem esse, ex quo Sifanus suum in Acta apostolorum Commentarium deprompsit ; utrumque proinde eisdem subesse defectibus oportere. Illius corruptionem, menda, defectus agnovit, adnotavitque in margine ipse Sifanus. Sed illud mihi præ Sifano commodius, magisque opportunum obtigit, quod Commentarius iste sub alius, nempe OEcumenii, nomine, maxima saltem ex parte editus esset ex codice magis integro et emendato ; ex quo proinde quamplura sarcire et corrigere mihi licuit, ingenti tamen et apprime molesto labore : nam eam ob causam frequentissime ac ferme perpetuo alterum cum altero conferre necesse fuit. Quanquam vero multa in OEcumeniano sint, quæ in Vindobonensi Commentario desiderantur, ego tamen nonnisi ea quæ perficiendo mei apographi sensui visa sunt necessaria, verba plerumque desumpsi ; eaque, ut in Commentario præcedente, signis, queis distinguerentur, inclusi. Correctiones majoris momenti, ac variantes lectiones æque in hoc, atque in illo ad marginem adnotavi. Ubi vero præpositum videris hoc compendium τσ., seu τσως, *fortasse*, scias velim, ea me ex sola conjectura apposuisse. Menda notiora et magis obvia sustuli, nulla addita admonitione. Notas aliquas, de quibus sub finem hujus Præfationis pauca dicam, ad calcem paginarum adjunxi. Codex Cæsareo-Vindobonensis, qui hunc continet Commentarium, chartaceus est in folio minore, et eleganti quidem, sed minutiore charactere exaratus. A Lambecio vetustissimus ac præstantissimus dicitur : sed mihi in eum attente intuenti nec pervetustus, neque adeo præstans esse videtur ob defectus superius indicatos. Et sane, tametsi, nota temporis deficiente, certo definire non liceat qua ætate fuerit exaratus, nihilominus ante sæculum XIV vix crediderim eum fuisse conscriptum. Id tamen satis mihi videtur ad conciliandam testimonio istius codicis auctoritatem in eo quod Theophylactus istiusmodi Commentarii auctor dicatur. Sed jam de ipso Commentario nonnulla addere præstat.

XII. Is, mea quidem sententia, satis præclarus est. Litteralem plerumque sensum optime explicat, et occasione data, si qua occurrit dubitatio, opportune discutit breviterque resolvit. Nonnulla tamen veluti extranea, aut non omnino consona veritati, quæque eruditum commentatorem dedecent, reperiuntur. Sed hæc scioli alicujus adjecta manu fuisse, vix dubito. Commentario sub OEcumenii nomine edito brevior plerumque est, quo ad Theophylacti indolem propius accedit, quippe qui nonnulla prorsus omittit ; alia vero magis contrahit atque restringit. Quam vero ob causam verba sensui necessaria sæpenumero omittantur, ignoro. Illud certum videtur, non primi auctoris, sed cujuspiam librarii culpa id accidisse : quemadmodum longiora quædam ac genio Theophylacti minus consentanea, ab aliquo videntur intrusa. Nomina auctorum, si Chrysostomum et Cyrillum excipias, nulla afferuntur : attamen dictis veterum Patrum plerumque in compendium redactis sin omnia, plurima saltem in eo contexi, argumentum est, quod mihi sæpe eadem prorsus occurrerint, quæ in Catena Vindobonensi, de qua supra, perlegeram ; adeoque ejus ope Commentarii hujus textum emendare nonnunquam potui : quare non omnino inutilis ea Catena nobis fuit. Hic vero, antequam de hoc Commentario præfari desino, animadvertere præstat, primo textum sacræ Scripturæ in hoc codice non semper ita divisum digestumque esse, ut Scripturæ verba immediate excipiat expositio Theophylacti ; sed hæc aliquando præcedit, aliquando simul præcedit subsequiturque. Quamobrem qui cujuspiam textus explanationem exquirit, nedum subsequentia, sed et proxime antecedentia legat, necesse est. Quia vero in apographo meo quandoque reperi expositionem ab ipso textu ita distantem, ut vix dignosci posset quibusnam verbis responderet, ideo ad difficultatem de

medio tollendam alterum ex his præstiti : vel aliqua Scripturæ verba, Græco textu prorsus intacto, in versione iterato posui; vel, si id confusioni tollendæ minus sufficeret, ipsum Scripturæ textum alio transtuli, et Commentarii sedem paulo inverti. Confusam hanc et minus aptam sacri textus collocationem non in hoc solum, sed etiam in aliis aliorum scriptorum, imo et Theophylacti Commentariis identidem animadverti. Quæ præpostera dispositio ex eo orta videtur, quod non suo quæque textui subjecta principio fuerit expositio; sed in margine laterali ab auctoribus vel collectoribus posita interdum e regione, interdum etiam inferius, cujus rei multa supersunt exempla; deinde vero a librariis textui sacro ad libitum vel ex imperitia dissecto supposita fuerit. Certum saltem videtur, eam, quæ in diversis codicibus inest, varietatem, vel in uno eodemque codice confusionem, potuisse ex hoc capite oriri; ut mirari proinde nemo debeat, si aliter hic atque in OEcumeniano Commentario dispositus Scripturæ textus divisusque cernatur : quamvis etiam Hentenius aliquam ibi mutationem invexerit, ut ipsemet, allata mutationis ratione, fatetur. Alterum, de quo Lectorem præmonitum velim, est, in codice Vindobonensi singulis quidem Epistolis uniuscujusque argumentum præmitti; sed Epistolas ipsas et Commentarios illarum non interrupto filo absque versiculorum aut capitum distinctione esse digesta. Hæc addenda censui majoris commodi gratia juxta consuetam Latinorum Græcorumque numerandi rationem. Argumenta vero Epistolarum eodem modo reliqui quo in codice sunt, ne me aliquis arguat infidelitatis, unaque lector agnoscat, quot in capita auctor Commentarii, vel alius quicunque fuerit, Epistolas singulas secari voluerit : nam plura in unaquaque enumerat capita, quam enumerari communiter soleant. Ea capitum enumeratio, quæ in editione OEcumeniana, exhibetur etiam in Commentariis, Insuper ad calcem cujuslibet commentarii notatur numerus versiculorum, quos Epistola in eo exposita commentario complectitur : qui numerus multo major est, præsertim in posterioribus, numero consueto. Menda, quæ in ejusmodi numeros fortasse irrepserunt, corrigere nolui, ratus fieri potuisse, ut auctor, sicuti plura capita, ita et plures enumerarit versiculos, licet rei hujusce causam prorsus ignorem. Sed de hoc opere satis.

SECTIO IV.

De oratione in Adorationem S. crucis.

XIII. Exegeticorum Theophylacti operum in Novi Testamenti Scripturam, quoad mihi constat, numerum claudit Commentarius in Epistolas Catholicas. In sequenti volumine quarto alios ejusdem Commentarios in Vetus Testamentum invenies. In hoc vero varia Theophylacti opuscula subjiciuntur, queis magna ex parte tomus iste conflatur. Primum est *Oratio in adorationem S. crucis;* quæ quidem oratio Græce Latineque edita fuit jam pridem a doctissimo Societatis Jesu theologo Jacobo Gretsero, tomo secundo *De S. cruce*. Nos tamen textum Græcum non ex eodem Gretsero, sed ex codice Cæsareo-Vindobonensi descriptum exhibemus. Sunt ille deprompsit ex codice Bavarico-Monachiensi. Sed quoad colligere licuit ex accurata utriusque textus collatione, deprehendi vel alterum ex altero vel utrumque ex uno eodemque codice fuisse descriptum. Ita enim conveniunt inter sese, ut ne variantes quidem lectiones, si unam, vel alteram excipias, suppeditarit ista collatio. Quodque majus est, lacunulas duas, quarum alteram ex conjectura ipse supplevi, eodem in loco eodemque modo habet uterque. Versionem Latinam, quam Gretserus Græcæ linguæ peritissimus adornavit, subjicio. Panculas in fine orationis notas adjecit ille; ex quibus duas, quæ alicujus momenti visæ sunt, selegimus, suoque in loco collocavimus, nempe pagina 458, Nos unam, vel alteram, cui aliqua codicum varietas ansam præbuit, addidimus. Cæterum egregia est isthæc oratio, et Theophylacto maxime digna, ejusque genium ac stylum, meo quidem judicio, præ se fert: quamobrem nulla esse debet de illius auctore suspicio. Medio Jejuniorum tempore, ut ex ejus titulo constat, habita est, die scilicet aliquo hebdomadæ quartæ Quadragesimæ, quæ a Græcis μεσονήστιμος, *medii jejunii* vocatur, quia nempe ex septem hebdomadis, quas jejunium Quadragesimale apud Græcos complectitur integras, quarta medium sibi vindicat locum. Tota hac hebdomada crux populo adoranda a sacerdote solemniter exhibetur. Quocirca Dominica tertia, qua insequens

inchoatur hebdomada, Κυριακὴ σταυροπροσκυνήσεως, *Dominica adorationis crucis* a Græcis dicitur. Præter hanc Theophylacti homiliam exstant aliæ plures ab antiquioribus Græciæ Patribus habitæ in hac ipsa solemnitate, quas prælaudatus Gretserus accuratissime collegit ediditque in prædicto opere *De cruce*. Ex quibus illud saltem efficitur, Græcam cum Latina Ecclesiam in hoc dogmate de crucis adoratione seu veneratione planissime consentire; et hoc potissimum est, quod exinde petitur, emolumentum.

SECTIO V.

De oratione in Præsentationem B. Mariæ Virginis in templo.

XIV. Orationem hanc Latine reddidit ediditque Franciscus Combefisius ordinis Prædicatorum, quam inseruit *Bibliothecæ* suæ *concionatoriæ* tom. VIII. Cum Græcus ejusdem textus ex codice bibliothecæ Regiæ Parisiensis exscriptus in manus meas incidisset, cum Latina Combefisii versione contuli : quæ licet satis accurata, mihi paulo visa est obscurior; adeoque clariorem aliam ac nitidiorem efficere conatus sum. Quod utrum sim assecutus, illorum judicium esto, qui conferre utramque voluerint. Interim cum cl. *Præviæ Dissertationis* auctor orationem hanc cum nova ipsius versione enuntiaverit prodituram, eam, qualis demum cunque sit, in lucem emitto. Si quis alteram malit, prædictam adeat *Bibliothecam*. Versione hac a me jamdiu absoluta, aliud ejusdem orationis exemplar ex codice 15 Seldeniano celeberrimæ bibliothecæ Bodleianæ descriptum, mihi allatum Oxonio est. Utramque conferens sua in utroque menda detexi, atque alterum alteri pro locorum diversitate præstare. Quamvis vero Oxoniensi Parisiense nonnihil concedere videretur, nihilominus ad Parisiense exemplar hanc editionem exigere malui, tum quod primo illud Latine translatum a Combefisio editum esset, tum quod ex ipso pariter meam ego versionem elicuissem. Verumtamen variantes codicis Barocciani lectiones (quarum aliquæ dicendæ potius sunt correctiones) ad inferiorem marginem diligentissime adnotavi; quæ loco ipsius codicis haberi merito possunt. Quoad ipsam attinet orationem, adeo præstans visa est Combefisio, ut asserere non dubitarit, Theophylactum et in hac oratione *sapientissimum ostendi:* nec immerito quidem, cum multiplex eloquentiæ, eruditionis et vividioris ingenii in ea lumen effulgeat. Severiores tamen critici fortasse non probabunt in eo, quod Mariæ Virginis deductionem in templum, aliaque his affinia minutim adeo describat, ac si suismet oculis lustrasset omnia. Sed facile scriptori Græco danda venia est, utpote qui, traditionem suis in regionibus jam receptam secutus, ea sibi omnia nedum referenda, sed etiam oratorio stylo exornanda putavit. Illud certe in Theophylacto suscipiendum, quod cum probe cognosceret, quid potissimum adversaretur suæmet narrationi (estque illud idem, quod aliquos recentium criticorum in contrariam sententiam impulit), strenue allaboravit in eo de medio tollendo, reique universæ concilianda probabilitate : ne de moralibus documentis, quæ exinde sapienter elicit, verba faciam.

SECTIO VI.

De martyrio quindecim martyrum Tiberiopoli, imperante Juliano Apostata.

XV. Hæc Theophylacti *Oratio* (sic enim ipse lucubrationem istam appellat) non modo typis exsusa hucusque nunquam fuit, sed ita etiam fugit eruditorum notitiam, ut ex omnibus iis qui vel data opera de Theophylacto ejusque operibus scripsere, hujus mentionem fecerit ommino nullus. Ea Oxonii in celeberrima bibliotheca Bodleiana inter mss. Baroccianos latebat in codice qui varia alia auctorum opuscula complectitur. Neque vero illius forte notitia ad nos pervenisset unquam, nisi vehemens desiderium hujus editionis curatorum nihil omnino prætermittendi quod Theophylactum haberet auctorem, nobis stimulos addidisset, ut inter alios etiam *Catalogum librorum mss. Angliæ et Hiberniæ*, Oxonii editum an. 1697 in hunc finem evolveremus. In hoc itaque incumbentes incidimus pag. 28, tom. I, num. 197, in hujusmodi titulum: *Martyrium XV martyrum sub Juliano imperatore, auctore Theophylacto.* Hac de re certior factus hujus editionis fautor summus (de quo nonnulla habes in Prævia Dissertat., num. 104) pro eximio suo in sacras litteras

studio, nihil cunctandum est ratus, quin per Venetum ablegatum ad regem Angliæ illud exscribendum curaret. Transmissum Oxonio apographum mihi traditum est Latine vertendum; quod quidem pluribus de causis gratum fuit: quia scilicet et præstantissimo senatori rem gratam me esse facturum intelligerem; et benemeritis editionis hujus curatoribus officium hoc exhiberem; ac denique qualemcumque laborem operamque meam studiosis sacrarum litterarum accommodarem. Ut vero primum oculos in apographum conjeci, fuit equidem quod majori me afficeret voluptate, nimirum hujus opusculi utilitas atque præstantia; sed fuit etiam, quod mihi plurimum displiceret, nempe summa apographi ac pene incredibilis vitiositas. Sed de hac posteriore alias; nunc de priore. Orationis hujus præstantiam utilitatemque nemo, ut arbitror, inficiabitur, qui perspectum exploratumque habeat illius argumentum et rem in ipso contentam. Nempe continet historiam satis ignotam martyrii quindecim martyrum, qui sub Juliano imperatore apostata Tiberiopoli sanguinem fuderunt pro Christo: tum illorum corporum translationem jussu Michaelis, primi Bulgarorum regis Christiani, peractam; deinde varia ac prorsus insignia cum ante, tum post translationem illam a Deo patrata eorumdem martyrum intercessione, miracula. Huic vero narrationi præmittuntur aliqua de Christianæ fidei triumpho sub Constantino M. et filiis illius tribus: sed multo plura narrantur de iis quæ Juliano Apostata imperante perpessi sunt Christi fideles. Quæ quidem omnia ex historiæ ecclesiasticæ penu deprompta haud inconcinne, cujusdam procœmii loco, hic exhibentur, et quemadmodum ipse loquitur Theophylactus, ut hæc *Oratio caput haberet, et esset membris omnibus perfecta.* Præterea texitur longa narratio de Cinamonis cujusdam Adrianopolitani a Bulgaris in captivitatem abducti invicta in fide constantia; deque Enrabota, Bulgarici regis fratre, opera ejusdem Cinamonis ad fidem converso, obitoque pro eadem fide martyrio. In hac igitur oratione continentur pauca quidem, sed plurimi facienda ecclesiasticæ historiæ monumenta, ad quam maxime pertinet, acta SS. martyrum, aliaque cum iis connexa, posterorum memoriæ commendare. Quid vero, si profanæ etiam historiæ quidpiam illa afferat emolumenti? Atqui nonnulla reperies in ea de Bulgariæ regibus, quæ alibi frustra perquiras. Alia vero, queis confirmari emendarive possunt (ut ex subjectis notis constabit) quæ ab aliis dicta fuere: proinde jure ac merito dictum a principio sit, hujusmodi opusculum satis utile ac præstans esse, dignumque ut tandem aliquando emittatur in lucem.

XVI. Verumenimvero haud mediocriter illius decresceret pretium, si vel de genuino ejusdem auctore, vel de historiæ quam continet veritate jure ambigi posset. At neutrum, ut mihi quidem videtur, in dubium quis revocaverit. Non primum; quia codex, quem supra laudavimus, Theophylacto, Bulgariæ archiepiscopo, diserte illud ascribit: neque hæc epigraphe aliis codicibus redarguitur; imo nullus omnino est (quod nobis innotuit) qui eamdem orationem exhibeat. Neque vero quod in unico exstare codice deprehendatur, prudens de illius auctore dubium ingerere cuiquam debet; cum plane constet, plurium auctorum opera uno codice fuisse servata; quin tamen in dubium revocent eruditi an auctoris illius sit quem codex ipse præ se fert. Et ne ab ipsius Theophylacti operibus recedamus, unicum quod sciam, in bibliotheca Bavarico-Monachiensi exstat exemplar *Encomii in Alexium Comnenum* imperatorem: unicumque fortasse in bibliotheca Cæsareo-Vindobonensi (nam quod aliud in Scorialensi Hispaniarum regis bibliotheca servetur exemplar, ut aliqui ferunt, nobis incertum) ejusdem in *Epistolas Catholicas* Commentarii. Ex alia vero parte nihil hoc in sermone legitur, quod auctori Theophylacto non congruat. Quidquid in eo narratur, præcessit sane ætatem ipsius. Stylum pariter a Theophylacti genio nequaquam abludere, nemo, ut arbitror, inficias iverit, qui in legendis auctoris hujus operibus tantisper versatus sit. Duplex enim (quoad comperisse mihi videor) in eo styli genus occurrit: alterum, quo usus est in Scripturarum Commentariis conscribendis; alterum, quo epistolas, et peculiaria quædam opuscula, sive sermones orationesque digessit. In iis prioribus perficiendis pellucido planissimoque usus est stylo; seu quod in eo scribendi genere hunc cæteris anteferendum existimaret; seu quod aliorum, quorum Commentarios in compendium redigeret, ac præsertim Chrysostomi, plerumque verba usurparit. Quocirca ex istiusmodi Commentariis

proprium Theophylacti stylum deprehendi non posse, reor. At in aliis operibus, ubi ex suo veluti penu et sensa et verba depromit, altiori difficiliorique et minus pervio utitur stylo; qui stylus perquam simillimus illi est quo plerique scriptores Græci illius ævi a majorum simplicitate et puritate dicendi recedentes, uti solebant. In his itaque Theophylactus sæpe sæpius metaphoris, allegoriis aliisque vividioribus tropis sive figuris, et prolixiore periodo, ac demum solutiore, seu magis implicata utitur phrasi. Passim etiam interserit Scripturæ verba non ea tantum de causa, ut illius auctoritate sua sensa confirmet; sed etiam ut ea verbis exprimat Scripturarum. Hoc dicendi genere constat præsens oratio: sed quia plerumque versatur in rebus historicis, ideo paulo etiam clarior planiorque videtur esse hic quam alibi. Cæterum nonnullæ dicendi phrases Theophylacto (ut alias observavimus) familiares identidem hic quoque recurrunt. Præter styli rationem nonnullæ etiam Theophylacto favent sententiæ, seu dicta, quæ auctorem in Bulgaria scribentem præseferunt: ut cum quindecim martyres Bulgariæ thaumaturgos appellat ἁγίους τοὺς καθ' ἡμᾶς, *sanctos nostros*, vel *qui apud nos sunt*. Bulgarum quoque, seu Bulgariæ incolam, ni fallor, se esse subindicat, dum singulari quadam incredibilique lætitia ob Bulgarorum ad fidem catholicam conversionem exsultat, eosdemque jam fidelibus aggregatos summis laudibus effert; atque etiam dum peculiares Bulgarorum consuetudines sibi perspectas esse patefacit; ut cum ex. g. refert, Bulgaros facere consuesse tantæ magnitudinis panes, ut eorum quilibet decem saturandis hominibus satis esset. Quanquam enim hæc alii cuique in Bulgaria scribenti non convenire non possint; quia tamen nemo alius istius auctor opusculi effertur, ideo Theophylactum illius esse parentem, haud leviter, meo quidem judicio, confirmant.

XVII. Jam vero si Theophylactus hujus sermonis auctor habeatur, ut habendum esse censeo, prudens sane dubium nemini subesse poterit, quin historica illius narratio cum veritate plane consentiat: neque enim simile vero est, gravem illum eruditumque virum putidam adoptasse fabellam, eamque venditare aliis voluisse. Sed quidquid in hac sua oratione narrat, illud facile poterat vel ex aliquo monumento in Bulgariæ tabulariis exsistente, vel ex certa perennique incolarum traditione perspectum habere. Et sane, tametsi horum martyrum passio multo ante contigerit, hoc est quarto declinante Ecclesiæ sæculo, Juliano Apostata imperante, translatio tamen illorum corporum non adeo remota fuerat a Theophylacti ætate, ut certa ei suppetere monumenta non possent: solum quippe præcessit duobus circiter sæculis (ut ex dicendis infra constabit) illius in Bulgaria episcopatum. Ex quo nemo non videt, quam facile hoc temporis intervallo servari possit, ac soleat rei alicujus, quæ magni momenti sit, recordatio, tametsi nullum visibile monumentum supersit. Quod vero ad prædictos attinet martyres, adhuc Theophylacti tempore stabat (ut ex sermone ipso colligi posse videtur) templum in eorumdem martyrum honorem exstructum; exstabant et arcæ quibus occlusi cineres erant, ac demum marmoreæ tabulæ quæ illorum urnas principio contexerant. Ex his vero, utpote quibus singulorum martyrum nomina inscripta erant, et vitæ genus, et dignitas, et officium, ut Theophylactus ipse testatur, haurire facile potuit, quæ multo ante, nimirum sub Juliano contigerant, eaque memoriæ hominum sempiternæ sermone hoc commendare. Quocirca non video cur huic historiæ (tametsi ab alio quopiam minoris Theophylacto auctoritatis conscripta esset) fides integra habenda non sit; nisi forte videatur obesse altum de re hac cæterorum scriptorum silentium; ac quod neque in Græcorum Menæis, neque in Ruthenorum aut Moschorum Menologiis prædicti martyres commemorentur. Verum quoad primum, quis certo asserere queat, hunc, de quo agimus, duntaxat auctorem consignasse litteris horum XV martyrum cum passionis, tum eorum translationis historiam, cum notum exploratumque sit, permulta veterum scriptorum opera penitus intercidisse? Deinde quot habentur ut certa tum in ecclesiastica, tum etiam in profana historia, quæ unius tantum scriptoris auctoritate ac testimonio nituntur? Præsertim vitæ ac gesta sanctorum aliquando unius etiam anonymi narratione innotescunt. At peculiaris in casu nostro potuit subesse ratio, cur non ab aliis memoriæ proditum sit eorumdem martyrium. Si enim et loci, et temporis, quo id accidit, ratio habeatur, quisque statim intelliget, rem hanc facillime illius ævi scriptores fugere

potuisse. Etenim eo tempore martyrii palmam sunt adepti, quo Julianus Apostata labentem idololatriæ cultum erigere atque in pristinum honorem restituere adnitebatur; adeoque res Christianorum iniquissimo loco erant : et plerique illorum vel miseram in exsilio vitam degebant, vel per solitudines montesque sponte sua errabant. Locus vero ubi martyres occubuere, magis impervius abditusque esse vix poterat, nimirum urbs perexigua, sive oppidulum quoddam in altissimo montis Hæmi cacumine positum : talis enim eo tempore Tiberiopolis erat, ut infra ostendemus. Quid itaque mirum, si intra illius limites diu perstitit præstantissimi hujus triumphi notitia? Quod si res ita se habuit, ne illud quidem mirum videbitur, quod in Græcorum Menæis eorumdem mentio desideretur, atque adeo in Menologiis Ruthenorum atque Moschorum, utpote quæ ex Græcis desumpta translataque sunt. Quod si in his posterioribus quorumdam fiat commemoratio sanctorum, de quibus nulla apud Græcos est mentio, ex iis illi sunt quorum memoria celebratur in universa Ruthenorum Ecclesia, non ex eorum numero, quorum festivitas alicujus loci vel regionis sit propria; cujusmodi videtur esse horum XV martyrum, de quibus in præsentia est sermo. Hujus enim generis sanctorum memoria non in communibus Menæis, sed in peculiaribus loci, ubi cultus eorum viget, tabulis consignata esse solet : qualem memoriam ne hisce quidem martyribus deesse, inferius ostendemus. Verum etsi nulla omnino alibi mentio de eisdem occurreret, nihil inde auctoritatis et pretii huic orationi detractum esset : imo præstantius vel ex hoc ipso judicandum videretur, nobisque impensius gratulandum, quod tandem aliquando prodeat in lucem; et plurium martyrum thaumaturgorumque memoria ab omnimoda oblivione et tenebris vindicetur.

XVIII. Talis ac tanta orationis hujus utilitas atque præstantia levem mihi imo et jucundum interpretandi reddidisset laborem, nisi apographi summa, ut initio dixi, vitiositas haud exiguam, imo valde magnam mihi molestiam creasset. Erat quippe talis ac tanta, ut mendosius quidquam scribi potuisse vix putem. Nam passim et litterarum variatio, et plurium copulatio dictionum, et e contrario unius ejusdemque divisio in eo identidem occurrebat. Præsertim vero in vocalibus peccatum maxime est : nam vocales atque diphthongi, quæ eodem nunc sono pronuntiantur a Græcis, nempe η, ι, υ, αι, οι, ε, αι, ο, ω, indiscriminatim positæ sunt. Ex quo facile colligas, amanuensem, qui codicem unde desumptum apographum est, exaravit (in scriptorem nostri apographi hanc culpam non cadere aliunde scio), ignorasse penitus Græcæ grammaticæ leges; prætereaque non ex ipso exemplari oculis supposito (sic enim litteras, quæ erant transcribendæ, perspiciens rarius aberrasset), sed dictante aliquo, et juxta hodiernum Græcorum morem litteras pronuntiante, sonum auribus perceptum Græcis utcunque litteris consignasse. Ex quo factum est, ut in dictione dissyllaba, vel trissyllaba quatuor vel quinque menda (præsertim si et spirituum et accentuum habeatur ratio) non infrequenter occurrerent. Quantam vero hæc vitia pariant perturbationem, quantamque interpretanti molestiam, cum omnes intelligere possint, tum ii præsertim qui Græci idiomatis non sunt ignari. Prius igitur quam Latinam versionem aggrederer, et menda de medio tollere, et textum suæ veræ lectioni restituere opus fuit. Ratio autem, quam in hoc munere obeundo institui, hæc est : errata quæ certo et absque ulla dubitatione detexi, in ipso textu emendavi, nulla ad marginem adnotatione posita; alioquin totum fere marginem iis oppleri fuisset opus. At ubi incertus eram, an aliqua vox in mendo cubaret; vel etiamsi id certo deprehenderem, nihilominus vocem, quæ substituenda esset, certa aliqua conjectura assequi non poteram; eam cujusmodi in apographo erat, in textu reliqui, vocemque quæ conjectanti mihi legenda videbatur, in inferiori margine apposui, præmisso ϛ. seu τσως, *fortasse;* ut felicioribus aliorum conjecturis locum ansamque præberem. Nonnulla tamen eisdem adjeci, de quorum vera germanaque correctione levissimum vel plane nullum mihi inerat dubium, ut ex iis specimine loco peritus lector colligat ingentia errata quibus ipsum exemplar in qualibet fere parte scatebat. Cum vero adeo indiligenter exscriptus codex ille sit, ut diximus, illud etiam suspicari licet, integras quandoque dictiones præ oscitantia prætermissas fuisse : quæ quidem suspicio interpretanti mihi haud semel oborta est. Loca, ubi apographum nedum mendosum, sed et mutilum visum mihi est, in notis aliqua indicabo; alia per sese lector

fortasse deprehendet. Verum de apographi qualitate jam satis. Nunc de loco ac tempore quo et passi martyres sunt, et eorum translata corpora, adjungere pauca lubet, quæ res in hac oratione narratas aliquo modo illustrabunt confirmabuntque.

XIX. De loco primum et tempore quo SS. martyres pertulere martyrium, vix ulla esse potest difficultas, cum utrumque satis diserte exprimat auctor inquiens, Tiberiopolim locum, tempus vero illud fuisse quo impius Julianus summam imperii tenebat. Neque solum urbis, in qua passi sunt, nomen patefacit; sed situm etiam designat inquiens, eam *positam esse ad septentrionalem plagam Thessalonices*, κατ' ἀρχὰς τῆς χώρας Ἰλλυρίδος, *in principio Illyrici*. In orationis epigraphe adjungitur, vocari eam Bulgarice *Strumitzam* : sed hæc postrema verba ab aliquo deinde librario adjecta fuisse, pro certo habeo : tum quod in oratione tota civitas illa perpetuo *Tiberiopolis*, nunquam *Strumitza* nuncupetur; tum quod ea verba alieno sita loco cernantur : neque enim vetusto *Tiberiopolis* nomini, ut congruum erat, adhærescunt; sed post ea verba, *passi sunt*, minus apte translata sunt. Accedit fuisse in codice vitiosam constructionem (quam ego in edito emendavi); cum enim Τιβεριουπόλει in casu esset, ut inquiunt, dativo, sequebatur, interjecta voce μαρτυρησάντων, in genitivo ὑπονομαζομένης Στρουμίτζης. Quisquis tamen ea addiderit verba, eo illum consilio addidisse arbitror, ut Lector in ipso statim exordio *Tiberiopolim*, in qua illi subiere martyrium, a cæteris ejusdem nominis civitatibus distinguendam esse intelligeret. Nam et alia Tiberiopolis fuit in ea Phrygiæ majoris parte, quæ dicitur Pacatiana; alia in insula Cypro, alia denique in Europa ad Pontum Euxinum; si quidem ea quæ nunc *Barna* vel *Varna* vocatur (estque haud ignobilis urbs, utpote archiepiscopali aucta dignitate), fuerit olim, ut multi sentiunt, *Tiberiopolis* appellata. Alii tamen in ea sunt opinione, quod *Varna* idem ac prisca *Dionysiopolis* sit; alii vero *Odyssus*, vel *Odessus*. Ab omnibus his ea fortasse diversa est, solumque ob loci propinquitatem modo pro una, modo pro alia vetustarum urbium sumpta. Certum illud videtur, omnino decipi eos qui Tiberiopolim, nunc Strumitzam (de qua hic loquimur), cum Varna seu Barna confundunt; nam quantum Tiberiopolis Strumitziana (si claritatis gratia ita loqui licet) a Ponto distet Euxino, constat ex dictis. Quis enim, nisi geographiæ prorsus ignarus, dixerit, *Varnam esse ad septentrionalem plagam Thessalonices in principio Illyridis*, quemadmodum Theophylactus asseruit de Tiberiopoli? Ex hac porro descriptione manifestum videtur, hujus Tiberiopolis locum intra limites Macedoniæ fuisse ea in parte quæ proxime spectat Mœsiam superiorem (nunc *Serviam* voeant), quæ Macedoniæ pars aliquandiu paruit Bulgarorum imperio : quippe quod, regnante Crubo, Thessalonicam usque protendebatur, ut Theophylactus in hac ipsa oratione testatur. Situs vero iste Tiberiopoleos optime congruit cum Strumitzæ situ, ut colligitur ex Nicephoro Gregora, qui eam ingressus est, dum Byzantio una cum legatis ad Cralem, seu regem Serviæ illac transiens Scupios proficisceretur. Nonnulla verba, quibus iter illo suum describit, juvat hic in medium proferre; quippe quæ peropportuna videntur confirmandis iis quæ de Tiberiopolis seu Strumitzæ situ exiguitateque supra diximus. *Posteram* (inquit ille *Histor. Byzant* lib. VIII, cap. 14, num. 6) a transitu *Strymonis* fluvii *diem in itinere totam consumpsimus, et ad oppidulum* (πολίχνιον, *parvulam civitatem*) *devenimus, quod pene supra nubes eminet* (*Strumitza ab incolis vocatur*), *adeo prærupto et excelso monti impositum, ut homines in propugnaculis sedentes e valle suspicientibus avicularum similes viderentur.... Tertio inde die ad oppidulum*, πολίχνιον, *Scopiorum divertimus, ipsos jam Triballorum fines ingressi, ac præterlabentem vidimus Axium fluvium*, etc. Quibus ex verbis perspicuum efficitur: 1. Strumitzam inter fluvios Strymonem et Axium fuisse interjectam, et a priore unius circiter diei itinere dissitam, ab alio vero, ubi Scupios præterlabitur (proinde et ab ipsis Scupiis), trium dierum intervallo distantem. 2. Eam, si ad Thessalonicam referatur, septentrionalem fuisse, cujusmodi et Tiberiopolis erat Theophylacto teste. 3. Civitatem fuisse parvulam, sive etiam oppidulum uni ex præaltis Hæmi montis verticibus insidens; quippe mons iste Macedoniam dividit ab utraque Mœsia (*a*). Hæc omnia per-

(*a*) Cum his omnibus consentit descriptio hujus urbis, quam exhibet Meletius archiepiscopus Athoniensis in sua *Geographia* παλαιᾷ καὶ νέᾳ, *vetere et nova*, quæ edita est hic Venetiis Græce tantum

spicua sunt, nisi mea me fallit opinio. Verum illud obscurius, qua nempe ratione Theophylactus hanc Tiberiopolis urbem, seu Strumitzam, affirmare potuerit esse κατ' ἀρχὰς τῆς χώρας Ἰλλυρίδος, *proxime in principio regionis Illyridis seu Illyrici*, cum ab Illyride proprie sumpta, quam Drinus fluvius a Macedonia disterminat, procul esset quorumdam intervallo dierum : et Illyrici latius accepti medium fere teneret, cujus pars orientalis, seu Illyricum, ut vocabant, Orientale, Macedoniam una cum Daciis ac Mœsiis suo ambitu complectebatur. Verum difficultas evanescit omnis, si ita intelligantur Theophylacti verba, quemadmodum intelligenda esse persuasissimum mihi est, videlicet Ἰλλυρίδος χώρας, *Illyridis* nomine hic significari tractum omnem terrarum, quem Bulgari Illyrica, seu Slavica lingua utentes (ut et modo utuntur) occupabant, atque in suam redegerant potestatem; et quem tum etiam incolebant, cum imperatori Constantinopolitano (ut tempore Theophylacti) parebant. Jam vero Illyridis sic acceptæ prima quæ occurrit civitas ex Græcia, ac potissimum Thessalonica, venientibus hæc est, de qua loquimur, Strumitza; idque constat ex eo, quod et alibi animadvertimus, nimirum Bulgaros usque ad Thessalonicæ fines suum protulisse imperium; atque etiam ex eo quod subindicat Nicephorus Gregoras, sacra paschalia, quibus ille interfuit, Bulgarica seu Slavonica lingua fuisse Strumitzæ celebrata. Ex quo plane consequens est, tum eam habitasse Bulgaros, seu gentem Illyricam. Sed ipsum referre Gregoram præstat, qui satis lepide describit cantum quo Bulgari Strumitziani paschalem solemnitatem celebrabant. *Ibi Pascha* (ait loco supra citato) *moleste et præter veterem nostram consuetudinem, sed tamen celebravimus. Ibi enim omnis doctrina, rhythmi et sacræ hymnodiæ musica pro nugis habentur : quippe oppidani barbara fere lingua utantur, et iis sint moribus qui aratrum et ligonem in primis deceant. Neque enim eum sonum edebant, qui, etsi semibarbarus, tamen modulatus foret, et aliquis ipse quoque esse censeretur, ut semilydius, et si fas dicere, semiphrygius : sed belluinum plane et montanum sonabant : quo ritu nomades ipsi canerent gregibus suis præeuntes ad juga et sylvas vere novo, cum cymbia lacte exundant.* Hæc hyperbolica scribendi ratio Græco homini, principisque civitatis cultui assueto condonari potest. Interim vero ex illa colligi videtur, incolas Strumitzianos neque natione Græcos, neque Græca in sacris lingua usos fuisse; adeoque vel Bulgaros, vel Servios, vel certe aliquem ex Illyrico populum. Neque enim lingua, qua Strumitziani sacra peragebant, alia fuisse videtur præter Schlavonicam (*a*). Quid quod Gregoras ipse præcedenti num. monet, *loci illius* (tum vero adhuc aberat Strumitza fere integrum itineris diem) *incolas plerosque Mysorum* (seu *Mœsorum*) *colonos fuisse.* Persuasum vero habeo, *Mysorum*, seu *Mœsorum* nomine hic Bulgaros significari, vel Servios (uterque est Schlavonicus populus) qui utramque Mœsiam jamdiu incolebant. Ex quibus, ni fallor, satis est exploratum, non immerito Theophylactum asserere potuisse, Strumitzam, seu Tiberiopolim fuisse *proxime in principio regionis Illyricæ.*

XX. Sed alicui fortasse scrupulum ingeret, quod nemo veterum scriptorum memoraverit ullam *Tiberiopolis* urbem eo loci, ubi postmodum Strumitza fuit, exsistentem. Sane Cellarius, antiquæ geographiæ solertissimus investigator, Tiberiopolim ibi nullam agnoscit. Neque etiam in sex *Notitiis* Græcis *Patriarchatuum et sedium episcopalium*, quæ referuntur ad calcem Codini *De officiis* in Corpore historiæ Byzantinæ, ulla fit mentio de episcopatu Tiberiopolitano vel Strumitziano. In Expositione quidem Andronici Palæologi senioris metropolibus annumeratur ipsa etiam *Tiberiopolis* urbs, diciturque ex LXIII facta LXXV. Sed hujusmodi Tiberiopolim urbem haud esse Strumitzam in principio Illy-

an. 1728. Ejus verba sunt : Στρούμιτζα πόλις τῶν Τριβαλλῶν εἰς τὰ πέρατα τῆς Μακεδονίας μεταξὺ τοῦ Στρύμονος καὶ τοῦ Ἀξίου ποταμῶν εὑρισκομένη εἰς χρημνώδες καὶ ἀπότομον ὄρος, ἀπέχον ἀπὸ τοῦ Σκιοῦπι τριῶν ἡμερῶν δρόμον... Αὕτη ἡ Στρούμιτζα ἐκαλεῖτο τὸ πρῶτον Τιβεριούπολις. *Strumitza urbs Triballorum inter fluvios Strymonen et Axium ad fines Macedoniæ reperitur, in præcipiti et abrupto monte : distatque Scupiis trium dierum itinere. Hæc urbs primum vocabatur Tiberiopolis.* Cæterum cum Gregoras, tum Meletius de veteri Strumitza, in qua passi sunt XV martyres, et quæ vere in monte erat, loquuntur. At hodiernam, quæ et *Nova* dici potest, Strumitzam ad pedem ejusdem montis exstare, veterisque tantummodo ruinas superesse, inaudivi a viro locorum illorum perito.

(*a*) Hoc ut meram conjecturam propono. Alias inaudivi, illic nunc sacra celebrari lingua Græca. Fortasse etiam solum Græcæ linguæ corruptionem notare voluit Gregoras, cum ait, illos *barbara fere lingua* usos esse.

rici sitam, sed potius Varnam ad Pontum Euxinum, eo loci diserte affirmatur. Sed hæc, quamvis vera, movere tamen neminem debent. Neque enim omnia omnino loca vel cognita a veteribus geographis sunt, vel memoriæ tradita posterorum ; sed vel aliqua ignorata, vel præ sua exiguitate prætermissa. Scriptores vero reliqui nonnisi opportunitate data, mentionem facere consueverunt civitatum aliorumque locorum. Quamobrem Cellarius, tametsi diligentissimus, locos aliquos prætermisit ; præsertim vero (quod facit in rem nostram) nullam ad Pontum Euxinum Tiberiopolim memorat, quam tamen exstitisse dubitari vix potest. In Græcis quoque Notitiis quæ adhuc supersunt, episcopatus fuere aliquot prætermissi, ut eruditi jampridem adnotavere. Cæterum ex eo etiam oriri potuit silentium episcopatus Tiberiopolitani, quod hæc civitas, quandiu nomen istud retinuit, unum fortasse, vel alterum habuerit episcopum ; cum haud multo post martyrium Theodori, primi ejusdem civitatis episcopi, vastata fuerit primo quidem ab Ombris, deinde a Bulgaris, ut satis indicat vel istius auctor opusculi. Quod vero neque alio subnomine, nimirum *Strumitzæ*, annumerata sedibus episcopalibus inveniatur, illud videtur in causa fuisse quod archiepiscopo αὐτοκεφάλῳ, *sui juris*, seu nullius sub patriarchæ ditione constituto, subesset (nam in prædictis Notitiis solummodo recensentur sedes episcopales quæ quinque suberant patriarchis) : nisi dicere malis, urbem hanc non *Strumitzæ* nomine (quippe quod Bulgaricum est) sed Græco alio vocabulo in eisdem Notitiis designari : aut demum ideo Strumitzam non recenseri, quia sedis episcopalis honorem aut nimis sero sit adepta, aut cito nimis amiserit, aut solum certis temporum intervallis ea dignitate fuerit insignita (quemadmodum et aliis contigit parvulis civitatibus), adeoque tum potuit hac prærogativa carere, cum episcopalium sedium catalogi qui ad nos usque pervenerunt conscriberentur. Cæterum illud saltem videtur in dubium revocari non posse, episcopum fuisse Strumitzæ, dum in vivis ageret Theophylactus : quippe qui epistola 32 juxta Meursii editionem testatur, se *Pelagonio* (seu *Pelagoniæ*) καὶ πρὸς τὸν Στρομβίτζης, *et Strombitzæ, et Malesobæ episcopis scripsisse. Strombitzam* enim idem ac *Strumitzam* esse, ipsa nominis similitudo affinitasque dubitare non sinit : præsertim cum supra demonstraverimus, Strumitzam (de qua hic sermo) parum a Pelagonia distasse ; atque etiam, ut ipse arbitror, a Malesoba : Theophylactus vero ad episcopos illos tres, utpote finitimos, suas misisse epistolas videatur. Neque vero Theophylactus duntaxat ipsum Strumitzæ nomen paululum immutavit ; sed et Cedrenus eam Στρούμπιζαν et Στρούπιτζαν, *Strumpitzan* et *Strupitzan* (nisi in alterutrum locum irrepserit mendum typographicum) vocat. Et quidem eo loci Cedrenum de Strumitza, de qua nos loquimur, sermonem habere, compertum ex eo est quod Basilii imperatoris iter *Serris Scopia* sive *Scupos* describens, eumdem referat Strumpitzæ appropinquasse : quo illum Strumpitzæ situm designat, quem nos Strumitzæ constituimus Nicephori Gregoræ verbis innixi. Alii minore adhuc diversitate eamdem *Strumnitzam* nuncupant, ut Ananias ejusdem episcopus, qui anno 1565 synodo Constantinopoli celebratæ (qua synodo dejectus ob simoniæ crimen e throno patriarchico est Joasaphus illius urbis archiepiscopus) subscripsit his verbis : *Ego humilis episcopus Strumnitzæ Ananias volens meo consilio subscripsi*, ut ecclesiastica seu patriarchica refert historia Emmanuelis Malaxi, Peloponnesii ; quam Martinus Crusius, Academiæ Tubingensis professor, Latine reddidit, ediditque lib. II *Turco-Græciæ*. Ex quo consequitur, Strumitzam nedum sæculo, quo vivebat Thophylactus, undecimo, sed etiam decimo sexto episcopali sede ornatam fuisse. Sedem hanc etiam nunc temporis superesse, imo et metropolitica dignitate fuisse auctam, testatus mihi est Jacobus Nicolai, hieromonachus *Olympiota*, seu ex monasterio montis Olympi, quem paucis ante diebus, quam hæc typis mandarentur, ad hanc urbem appulsum, ut deinde in Transylvaniam pergeret, sacerdotis munere apud suæ gentis homines ibidem functurus, semel et iterum allocutus sum. Hic me in primis certiorem fecit, fere integrum mensem se Strumitzæ moratum esse. Tum mihi de quindecim hisce martyribus sciscitanti respondit, non modo illorum memoriam ea in urbe vigere ; sed etiam a sacerdotibus eo loci celebrantibus commemorationem quotidie fieri : quotannis vero solemnem celebrari eorumdem martyrum festivitatem : quin et peculiare officium et lectiones de ipsorum martyrio haberi : eaque omnia contineri peculiari quodam libello impresso Bo-

scopoli, vel, ut communiter pronuntiant Græci, Voscopoli, in Macedonia, in qua urbe paucis abhinc annis instituta est typographia. Notitia hæc, quam mihi diu multumque inquirenti ex hoc uno sacro monacho haurire licuit, egregie confirmat historiæ, quæ in hac Theophylacti oratione describitur, veritatem : præsertim cum omnia, quæ ipse referrem ex prædicta oratione, ille se legisse affirmarit in memorato libello. Solum hoc non satis memoria ille tenebat, an martyres illi sub Juliano Apostata martyrium subiisse eo in libello dicantur. Et hæc de loco, ubi passi sunt martyres, ejusque occasione sint dicta

XXI. Tempus vero quo id contigit definiri facile potest. Nam ex epigraphe ipsaque oratione innotescit, eos imperante Juliano Apostata sanguinem pro Christo fudisse. Cum autem perbrevi tempore moderatus ille imperium sit (nimirum a mense Novembri anni 361 ad diem usque 26 Junii anni 363), perspicuum est, nos in definiendo martyrii tempore vix posse anno integro a vero aberrare. Ex historia siquidem ecclesiastica constat eum aliquanto post initum imperium persecutionem inchoasse contra Christianos ; atque in hoc ipso opusculo legimus, martyres, de quibus hic sermo, post fugam primum quidem ex urbe Nicæa, deinde ex Thessalonica, aliquandiu commoratos esse Tiberiopoli, ejusque cives, et finitimorum locorum incolas qua prædicatione, qua miraculis ad Christi fidem perduxisse : in quo temporis spatium aliquod illudque non adeo exiguum insumptum esse oportet. Hinc vero magna probabilitate deducitur, paucis ante Juliani obitum mensibus, adeoque circa anni 363 initium, aut certe sub finem anni 362, eos martyrium subiisse. Neque hac de re plura : tantummodo animadvertendum martyrii diem in hoc ipso opusculo poni sub die 28 Novembris.

XXII. Diligentius inquirendum videtur tempus et locus quo horum martyrum corpora solemni pompa translata fuere. At nemo tamen hic annum hujus translationis proprium a nobis postulet designari : id enim fieri nullatenus potest, cum nullibi adnotatus occurrat. Quare tempora proximiora utcunque indicare sufficiet. Id vero pendet a tempore quo Bulgarica gens amplexa est Christi Domini fidem : nam sub primo Bulgarorum rege Christiano translationem illam fuisse peractam, diserte asseritur in hoc sermone. Qua de re nonnulla diximus in Notis, quas in inferiore hujus orationis margine, ac præsertim pag. 501 apposuimus. Neque opus esse arbitror, eam rem fusius hic persequi aut accuratius investigare ; cum scriptores omnes qui hanc historiæ ecclesiasticæ partem attigere, conversionem Bulgarorum nono sæculo accidisse consentiant ; solumque viginti annorum spatio citius alii, alii serius autumant evenisse. Nam scriptores Græci eam fere ad annum octingentesimum quadragesimum sextum revocare videntur. Anastasius vero Bibliothecarius in Vita Nicolai I ea tradit, ex quibus colligere pronum est, nationem Bulgaricam Christianæ religioni nomen non dedisse ante annum ejusdem sæculi sexagesimum sextum. In eo etiam omnes fere consentiunt, quod rex Bulgarorum primus Christianæ religioni addictus ante baptismum Bogoris (Theophylactus in hac oratione *Borisim* scribit, voce paululum immutata), postmodum vero *Michael* fuerit appellatus. Sed rursum ii valde discrepant in assignanda causa, qua inductus ille fuerit ad Christianam fidem amplectendam. Alii enim sororis suæ adhortationibus, quæ dum Constantinopoli moraretur, Christianis erat imbuta mysteriis, permotum fuisse tradunt ; alii bellorum famisque calamitatibus impulsum : alii vivida futurorum cruciatuum imagine, quam hauserat ex insigni pictura, perculsum divinitus infusæ luci oculos aperuisse, narrant. Sed hæc enucleare nostra non interest. Satis mihi est, Bogorim, sive *Borisim* quamcunque demum ob causam, et sive una, sive multiplex fuerit, nonnisi circa dimidium sæculi noni religionis Christianæ mysteriis fuisse initiatum : inde enim compertum efficitur exploratumque SS. martyrum, de quibus nunc sermo est, translationem eodem inclinante jam sæculo contigisse ; adeoque Theophylacti ætatem duobus circiter sæculis præcessisse, ut superius innuimus.

XXIII. Verum quo clarius innotescit tempus saltem proximum istiusmodi translationis, eo nobis obscurior est locus ad quem delata sacra pignora sunt. Auctor quidem orationis hunc sæpenumero vocat Βραγαληνίτζαν, *Bragalinitzan* (vel si β pronuntietur recentium more Græcorum, *Vragalinitzan*) eamque et πόλιν, *urbem*, et ἐπαρχίαν, *provinciam*, seu *me-*

tropolim nuncupat. Sed quænam et quo loco posita sit, vel olim fuerit civitas hæc, nondum mihi inquirenti satis detegere licuit, cum neque in geographicis mappis adnotatam, neque ab alio aliquo auctore memoratam repererim. Cum vero ex indole linguæ Slavonicæ, haud mihi prorsus ignotæ, atque ex similibus quæ passim occurrunt, etiam apud Theophylactum, exemplis compertum haberem, hoc vocabulum Bulgarica, quæ lingua Slavicæ seu Slavonicæ dialectus est, terminatione desinere, illud statim perquirere cœpi, utrum, detracta saltem terminatione *itza*, vel *nitza*, hujus similisve nominis urbs in Bulgaria esset, vel in alia regione, cujus incolæ lingua uterentur Bulgarica, cujusmodi fuit *Bragalinitza*, ut ex ipsa oratione constat. Verum non aliam urbem offendi, quæ aliqua ratione cum illa congruere videretur, quam *Bargala* pertinens ad Macedoniam secundam orientalis Illyrici partem : nam *Bargalæ* nomen, quod dempta terminatione Bulgarica, remanet, cum illa fere consensit; neque a Tiberiopoli multum abesse videtur. Quocirca credibile est, intra Bulgariæ fines imperii eam tum exstitisse, adeoque et Bulgaricæ linguæ in ea usum tunc temporis viguisse.

XXIV. Huc usque scripseram, cum supra laudatus monachus Olympiota certiorem me fecit, exstare etiamnum in secunda Macedonia urbem *Bragalinitzam*, seu, ut ipse efferebat, *Bragarinitzam* ; sed e magna urbe ad pagi conditionem redactam, habitarique a Turcis, paucis immistis Christianis : distare vero a Strumitza quinque circiter horarum itinere : ac in ea non solum de peracta ad ipsam sanctorum martyrum translatione memoriam vigere ; sed etiam se, cum illac transiret, propriis vidisse oculis fundamenta templi quod in eorum honorem olim exstructum dicebatur. Plura de hisce sanctis mihi dicenda non suppetunt. Cæterum clarissimi et de Christiana republica optime meriti Bollandi continuatores suo tempore totam hanc historiam accuratissime, summaque, ut assolent, eruditionis vi discutient, illustrabunt, expedient. Interim haud infima laus hujus editionis erit, ansam præbuisse præclarissimis viris negotium hoc perficiendi : ut reipsa præbitura videtur ; quandoquidem ex illis unus, vir omnigena eruditione clarus, Joannes Stiltingius, quem hac de re per litteras ipse consului, solita humanitate respondit, *se horum martyrum acta non vidisse.*

SECTIO VII.

De Allocutione ad Familiarem circa ea quorum incusantur Latini.

XXV. Allocutio hæc, quam alii *Epistolam ad Nicolaum diaconum et canstrisium* vocant (*a*) tunc etiam celebris erat, cum adhuc in quibusdam insignioribus bibliothecis inedita latitaret. Non modo enim de ea mentionem fecerant ii omnes qui de Theophylacti operibus disseruere ; sed aliqua etiam ejusdem fragmenta tum in *Jure Græco-Romano*, quod Leunclavius vulgavit, inserta, tum in *Græcia Orthodoxa* ab Allatio edita, obvia omnibus perstabant. Hæc vero ita acuerant eruditorum animos, ut summopere exoptarent, ex ipso fonte detegere, quænam auctori satis vetusto, doctissimoque et celebri archiepiscopo mens insedisset quoad ea quæ Græcam a Latina Ecclesiam infando schismate diremptam jam dudum tenent. Primus (quem equidem noverim) qui justissimis his litteratorum hominum votis explendis serio adjecerit animum, fuit editionis hujus fautor amplissimus, de quo jam diximus supra, quique jam ab anno 1753 dedit operam, ut ex codice Cæsareo-Vindobonensi exscriberetur, ut huic tertio volumini Operum Theophylacti, velut non mediocre ipsius ornamentum, insereretur. Insequenti anno eam ipse Latinitate donavi : ex qua cl. præviæ *Dissertationis* auctor particulas aliquas in rem suam excerpsit. Quod ea in hac editione publici juris facienda esset, admoniti sunt eruditi cum in Dissertatione prædicta, tum etiam in *Declaratione* Græco-Latina, quæ simul cum tomo primo emissa in lucem est anno 1754. Sed cum voluminis hujus impressio ob eam, quam memoravimus, causam longius produceretur, vir doctissimus Joannes Aloysius Mingarellius, canonicus regularis S. Augustini congregationis Rhenanæ, fortasse ut aliquanto maturius eruditorum exple-

(*a*) Vide Dissertationem tomo I præfixam, num. LIV.

ret vota, suo *Anecdotorum Fasciculo*, quem edidit an. 1756, inserendam existimavit. Quod quidem tametsi editionis hujus fautoribus paulo injucundius acciderit, eo quod exinde præreptum ei aliquid laudis suspicarentur, mihi tamen percommodum cessit : sic enim collationem, quam cum Bononiensi textu facere meditabar, eo jam edito, multo facilius exsequi potui. Cæterum Mingarellius Græco textui Latinam versionem adjunxit sane accuratam et nitidam : quam propterea, ut in hanc editionem asciscerem, animo diu multumque propendi. Sed tandem nil esse ratus, cur versionem meam eo jure privarem, quod ratione temporis acquisierat, et postquam haud mediocri nisu eluctata ex exemplari esset pluribus de causis perarduo, eam innoxiam tenebris damnarem perpetuis, ipsam hic apponendam censui. Cæterum cum Bononiensis codex codice Cæsareo-Vindobonensi, qui haud ita magnam redolet antiquitatem, mihi aliquando nitidior visus sit, emendatiorque, illius ope nonnulla mei exemplaris corrigere menda (prius quidem sola conjectura plura sustuleram), indeque et versionem meam aliquantulum perficere mihi licuit : ut proinde non omnino suo exciderit voto præstantissimus Mingarellius, qui ea præ cæteris ad evulgandam Allocutionem hanc ratione se inductum fuisse monet, *ut Theophylacti Operum editio magis magisque perfici possit.* At et codicem Bononiensem, tametsi plerumque Vindobonensi nitidiorem, vicissim posse, imo et debere in aliquibus corrigi et ipse codice Vindobonensi, perspiciet facile lector ex variantibus lectionibus, quas ad paginarum calcem adtexui. Et sane lectionem Vindobonensem in quibusdam anteferendam esse Bononiensi, nemo, ut puto, inficiabitur, qui pauculas, quas adjecimus, notas expendere velit. Variantes quoque lectiones, quæ in Chomateni excerptis occurrunt, addidimus, non quidem omnes, sed eas tantum quæ alicujus esse momenti visæ sunt. Sed jam de ipsamet Allocutione nonnulla dicamus.

XXVI. Erunt fortasse qui hanc Theophylacti opellam nonnisi Photii sectatoribus in suo schismate obfirmandis usui esse posse arbitrantes, eam a nobis in publicam efferri lucem, ægre ferant, aut saltem demirentur. Sed nos ab eorum qui ita sentiunt opinione adeo procul absumus, ut non modo nullum in ea edenda periculum subesse suspicemur, sed fructum etiam multiplicem exinde nobis obventurum confidamus : 1 scilicet, ut integerrima in evulgandis Theophylacti Oporibus fides nostra omnibus explorata fiat : deinde ut Latini nominis hostes perspiciant, ita nos æquitati causæ nostræ confidere, ut quæ contra afferuntur argumenta in medium producere non vereamur : denique ut Photiani (ita eos appellare lubet, qui ex Græcis schismati adhærent, ut ab inclyta eorum natione, quam magnopere diligo, et, ut decet, colo, secernam) aliquando discant æquius de Latina Ecclesia sentire, animosque capiant moderatiores. Quod ita quidem eventurum confido, si sedato passionum æstu, ac præjudiciis paulisper sepositis, ad Theophylacti placita (quem alias magni, nec immerito, faciunt) animum mentemque suam exigere velint. Hoc si præstiterint, fatebuntur sane, *neque* (*a*) *multos esse Latinorum errores, neque tales, qui ad discindendas Ecclesias sint idonei, eorumque nullum ad fidei caput pertinere.* Fatebuntur ejusmodi, ut ipsi putant, errores ultra rationem omnem et modum a *fervidioribus* quibusdam (*b*) *orthodoxiæ zelatoribus* amplificari; aliquosque *nullius*, alios vero *mediocris emendationis indigere*, ita ut *non magni intersit Ecclesiæ, si ea perficiatur.* Fatebuntur omnem ferme dissensionis Græcos inter ac Latinos causam revocandam esse ad particulam *Filioque* Symbolo adjectam (*c*), adeoque *nec propter azyma, neque propter jejunia* (*d*), *multo vero minus propter reliqua*, pacem esse cum *Latina* Ecclesia turbandam. Fatebuntur multa, quæ ipsis *errores sunt, meras consuetudines* (*e*) esse, *quasdam quidem ex pietate, alias ex provida dispositione* introductas. Fatebuntur denique, ex solo *charitatis defectu, ambitione* ac *superbia* (*f*), ex *zelo non secundum scientiam, ex cæco sui amore* (*g*) tot congeri

(*a*) Verba Theophylacti Alloc. num. I, pag. 513.
(*b*) Num. II.
(*c*) Ib. et num. III.
(*d*) Num. XV.
(*e*) Ibid.
(*f*) Huc spectant verba quæ habet num. I : *Non enim fraterne suscipimus*, etc.; tum quæ habet num. XVI, ubi graphice describit quorumdam ex suis *popularibus* ὑδερικὸν ὄγκον, *hydropicum tumorem.*
(*g*) Num. XI in fine.

Latinorum errores, eosque tanta acerbitate improperari. Itaque legant et perlegant, accuratiusque perpendant, quæ magnus illorum doctor, nullatenus certe Latinis addictus, contra nimium immodicumque, atque a ratione prorsus alienum Photianorum sui temporis zelum in hac sua *Allocutione* conscripsit; nec velint ipsi limites ab eodem præstitutos adeo enormiter transilire. Cogitent etiam, atque etiam, quid esset ille scripturus, si in hæc incidisset tempora, quibus eorum zelus, seu potius odium in Latinam Ecclesiam ad furorem usque exarsit. Et sane, quo nunc animo esset, aut quid, amabo, conscriberet, si in *Patriarcharum Historia* a Dositheo conscripta, auctaque a Chrysantho, et Bucherestæ in Valachia edita anno præsentis sæculi decimo tertio, ea omnia in Romanam Ecclesiam congesta deprehenderet genera calumniarum, quas vel infensissimi illius hostes commenti usquam fuere? Quid si in Theophylacti manus incideret libellus ante biennium Constantinopoli editus, qui encyclicam Eugenii scholarchæ in *Monte sancto* epistolam continet, in qua præconcepti Latinorum errores quamplurimi, *innumerabilesque* dicuntur, et mirum in modum amplificantur, Ἔτι δὲ περιέχει τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, ἐπιτηδείως ὅλον ἁρμοσθὲν ὑπὸ σοφοῦ τινος ἱερέως εἰς τὸν πάπαν ὡς Λατίνων ὄντα Θεόν, *atque etiam Orationem Dominicam exhibet totam a docto quodam sacerdote concinne in papam, tanquam Latinorum Deum, aptatam.* O præclarum sane doctissimi sacerdotis inventum (*a*)! Quid si Theophylactus vel obiter percurreret *Pseudoevangelicam* illam Macarii cujusdam *Tubam*, anno 1754 furtivis in hac urbe typis impressam (cujus proinde exemplaria auctoritate publica flammis addicta fuere), eo præsertim fine conflatam et inflatam, ut loco Christianæ dilectionis, majorem in modum populi odium incenderet inflammaretque: cuique præmissa præfatio est a Græco homine Ephraimo ipsimet operi apprime respondens, ubi summa incredibilique impudentia scribit, Latinos ἀληθῶς πνευματομάχους εἶναι, ἀντιχρίστους καὶ ἀντιθέους, ὡς λατρεύοντας τῇ κτίσει ἡγοῦν τῷ ἰδίῳ πάπᾳ, παρὰ τὸν Κτίσαντα, esse *revera pneumatomachos, antichristos et antitheos*, seu *Dei adversarios; quippe qui adorant creaturam, nempe suum papam, loco Creatoris;* ac Romanum ipsum pontificem non modo ait, ἀναιρεῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ Κυρίου ἐπὶ τῆς γῆς, *destruere potestatem Domini super terram*, καὶ περικλεῖν τὸν Χριστὸν εἰς οὐρανὸν μόνον, διὰ νὰ φαίνεται ἐπίγειος Θεός, et *concludere Christum solo cœlo, ut ipse terrenus Deus appareat;* sed et eum non amplius χειροτονεῖσθαι προσευχῇ καὶ ἐπικλήσει Πνεύματος, *ordinari oratione et invocatione Spiritus sancti;* verum τῇ τῶν μορίων θεωρίᾳ καὶ ψηλαφήσει, quæ verba naturalis pudor vetat interpretari. Quid demum, si dictum illud *satanicum* (utor Theophylacteo verbo, neque enim hic aptius ullum occurrit), si illud, inquam, inaudiret, quod terere dicitur Photianorum vulgus, simplicique plebeculæ altius inculcari, videlicet, Κρεῖττον Μουαμεδισμὸς ἢ Λατινισμός, *Muhamedismus melior Latinismo est?* Nonne hæc inaudiens summo animi dolore atque indignatione correptus exclamaret:

Quis furor, o cives, quæ tanta licentia linguæ (*b*)!

Verumenimvero illud vereor, ne nunc temporis Theophylacto accidat, quod suamet ætate

(*a*) Titulus istius libelli ita se habet: Βιβλιάριον κατὰ Λατίνων, ἔχον ὄνομα, Ἐγκύκλιος Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυρίου Εὐγενίου διδασκάλου τῆς ἤδη συγκροτηθείσης ἐν τῷ ἁγιωνύμῳ Ὄρει σχολῆς, συντόμως ἀπαριθμοῦσα τὰς τῶν Λατίνων μίαν πρὸς μίαν καινοτομίας ἐκπομπεύει. Hoc est: *Libellus contra Latinos, cui nomen est: Epistola Encyclica, conscripta a sapientissimo domino Eugenio magistro scholæ jam institutæ in Monte, qui Sanctus cognominatur, quæ breviter pandit omnes Latinorum innovationes, eas singillatim enumerans.* Editor hujus libelli est Christophorus ieromonachus, qui eum patriarchæ Cyrillo dedicavit, ac prolixum proœmium adjecit. In eo auctor triginta Latinorum καινοτομίας, *innovationes*, velut in aliarum *innumerabilium* specimen nominatim recenset; nempe quidquid a receptis inter Græcos sententiis vel ab eorum moribus abhorret. In his magnam illam καινοτομίαν, *innovationem*, de barbæ clericorum tonsione non præterit; sed his verbis proponit. Δι' εὐταξίαν καὶ σεμνοπρέπειαν ἐπεκράτησεν ἔθος ἐπαινετὸν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ νὰ τρέφωσι καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην, καὶ τοῦ προσώπου τὸν πώγωνα· ὅθεν ὁ θεῖος Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἱερὸν κόσμον τοῦτον ὠνόμασε· καὶ αὐτοὶ οἱ Λατῖνοι, καὶ ἱερεῖς, καὶ ἀρχιερεῖς ξυρίζουσιν ὁμοῦ μὲ αὐτὰ καὶ τὸν μύσταχα, καὶ παραστήκουσιν εἰς ἡμᾶς τὴν κεφαλὴν τῆς Λατινικῆς Ἐκκλησίας ἐξυρημένην. *Decoris et gravitatis gratia invaluit laudabilis consuetudo, ut ecclesiastici et capitis cæsariem et faciei barbam nutriant; quocirca sacrum ornatum rem hanc appellat Clemens Alexandrinus. At ipsi* (Latini) *sive presbyteri sint, sive episcopi radunt cum ipsis etiam pilos labii superioris* (vulgo la *busetta*, vel propius ad Græcam vocem μύσταχα, *mystaca*, *i mostacchi*), *et nobis opponunt caput Ecclesiæ Latinæ rasum.* Hem! Siccine amittitur ecclesiasticus decor et gravitas si abjiciatur, quod brutis etiam quibusdam convenit?

(*b*) Ex Lucano lib. I, v. 8, mutata voce *ferri* in *linguæ*.

verebatur ille eventurum sibi, nempe quod nonnulli ex *fervidioribus Photianis*, legentes quam acriter in sua hac opella perstringat eorumdem *immoderantiam zeli, charitatis defectum, ambitionem atque hydropicum tumorem*, æstimatione in contemptum versa, eum condemnent *inscitiæ crassioriaque in rebus sacris judicii, vel incuriæ, imo et orientalium dogmatum proditionis*. Alii tamen, sperare juvat, gravissimi hujus viri auctoritate permoti sibi facile persuadebunt, *nec multos esse Latinorum errores, neque tales qui ad discindendas Ecclesias sint idonei; nec ullum qui ad fidei caput pertineat*. At ii ipsi fortasse ejusdem auctoritate freti contendent, se jure a Latinorum communione abhorrere, quippe qui illud Symbolo addiderint, quo Spiritum sanctum et a Filio procedere enuntiatur. Hos igitur amice et fraterne, utque verbis utar Theophylacti, *simpliciter et candide, atque ut piscatorum discipulum omnino decet*, nunc paucis alloqui lubet.

XXVII. Ac primo quidem eos, quoad præsens attinet, præmonitos velim, potius animi dispositionem quam verba esse in Theophylacto spectanda; deinde quæcunque ejus mens fuerit, non magni esse faciendam illius hac in re auctoritatem. Quoad primum attinet, pro certo habeo, ita eum fuisse animo comparatum, ut si quo tempore vixit, per aliquod concilium ex Græcis Latinisque coactum ad examen vocata ac definita fuisset processio Spiritus sancti etiam a Filio, procul dubio concilii judicio ac sententiæ stetisset: quemadmodum plurimi sanctitate ac doctrina præstantissimi Patres stetere synodo, Florentinæ, eique perpetuo et constantissime adhæserunt. Hac fuisse Theophylactum animi dispositione affectum, ipse colligo ex eximio ejus pacis unionisque amore, qui cum in aliis operibus, tum potissimum in hac ipsa *Allocutione* luculenter se prodit. Verum cum ante floruerit quam controversia hæc definita esset in aliqua œcumenica synodo (primo enim definita est in concilio generali Lugdunensi II, an. 1274), cumque per id tempus dissidii et schismatis æstus primum excitatus a Photio, tum a Michaele Cerulario non ita pridem renovatus, ferveret quam vehementissime, haud valde mirandum si et Theophylactus se quoque abripi passus utcunque sit. At quia tamen ob eam, quam supra memoravimus, causam ignotum nobis est, an illius fervor ad hæreticam usque pertinaciam excreverit, ideo neque illum hæreseos, neque *formalis*, ut aiunt, schismatis condemnamus (*a*) quin nec *sancti* viri appellationem, qua vulgo ab Orientalibus insignitur, nos ullatenus ipsi invidemus.

XXVIII. Verum hoc ipsum quod Theophylacto ab his criminibus purgando, sive excusando deservit, ad minuendam quoque hac in parte illius auctoritatem quam maxime facit. Cum enim controversia hæc in concilio ex Græcis Latinisque coacto nondum data opera communique consensu subjecta esset examini, quod primo factum est in prædicta generali synodo, ignorare is facile potuit quibus niteretur fundamentis Latinorum sententia, vel quo in sensu assererent hi, Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, et quam legitima ratio seu causa eis fuerit, ut particulam *Filioque* in suæmet usum Ecclesiæ Symbolo fidei adjiciendam putarint. Hæc reipsa ab Theophylacto ignorata fuisse, dubitari vix potest, si argumenta queis suam ipse causam propugnat, paulo attentius expendantur. Anne enim usus unquam verbis illis evangelicis fuisset *Ostende nobis Patrem* (qui nempe doceat Spiritum sanctum a Filio procedere), *et sufficit nobis* (*b*), si cognovisset, tot esse Patres, et *probatissimos* quidem, et non modo Latinos, qui floruere ante dissensionis initium (quibus proinde *probatorum Patrum* et nomen et gradum nemo sane, qui recte sentiat, abjudicarit), sed etiam Græcos, qui nostram tradidere sententiam? Hic vero, antequam ultra progredior, cohibere me non possum, quin vehementer querar expostulemque de apertissima injuria quam Græci nostræ hujus ætatis non Latinæ tantum, sed et universæ Ecclesiæ inferre haud reformidant, dum controversiam hanc fidei ad Græcos tantum exigendam esse Patres, ex eorumque placitis definiendam esse contendunt. Quid enim? An catholica

(*a*) Hac ratione eum excusarunt auctores editionum ann. 1531, 1542 et 1554, quas videre mihi licuit. Enarrationum ipsius in quatuor Evangelia. Verba illorum ad calcem Joannis hæc sunt: *Propterea reprehendendus non est Theophylactus* (quod ita locutus fuerit de Spiritus sancti processione), *quia minime tunc ab Ecclesia universali definitum erat, eum ab utroque procedere.*

(*b*) Num III.

Ecclesia intra solius Græciæ vel Orientis fines etiam primis Ecclesiæ sæculis conclusa erat? Aut *divina traditio*, cujus propria dos est, *semper* et *ubique* vigere, ex *Orientali* tantum Ecclesia haurienda pensandaque est? Ecquis hac prærogativa Orientales donavit? An Christus, qui Evangelium in universo mundo prædicandum edixit? An apostoli, qui illud annuntiarunt ubique terrarum; eorumque coryphæus Petrus Romam cum doctrinæ suæ, tum etiam potestatis sedem constituit? ubi etiam Paulus doctoris munere functus biennio est: ut de cæteris sileam apostolis, quorum aliqui per seipsos, alii per discipulos ab se institutos in varias Occidentis provincias ac regna doctrinam evangelicam disseminarunt. Quamvis igitur nullum ex Græcis Patribus afferri posset pro Latino dogmate testimonium, nonne satis esset unanimis Latinorum Patrum sententia, ut nedum ab omnis suspicione erroris absolveretur, sed etiam ut apostolis ipsis referretur acceptum? Et sane si Theophylactum non latuit isthæc Latinorum consensio Patrum, qua ratione ausus est affirmare, *a nullo ex probatis Patribus id edoceri*, provocareque nos evangelicis verbis: *Ostende nobis Patrem?* An non *probati* Patres Cyprianus et Ambrosius, quorum utitur testimoniis tertia synodus œcumenica, sive Ephesina? Nonne probatissimus Pater Leo Magnus, cujus scripta quarta synodus στήλην ὀρθοδοξίας, *columnam orthodoxiæ* appellavit. Nonne probatus Pater Augustinus, quem sexta synodus summis prosecuta est laudibus æque ac ipsum Ambrosium atque Leonem? Si vero hoc ille ignoravit, consequens est, multo breviorem ecclesiasticæ eruditionis supellectilem illi fuisse, quam decuisset tanti nominis archiepiscopum: adeoque illius auctoritatem, ad hoc quod attinet, non esse magnopere faciendam. Quod vero magis displicet, est illud quod subdit: *Si enim probatus est, non dixit; et si dixit, probatus non est.* Quæ verba hæreticum spiritum redolere videntur: hæretici enim ex opinione propria Patrum auctoritatem metiri solent, de eaque judicium ferre: dumque ab eisdem dissentiunt, eos flocci ac nihili faciunt. Sed mitius sentire præstat de Theophylacto, atque ea verba benigne interpretari, velut non eo spiritu sensuque prolata; sed quia sibi nimium blandiretur, atque confideret, ex Græcis illustrioribus Patrem reperiri neminem posse, nam de Latinis nihil sollicitus fuisse videtur, qui Spiritum sanctum etiam a Filio procedere docuisset. Pretium igitur operæ est, accuratius investigare, quibus ille et quam validis fundamentis innixus tantopere sibi ipsi præfideret. Sed paulo post videtur et ipse sibi non satis tutus, cum subdat: *Deinde etsi hoc daremus, non utique quod rarius est, in argumentum trahendum.* Quid vero, si non pauci rarique sint, nedum Latini, sed Græci etiam Patres, qui dogma nostrum tradiderint vel disertis vel æquivalentibus verbis?

XXIX. Sed antequam id demonstro, jure omni abs Theophylacto et Photiani schismatis propugnatoribus postulo, ut ex eorum *probatis Patribus* vel unum *nobis ostendant*, qui ante Photiana tempora inficiatus fuerit, Spiritum sanctum a Filio procedere. Sed *quamvis diu multumque fatigentur*, indicare ne unicum quidem possunt (Damascenum enim, quem solum specie aliqua veri opponere valent, a nobis minime dissidere postea demonstrabimus). Alias vero dogmati nostro censendi minime sunt adversari, qui vel hac de re penitus silent, vel solum aiunt, Spiritum *a Patre procedere*. Quis enim ignorat, rem esse plane diversam non asserere, Spiritum sanctum procedere a Filio, atque id negare? aliud pariter affirmare, eum *a Patre* procedere, aliud *a solo Patre?* Quare nullatenus intelligere valeo, quomodo Theophylactus omnesque Photiani nos veluti Christo Patribusque adversantes traducant, eo quod simpliciter ii asserant, Spiritum sanctum *a Patre procedere*, atque a nobis fieri καινοτομίαν, seu *innovationem in fide* contendant, dum eumdem asserimus etiam a Filio procedere; ea solum ratione quod Christus tantummodo dixit, *a Patre*. Verum si quid addere est innovare, cur et ipsi quidpiam addunt dicentes, *a solo Patre?* Ubinam Christus, ubi Patres id (saltem ante Photii tempora) asseruere? Quid enim? An nobis exprimere vetitum, quod Christus Dominus non expressit; illis limitare liceat, quod a Christo limitatum non est? Si ille non dixit, Spiritum sanctum a Filio, hoc est a seipso procedere, neque id etiam negavit. Cur itaque Photiani negant? Et si quidem tantummodo non assererent, ferendum eorum silentium esset; verum et negant, et eos qui asserunt condemnant dirisque omnibus devovent; tritum illud (in quod etiam Theophylactus ab

iniquitate causæ suæ præceps est actus), ac puerile argumentum usurpantes: *Si Spiritus sanctus etiam ex Filio procedit* (*a*), *quid prohibuit ne ita Christus loqueretur: Qui ex Patre et ex me procedit?* Sed mihi subdere liceat: *Si a solo Patre* procedit, quid prohibuit, ne id Christus exprimeret; præsertim cum ipse jam prænovisset quot et quanta ex illius voculæ præteritione oritura aliquando essent dissidia? Quid ad hæc Photiani respondeant, nihil habent; at nobis in promptu est, quid contra eos regeramus: videlicet, Christum sin eo, saltem aliis in locis; sin expressis, saltem æquivalentibus verbis, docuisse Spiritum etiam a seipso procedere: quod quidem nostri homines millies demonstrarunt, et ex eo quod Christus Dominus ait Joan. x, 30, *Ego et Pater unum sumus;* ex quo inferunt *unum* etiam esse Filium cum Patre quoad rationem principii Spiritus sancti. Et ex eo (*Joan.* xvi, 15), *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt:* ergo, inquiunt et virtus producendi Spiritum sanctum est Filii, seu convenit Filio. Et ex illo (*ibidem* 14): *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Quid enim, aiunt, Spiritus sanctus accipere a Filio potest, nisi ipsum esse? Et ex eo demum quod Joan. xv, 26, ait se *missurum* Spiritum sanctum: cum *missio* in divinis nil aliud esse aut intelligi possit, quam processio æterna cum ordine ad quidpiam extrinsecus producendum. Quid quod et ipsis verbis, quibus tantopere fidunt adversarii, videlicet, *qui a Patre procedit*, docet implicite, etiam a seipso procedere. Nam quidquid *in Scripturis de una persona dicitur, etiam de alia oportet intelligi, nisi repugnet proprietati personali ipsius*, ut verissimum effert theologorum cum S. Thom. IV cap. Gen., cap. 25, axioma, ea ratione nixum, quod tres divinæ personæ unum idemque sunt omnes, iis tantum exceptis quæ ad personalem pertinent proprietatem. Quod adeo certum est ut, etiamsi Christus eo loci dixisset, *Qui a Patre solo procedit*, non inde tamen abdicanda ei esset Spiritus sancti productio. Fortene mirantur vel hoc negant Photiani. Ergo pariter negent Patrem a Spiritu sancto *cognosci*, vel etiam *nosse* seipsum, propterea quod dixerit Christus Matth. xi, 22, *Nemo novit Patrem, nisi Filius;* vel negent cum Socinianis, Filium ipsum esse verum Deum, quia ipse Patrem alloquens ait (*Joan.* xvii, 3), *Ut cognoscant te solum verum Deum.*

XXX. En quo tandem abit argumentum a Photianis adeo decantatum: a Photianis, inquam, qui et tritum illud et per sese luculentissimum ignorare videntur: *Qui unum asserit, aliud non negat, nisi ei quod asserit repugnet.* Nam probaruntne unquam, aut aliquando probaturi sunt, ullam in eo esse repugnantiam, quod Filius una cum Patre sit principium Spiritus sancti? Quid enim? Anne aliquid virtutis, quæ insit Patri, deesse Filio putandum erit? Vel rationi Filii repugnat producere aliam a seipso personam? Vel demum quod habet principium, nequit esse principium alterius? Nihil horum profecto. Cur igitur ovantes adeo argumentum istud obtrudunt: *Evangelium Christi ore clare docet fideles, Spiritum sanctum a Patre procedere; at ipsi angeli tenebrarum* (Latini) *prædicant, etiam a Filio:* ergo Evangelio contraria docent. Ita sane post innumeros alios Eugenius in citato libello, cujus Græca verba sunt hæc: Τὸ Εὐαγγέλιον διὰ στόματος τοῦ Χριστοῦ εὐαγγελίζεται εἰς τοὺς πιστοὺς φανερὰ ὅτι Πνεῦμα παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι σκότους εὐαγγελίζονται, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. O præclaram scholarchæ Montis Ἀγιονύμου ratiocinatio! Sic, cine? *Procedit a Patre; non igitur a Filio:* cum potius dicendum foret: *Procedit a Patre, ergo et a Filio*, ob indicatas rationes. Sed et ipse Theophylactus male famæ suæ consulit, dum prædictum argumentum *simplicem vocat absolutamque rationem* (*b*), additditque, alium nobis esse quærendum doctorem præter *unum magistrum nostrum Christum*, si huic dogmati adhærere velimus. At vero, si Christus aiendo: *qui a Patre procedit*, nobis nullatenus adversatur, multo minus censendi sunt nobis contrarii esse quicunque ex Græcis Patribus docent solummodo, affirmantque Spiritum sanctum *a Patre procedere.* Cum igitur Græcorum nemo inficietur eumdem et a Filio procedere, nonnulli autem ex illis una cum Latinis omnibus affirment, profecto illud negare præfracte velle, imo et hæreseos nos condemnare quia id asserimus, *res illorum est* [verba regero quæ habet Theophylactus (*c*)] *qui spiritu erroris pleni sunt.*

(*a*) Num. III.
(*b*) Ibidem.
(*c*) Ibidem.

XXXI. Sed jam age proferamus in medium Græcos, eosque *probatos*, imo et *probatissimos* Patres, qui nobiscum in hoc dogmate sentiunt; ut qui sapiunt, inde perspiciant quam inconsulte Theophylactus nos provocarit iis verbis : *Ostende nobis Patrem*, etc. *Probati* sane ac *probatissimi* Patres sunt Athanasius, Epiphanius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Basilius, quibus addendus est Didymus summa saltem venerabilis antiquitate. Porro satis aperte hi omnes docent Spiritum sanctum procedere a Filio. Quanquam enim, ut candide quod est, fatear, Græcorum nemo prior Symeone Metaphraste voce ipsa ἐκπορεύεσθαι ad id exprimendum utatur, tamen vocabula et phrases ejusdem omnino valoris adhibent, ut προϊέναι, *progredi;* προχεῖσθαι, *profundi*, *emanare;* εἶναι, *esse*, ὑπάρχειν *exsistere;* ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere*, et similia, quibus æternam Spiritus sancti productionem a Filio significari, nemo inficias ierit, qui in defendendo errore penitus obfirmatus non fuerit. Et sane phrases εἶναι, *esse*, ὑπάρχειν, *exsistere*, ὕπαρξιν ἔχειν, *exsistentiam habere*, per sese ad id quod intendimus, significandum claræ sunt : verbo autem προϊέναι, *progredi* vel *profluere* utitur etiam Theophylactus ad substantialem Spiritus sancti *processionem* indicandam, dum in *Allocutione* num. IV explicans, cur *Spiritus Christi* ipse dicatur, non, inquit, ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, *quod ex ipso profluat; sed*, etc. Cur itaque hodierni Græci legentes in suis Patribus Spiritum sanctum προϊέναι, *profluere*, seu *progredi ex Filio*, id ad temporaneam ejusdem Spiritus *missionem* seu diffusionem referendum contendunt? Profecto pari ratione et illud Christi Domini ὃς παρὰ Πατρὸς ἐκπορεύεται, *qui ex Patre procedit*, posset quis de temporanea missione explicare; adeoque æternam ejus etiam a Patre productionem seu processionem inficiari. Sed jam ipsa Patrum Græcorum testimonia ob oculos ponenda sunt.

XXXII. Igitur 1. S. Epiphanius, ut ab iis qui clarius sese exprimunt, incipiam, in *Ancorato*, n. 67 : Χριστὸς, ait, ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, *Christus ex Patre creditur esse Deus de Deo, et Spiritus sanctus ex Christo, sive ab ambobus* (a). Et n. 71 : Θεὸς Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων. Et præced. n. 8 ait Spiritum sanctum esse ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ, *in medio Patris et Filii, ex Patre et Filio, tertium appellatione.* Et n. præcedente, esse ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα ἅγιον, *ex ipsa substantia Patris et Filii Spiritum sanctum.* Et hæresi 74, n. 8, εἶναι φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, *esse lumen tertium a Patre et Filio.* Esse etiam παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, *a Patre et Filio*, bis repetit n. 9. Et antea ibidem n. 7 dixerat, esse τὸ ἅγιον Πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων, *Spiritum sanctum ab ambobus.* Similia habet n. 10, et hæresi 62, n. 4. Ut proinde nemo fortasse ex Latinis Patribus aut clarius aut frequentius hac de re locutus fuerit.

2. S. Gregorius Nyssenus lib. I *Contra Eunomium* duo præsertim ait, ex quibus ineluctabiliter sequitur, Spiritum sanctum a Filio procedere. Primum est, Filium habere rationem *causæ* seu *principii* relate ad Spiritum sanctum, et hac sola ratione ipsi præintelligi, quemadmodum se habet Pater respectu Filii. Verba ejus sunt : Ὡς συνάπτεται Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐκ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν· οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, *Quemadmodum Patri copulatur Filius, et ex ipso habens esse, posterior tamen exsistentia non est; sic rursus Spiritus sanctus proxime hæret Unigenito, qui sola consideratione secundum rationem causæ* (seu *principii*), *præintelligitur personæ Spiritus sancti.* Est igitur Filius αἰτία, *causa*, seu *principium* Spiritus sancti; igitur hic ab illo procedit. Dictum alterum Nysseni est, Τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν, *Subtracta ratione principii, nulla re sanctam Trinitatem a se ipsa dissidere;* hoc est nullam esse inter sanctissimæ Trinitatis personas distinctionem nisi ex ratione principii. Cum igitur Filius et Spiritus sanctus sint ab invicem realiter distincti,

(a) Non tantum Epiphanius asserit Spiritum esse *ex Christo* seu Filio, et quidem eodem modo quo Christus est ex Deo Patre, hoc est, substantialiter; sed etiam probat esse ex utroque iisdem verbis evangelicis, quibus nos idem probamus; ita enim immediate subdit : Ὡς φησὶν ὁ Χριστός· *Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, καὶ, *Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Ut Christus asserit* (*Joan.* XV, 26). « *Qui a Patre procedit ;* » *et* (XVI, 24). « *Hic de meo accipiet.* »

oportet ut inter eos intercedat ratio principii, adeoque, ut hic ab illo procedat. Principium idem clarius et ἐμφατικοτέρως proponit in epistola ad *Ablabium* his præcipue verbis : Τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα (esse in Deo), ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, *Diversitatem secundum rationem causæ et causati* (seu juxta rationem principii) *et ejus quod est a principio* (in Deo) *non negamus : quo solo alterum ab altero secerni comprehendimus, quatenus unum quidem principium esse credimus, alterum ex principio.* Quæ cum ait Nyssenus, quis neget eum credidisse Spiritum sanctum esse a Filio tanquam ἐκ τοῦ αἰτίου, cum ab ipso distingui non dubitaverit?

3. Didymus, libro II *De Spiritu sancto* Christum rationem afferentem inducit, cur de Spiritu sancto dixerit Joan. XVI, 13 : *Non enim loquetur a semetipso* his verbis : *Quia non ex se, sed ex Patre et me est; hoc enim ipsum quod subsistit, ex Patre et me illi est.* Clarissima vero sunt verba, quæ ibidem plurois interpositis, habet : *Neque quid aliud est Filius exceptis iis quæ ei dantur a Patre ; sic neque alia substantia est Spiritus sanctus præter id quod datur ei a Filio.* Igitur Spiritus sanctus accipit substantiam a Filio : ergo ab eo substantialiter procedit.

4. Cyrillus Alexandrinus, lib. I, *De adorat.*, Ἔστι τοῦ Θεοῦ, ait, καὶ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, εἴτουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ Πνεῦμα, *est ex Deo, et Patre, et Filio ille, qui substantialiter ex ambobus, seu ex Patre per Filium profluit Spiritus.* Anne vero istum *substantialem* Spiritus sancti ex utroque *effluxum* de donorum ejus, atque *charismatum* effusione interpretabuntur Photiani? Sed ridendi sunt, non confutandi, si eo usque insaniant : præsertim cum idem in *Comment. in Joel.* cap. II, satis indicet Spiritum sanctum eodem modo esse ex Filio sicuti est in ipso, hoc est *substantialiter :* absolute enim ait : Ἴδιον αὐτοῦ (Υἱοῦ) τε, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, *proprius est et ipsius* (Filii), *et in ipso, et ex ipso est Spiritus.* Sed quomodo, beatissime Cyrille, Spiritus sanctus est in Filio? Καθάπερ, respondet, ἀμέλει καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, *quemadmodum videlicet in ipso intelligitur Deo ac Patre.* Et in responsione ad Orientalium objecta, ad *Anathematismum* 9, Filius, inquit, ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, *proprium habet eum, qui ex ipso est, et substantialiter ei inest, Spiritum sanctum.* Pari modo lib. XXXIV *Thesauri* de eodem Spiritu sancto ait : Πρόεισι δὲ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. *Progreditur autem ex Patre et Filio;* et ne quis de progressione temporali hoc intelligat, subdit eum τῆς θείας εἶναι οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν, *Divinæ esse substantiæ, in ipsa et ex ipsa progredientem :* ut perinde Cyrillo sit esse ex Patre et Filio, ac ex substantia Patris et Filii. Quis sanæ mentis hoc ad temporariam Spiritus sancti effusionem trahat? Par huic est quod eodem libro ait : Ἐν αὐτῷ (Χριστῳ) καὶ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ὑπάρχον τὸ Πνεῦμα, *in ipso* (Christo) *et ex ipso naturaliter exsistit Spiritus sanctus ;* et : Ἀνάγκη τὸ Πνεῦμα τῆς οὐσίας ὁμολογεῖν τοῦ Υἱοῦ, ὡς γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχον, *necesse est fateri Spiritum sanctum esse ejusdem cum Filio substantiæ : nam ut ex ipso naturaliter exsistens,* etc. (*a*) Similia habet dialogo I, *De Trin.* Et in *Comment. in Joannem* ait, eum a Filio κατὰ φύσιν προχεῖσθαι, *secundum naturum,* seu *naturaliter profundi.* Denique ut cætera quæ multa sunt, testimonia præteream, peremptorium videtur esse illud quod habet *Comment.* lib. X, *in Joannem,* ubi postquam dixit de Spiritu sancto, Ἔστι πνεῦμα Χριστοῦ καὶ νοῦς αὐτοῦ, *est spiritus Christi et mens ipsius* (quæ vel sola verba satis esse deberent ad astruendam ejusdem a Filio processionem : quomodo enim *mens ejus* est, si ab ipso non est?), paulo post subdit : Ὡς πνεῦμα αὐτοῦ, καθάπερ ἀρτίως εἰρήκαμεν, καὶ εἰδὼς ἀδιδάκτως πάντα τὰ (αὐτοῦ) ἐξ οὗ καὶ ἐν ᾧπέρ ἐστι, τὰ θεῖα τοῖς ἁγίοις ἀποκαλύπτει μυστήρια, *tanquam Spiritus ipsius, uti modo dicebamus, et ut cognoscens, nemine docente, omnia quæ sunt ejus, ex quo et in quo est, divina sanctis mysteria patefacit.* Audin', Photiane, ἐξ οὗ καὶ ἐν ᾧπέρ ἐστι, *ex quo et in quo est ;* et adhuc sustinebis ex eo non esse, seu non procedere?

(*a*) Quam recta Cyrillo adversatur Theophylactus, dum num. IV ait : Λέγεται Πνεῦμα Χριστοῦ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖον αὐτοῦ, συγγενὲς γάρ. *Dicitur Spiritus Christi, non quia ex ipso profluit ; sed quia proprius illius est, cognatus enim est.*

5. Sanctus Basilius hæc habet lib. III *contra Eunomium* : Ἀξιώματι μὲν δευτερεύειν (τὸ Πνεῦμα) τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον παραδίδωσιν ἴσως ὁ εὐσεβείας λόγος, *Spiritum sanctum dignitate secundum esse a Filio, ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et omnino ex illa causa pendeat, pietatis sermo fortasse tradit.* En quam clare Magnus Basilius dogma Latinorum tradit. Equidem Marcus Ephesinus in concilio Florentino, cum non aliud quod ad evidens hoc responderet testimonium, illi suppeteret, magna contentione sustinuit, textum hunc falsatum et interpolatum esse. Sed quanta injuria! Nam, ut Joannes Niger, qui illud attulerat, regessit, codex unde depromptus est, optimæ notæ erat, Constantinopoli a cardinali Cusano advectus, in membranis, sexcentis ante concilium Florentinum annis, adeoque ante exortum Græcos inter ac Latinos hac de re dissidium, exaratus. Unde ergo corruptionis suspicio? Sed plures codices ita non habent, opponebat Ephesinus. Quid inde, si vetustiores et ante schisma conscripti textum ut attulimus exhibeant? Alii vero, quocunque numero sint, a Photianis potius data opera corrupti dicendi sunt, eo majore fundamento, quod sunt omnes post exortum schisma confecti, et in nonnullis verba dogmati nostro faventia cultro erasa deprehensa sunt. Adde, textum hunc, prout a nobis affertur, nihil continere quod cum reliquis Magni Basilii dictis pugnet : pugnat autem, ut a Photianis legitur. Ita enim legunt illi, ut consequens foret, eum dubium hæsisse, an Spiritus sanctus dicendus sit secundus dignitate a Filio et a Patre tertius : cum tamen exploratum sit, ipsum hac de re dubitasse nunquam; quandoquidem cum aliis in locis, tum præsertim in fine epistolæ trecentesimæ, *ad canonicas*, ait nefas esse, Spiritum sanctum ante Filium collocare, aut aliter quam ordine tertium a Patre : quod et alii Patres docuerunt. Insititium igitur est illud ἴσως, *fortasse*, quod post παραδίδωσιν, *tradit*, ipsi legunt. Sed si hoc ratum habeatur, ut haberi procul dubio debet, vel ex hoc solum verosimilius fit, controversa verba eum addidisse; cum vel ex hoc solo invicte demonstretur ejus sententia fuisse Spiritum sanctum item a Filio procedere : non enim ulla divina persona esse potest secunda vel tertia τάξει, *ordine*, vel ἀξιώματι, *dignitate*, ab alia, nisi ab ipsa procedat : sane non alium ordinem in divinis agnoscunt catholici doctores et Patres.

6. S. Athanasius in libro *De humana natura suscepta* ait, Filium esse πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *fontem Spiritus sancti*. Sic et alii Patres Græci. Certum autem est apud Patres πηγὴν, *fontem*, perinde esse ac αἴτιον, *principium*. Quare et Athanasius ipse orat. II, *contra Arianos* Patrem vocat πηγὴν, *fontem* Filii; et Basilius eumdem Patrem esse dicit ῥίζαν καὶ πηγὴν, *radicem et fontem*, Spiritus sancti. Idem S. Pater in epist. *ad Serapionem*, ait Spiritum sanctum ἴδιον εἶναι κατ' οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ, *proprium esse secundum substantiam Filii;* ex quo plane consequitur, eum nostro dogmati adhæsisse, siquidem oratione II (juxta aliquos I) *contra Arianos* hac ratione probat Filium esse ex Deo (Patre), et in Deo. Verba ejus sunt : Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Λόγος ἐστὶν ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ τέ ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ. *Quoniam igitur Verbum proprium est natura substantiæ Dei, et ex ipso est, et in ipso.* Sed Athanasii mens adhuc clarius perspicitur ex eo quod homilia 4 (juxta Græcos 3) *contra Arianos* ait : Αὐτὸς (Υἱὸς) γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, τὸ Πνεῦμα δίδωσι · καὶ ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου ἔχει, *ipse enim* (Filius), *ut dictum est, dat Spiritum sanctum; et quæcunque habet Spiritus sanctus, ea a Verbo accipit.* Cum vero Spiritus sanctus in primis habeat naturam et essentiam, quis dubitare potest quin Athanasius senserit, hanc eum a Filio recepisse?

7. S. Joannes Chrysostomus, seu alius vetustus auctor homiliæ *De incarnatione Domini*, quam Chrysostomo tribuit Photius cod. 277, Ὁ Χριστὸς, inquit, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ Πνεῦμα, *Christus dedit nobis Spiritum sanctum, qui ex ipso est.* Anastasius Sinaita, Antiochenus episcopus, in primo *De rectis dogmatibus* : Καὶ μὴν ὁ Κύριος δεικνὺς αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. At vero Dominus ostendens ex semetipso Spiritum exsistere, insufflans discipulis dixit* : « *Accipite Spiritum sanctum.* » Demum S. Symeon Metaphrastes in Martyrio S. Dionysii : Τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ Πνεῦμα ἐπὶ τῇ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίᾳ, *Christus procedentem a se Spiritum ad infideles deducendas gentes, in discipulos immittit.*

XXXIII. Alia plura Græcorum Patrum testimonia hic sane congerere possem, quo constans eorumdem Patrum de Spiritu sancto a Filio procedente sententia magis magisque elucesceret. Sed ex superius allatis satis superque compertum esse arbitror, quam temere imprudenterque protulerit Theophylactus ea verba : *Ostende nobis Patrem*, etc. Nos multo potiori jure et ipsum Theophylactum et nostræ ætatis Photianos provocare possumus, atque iterum iterumque repetere : *Ostendite nobis Patres*, etiam ex Græcis, qui ante Photiana tempora diserte negaverint Spiritum sanctum a Filio procedere. Verum etiamsi *diu multumque fatigentur*, non alios profecto, specie aliqua, producere queunt, quam Theodoretum et Damascenum : quorum alter hac saltem in re *probatus* procul dubio non est; cum verba nobis objecta in eo exstent libello quem pro Nestorio edidit contra Cyrillum, quique propterea tanquam hæreticus ab Ecclesia proscriptus in quinta synodo est (præterquam quod non solum *ex Filio*, sed etiam *per Filium* esse, inficiatur) : alter vero, tametsi doctus et pius, cum floruerit sæculo duntaxat octavo, nullatenus est cum Athanasiis, Basiliis, Epiphaniis, Cyrillis aliisque Patribus, qui dogmati nostro aperte favent, auctoritate comparandus. Quid vero, si ne ille quidem nobis reipsa adversetur? Equidem lib. I, *De fide orthodoxa*, cap. 11, hæc habet : Τὸν δὲ Υἱὸν αἴτιον οὐ λέγομεν, *Filium vero non dicimus auctorem* seu *principium*. Et paulo post : Ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, Πνεῦμα δὲ Υἱοῦ ὀνομάζομεν, *ex Filio autem Spiritum non dicimus* (a), *sed eum Filii Spiritum nominamus*. Et cap. 13 : Καὶ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ. *Sed et Filii Spiritus est; non tanquam ex ipso, sed quod per ipsum ex Patre procedat : solus enim Pater auctor seu principium est.*

XXXIV. Non negaverim, verba hæc nobis in speciem esse contraria : pro certo tamen habemus, Damasceni mentem a dogmate quod tuemur minime esse alienam. Nam juxta diversam notionem et ideam, quæ subjicitur particulæ ἐξ, *ex*, et nomini αἴτιος, *principium*, vel affirmari potest, vel etiam negari, cum Spiritum sanctum esse ex Filio, tum Filium αἴτιον, *principium* esse Spiritus sancti. Nam si vim istiusce vocis inspicias, duo hæc significat, scilicet esse *primum*, et esse causam alterius, cujuscunque sit generis causa. Sed et τὸ *primum* spectari duplicitor potest; vel *absolute*, cum nihil in eo genere prius esse intelligitur; vel *relative*, nimirum in ordine ad aliud, quod ex illo promanat. Duplex etiam est αἰτία, *causa* : altera *primordialis*, seu *primigenia*, quæ producendi vim ab alia non recipit, sed habet a se; eamque Græci appellitant προκαταρκτικήν; alia vero *secunda*, quæ causæ principi subjecta est, utpote ex qua agendi vim obtinet, et quacum operatur et agit quidquid agit. Ut priorem illam exprimant Græci, frequentius utuntur particula ἐξ, *ex;* ut vero indicent posteriorem, plerumque adhibent particulam διά, *per*. Et hæ quidem particulæ ac commodatiores tali sensui fundendo sunt : nam particula ἐξ, *ex*, nihil per se indicat aut supponit anterius : verum particula διὰ, per, ita causæ seu principii rationem exprimit, ut priorem aliam et quidem principem causam menti exhibeat. Verumtamen istarum usum particularum non ita Græci coarctant, quin et particula ἐξ, *ex*, causæ *secundæ*, et particula διὰ, *per*, *primordialis*, seu προκαταρκτικῆς significandæ gratia interdum utantur; quoties nimirum in illis solum inspiciunt significationem illam, in qua ambæ conveniunt, nempe causæ qualiscunque rationem; adeoque ad causarum discrimen, cui significando vel innuendo magis videntur idoneæ, minime attendunt. Hinc vero perspicuum exploratumque fit, juxta diversam harum particularum notionem affirmari posse, Spiritum sanctum *esse ex Filio*, et *non esse ex Filio*, *esse ex Patre per Filium*, et *esse per Patrem et Filium*. Reipsa multiplices has loquendi rationes in Græcis Patribus reperiri, ex eorum textibus, quos attulimus supra, exploratum est. Sic itaque et Damasceni verba nobis objecta explicare par est, quod nempe inficietur, Spiritum *dici*, aut *esse ex Filio*, tanquam ἐξ αἰτίας προκαταρκτικῆς, a *causa primigenia* ac *primordiali principio*, quod non ab alio producendi virtutem acceperit; atque hac ratione solum Patrem esse αἴτιον, *auctorem* sive *principium* (quod et nos lubentissime asserimus ac probamus) : non autem neget, Spiritum esse ex Filio tan-

(a) Mirum, quod proferre hoc potuerit Damascenus, cum tam multi Patres ante eum dixerint, esse *ex Filio*, ut vidimus.

quam ex causa, seu principio *secundario*, quod simul cum Patre operetur, et quidem eadem Patris virtute sibi communicata, et in se, quatenus est *unum cum Patre*, recepta, producat.

XXXV. Ab hoc inficiando alienus adeo censendus est Damascenus, ut potius id asserere intelligendus sit eo ipso quod subdat, Spiritum sanctum *esse per Filium*. Quid enim Damasceno, quid cæteris Patribus qui hac loquendi formula usi fuere, significet aliud, aut significare queat τὸ *per Filium*, neque ego, neque alius quispiam intelliget. Cum enim particula διὰ, *per*, tria valeat indicare, nempe *causam efficientem*, præsertim quæ agat virtute ab alio recepta; insuper solum *instrumentum inanime;* ac demum *vehiculum iners* nulla præditum energia; primum solummodo potest ab omni imperfectione sejungi, reliqua duo manifestam imperfectionem involvunt. Ex quo consequens est, particulam illam nonnisi in sensu priore posse in divinis de Filio enuntiari. Ita igitur Damascenus intellexerit oportet, Spiritum sanctum procedere, seu esse *per Filium*, sicut omnes Catholici intelligunt ea Scripturæ verba, *Omnia per ipsum facta sunt :* et qua ratione ait etiam Cyrillus, eum procedere *per Patrem*, ut nempe Filius nullatenus excludatur a productione Spiritus sancti, adeoque sic statuenda res est : Pater *primo et principaliter*, seu *primordialiter*, προκαταρκτικῶς producit Spiritum sanctum quatenus suapte virtute a nullo alio recepta producit; adeoque primum omnino est, nullumque præsupponit anterius, ac vere προκαταρκτικὴ αἰτία Spiritus sancti. Producit etiam *per Filium*, quatenus virtus illa productrix una eademque est cum divina natura Filio communicata et in ipso recepta. Quare producit etiam Filius vi et actione a Patre recepta; non producit vero virtute propria et *primigenia*, seu quam non receperit ab ipsomet Patre, neque actione diversa et distincta ab actione Patris. Hinc si virtus et actio illa, qua producitur Spiritus sanctus, spectetur ut a Patre recepta, propriissime dicitur Spiritus procedere *a Patre per Filium;* at si eadem virtus et actio consideretur ut facta jam propria Filii, adeoque Filium afficiens, eumque constituens actorem, sic dici jure optimo potest, Spiritum etiam procedere *ex*, vel *a Filio :* ita tamen ut si particulæ *ex* illigetur significatio *primigenii*, seu *primi* omnino *principii*, προκαταρκτικῆς αἰτίας, æquo jure negari possit, Spiritum procedere ex Filio. Ut igitur pax et consensio nos inter et Græcos, quoad præsens caput attinet, redintegretur, non aliud ab eis postulamus quam ut æquissimæ huic conditioni acquiescant. Nos cum Damasceno οὐ λέξομεν, *minime dicemus*, imo etiam, si malint, *negabimus*, Spiritum sanctum esse a Filio, tanquam scilicet ex *primordiali principio*, ἐκ προκαταρκτικῆς αἰτίας, quodque operetur virtute et actione diversa a virtute et actione Patris, et non ab eodem Patre recepta. Illi contra fateantur, Spiritum a Filio esse, tanquam a *secundaria* causa, sive principio Patri subjecto, virtuteque ab ipsomet Patre recepta operante, imo et eadem Patris actione sibi communicata una cum natura divina.

XXXVI. Nil porro impedimento esse merito potest, quominus sic, amota dissidii causa, tandem aliquando invicem redeamus in gratiam. Quid enim, aut quam ob rem Photiani pugnant contra Latinos? pro simplicine voce ἐξ, *ex*, an pro re significata per vocem? Si primum, nihil indignius, quodque magis dedeceat inclytam nationem Græcorum; si alterum, quæso igitur explicent, qua ratione Pater *per Filium* producat Spiritum sanctum, absque eo quod operetur et Filius ad productionem Spiritus sancti, adeoque reipsa producat; id enim nullo mentis conatu intelligi potest. Præterea si Filius productricem Patris actionem vel solum deferat tanquam *vehiculum*, vel in se tanquam *instrumentum* recipiat, explicent nobis quomodo non summam id afferat imperfectionem Filio. Quomodo etiam Pater propriam Filio naturam, seu essentiam indivise communicans, non eidem communicet *fecunditatem* et actionem spirandi, quæ minime pugnat cum ratione hypostatica Filii. Explicent, quomodo Spiritus sanctus sit persona a Filio distincta, si, Nysseno (cujus verba supra retulimus) teste, *subtracta ratione principii*, nulla est in Trinitate distinctio. Explicent quomodo Filius *mittat* Spiritum sanctum, quin mittens sit misso superior, et missus mittenti ministerium exhibeat, si missio æternam productionem non exprimat aut includat; quemadmodum Pater hac ipsa ratione misisse dicitur Filium in mundum. Explicent quomodo Spiritus vel *audiat* a Filio, vel de suo *accipiat*, nempe quod est ipsius Filii, quin vel *discipuli* rationem subeat, vel *indigentis*, si id non significet, habere essentiam

et naturam a Filio. Cum igitur omnia hæc explicare nullatenus valeant, tandem fateantur nobiscum, Spiritum esse et procedere *a Filio* et *per Filium*. Sed jam ad Theophylactum nostra revertatur oratio.

XXXVII. Quam infeliciter illi cesserit illud : *Ostende nobis Patrem*, jam constat ex dictis. Nunc mihi demonstrandum foret, quam imbecilla sint, tantoque indigna doctore argumenta, queis Latinum dogma refellere aggreditur, nisi cum plures alii, tum nuperrime cl. præviæ Dissertationis auctor a num. 75 cumulate id præstitisset. Perpauca tamen adjicere liceat, ut magis magisque infringatur illius vis argumenti, quod petitur ex duobus principiis, quæ in productione Spiritus sancti a nobis admitti arbitratur, vel saltem necessario consequi ex dogmate quod propugnamus. Mirum sane, quod vir præstanti ingenio præditus in crassissimum hunc errorem impegerit; sed nullo modo ferendum, quod Photiani hunc ipsum errorem nobis adhuc objicere et exprobrare non desinant, postquam et centies, et millies, et luculentissime quidem hæc a nostris contrita objectio est. Quid vero dicendum de Ephraimo jam alibi memorato, qui in præfatione prædicta, non modo jactitat, nos ἐμπεσεῖν εἰς τὸ βάραθρον τῆς δυαρχίας, *incidere in barathrum duplicis principii;* sed etiam, ut majorem nobis conflet invidiam, effutit, Latinos asserere, Spiritum sanctum *ex Filio* esse ὡς δῆθεν μὴ ἔχον, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευθὲν, τὴν τελειότητα, *quia scilicet non habet, quatenus a Patre procedit, perfectionem;* adeoque ὡς ἀτελὲς, *ut imperfectum* procedere etiam a Filio ἵνα τὸ τέλειον προσλάβῃ, *ut perfectionem recipiat*. Verum, o bone, si ex sententia nostra consequitur, Spiritum sanctum a Patre *imperfecte procedere*, quia juxta nos procedit etiam a Filio, nonne consequens erit juxta vos, Patrem *imperfecte* producere universum, quia non ab una, sed ab omnibus singulisque personis producitur? Et si nos Spiritum sanctum a duabus personis esse docentes, in δυαρχίας, *duorum principiorum* errorem prolabimur, vos ergo in barathrum τριαρχίας, *trium principiorum* inciditis, cum nemo aliquis vestrum inficietur, aut inficiari queat, fuisse mundum a tribus personis ex nihilo eductum. Quidquid igitur ad propugnandam in creatione universi μοναρχίαν, *unitatem principii* dictum a vobis fuerit, id ipsum asseremus et nos ad tollendam in productione Spiritus sancti τῆς δυαρχίας, *duorum principiorum* exstantiam. Quid enim vobis aliud suppetit dicendum, nisi ad multiplicanda creationis principia satis minime esse, quod plures operentur personæ; sed insuper, oportere, quod et virtute, et actione diversa, et absque unius ab altera dependentia, subordinatione vel ordine operentur et agant? Eodem igitur pacto et nos respondemus, Patrem et Filium non duplex, sed *unum* esse *principium* Spiritus sancti, quia sicut est eadem utriusque natura et essentia, ita et eadem numerica virtus, et actio individua utriusque : seu quia Filius nonnisi virtute actioneque a Patre recepta producit : et non quatenus refertur ad Patrem ab eoque distinguitur; sed quatenus *unum* idemque cum illo est. Quemadmodum igitur ob rationem allatam omnes et singulæ Trinitatis personæ sunt *unum* creationis *principium*, unusque rerum omnium κτιστὴς, *creator;* ita et eamdem ob causam Pater et Filius sunt *unicum* Spiritus sancti principium, unicusque προβολεὺς, *spirator* simplicissimus. Res sane perspicua et cuique pervia est. Quare nos minime asserimus, ideo Spiritum sanctum etiam a Filio procedere, quia *imperfectus* seu imperfecto modo procedat a Patre (quod absit); sed quia hoc ipso, quod a Patre procedit, a Filio quoque procedere necessum est; cum una eademque virtus et actio, qua Pater producit, exstet etiam in Filio communicata ab ipsomet Patre : quemadmodum res creatæ, eo ipso quod producuntur a Patre, etiam a Filio et a Spiritu sancto producantur oportet, cum neuter, ad hoc quod attinet, secernatur a Patre. Mirandum sane iterumque mirandum, quod rem adeo perspicuam Theophylactus non viderit, sicque argumentationem instituat num. VI : Εἰ μὲν οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος, δύο ἀρχαὶ τοῦ ἑνός. *Si itaque Filius auctor est etiam Spiritus sancti, duo sunt unius personæ principia.* At quem in transversum non agant firmata jam præjudicia, et causæ, quæ propugnatur, iniquitas? Est vero perridiculum (pace tanti viri dixerim) quod subdit : *Quod autem pluribus principiis opus habet ad exsistendum, vel majus erit eo quod ex uno principio habet esse, vel æquale, vel minus. Sed æquale esse non potest, alioquin esset id quoque ex uno principio. Restat igitur ut majus sit aut minus. Igitur etiam Spiritus sanctus aut major Filio erit... aut minor.* Quæ argumentandi ratio non

solum peccat in eo quod Patrem et Filium duo esse principia Spiritus sancti jam præsupponat, sed in eo potissimum, quod non satis animadverterit Theophylactus, processionem Spiritus sancti e duabus personis non ex aliqua illius indigentia proficisci, sed ex unitate atque identitate virtutis et actionis spirantis, quæ in utraque persona est; quam ob rem oriri non potest a Patre quin simul oriatur a Filio, quemadmodum creari mundus a Patre non potuit quin et aliæ personæ concurrerent in creationem. Sed piget in his, quæ vel ipsis theologiæ tironibus explorata sunt, diutius immorari.

XXXVIII. Quemadmodum porro nihili facienda est, ad hoc quod attinet, auctoritas Theophylacti, utpote infirmissimis argumentis innixi, ita probanda illius animi moderatio, quod a censura qualibet disputando abstinuerit; cum ex Photianis aliqui tanquam *hæreticam*, alii ut *blasphemam in Spiritum sanctum* traducere Latinorum sententiam, atque adeo dogma catholicum, non vereantur, ut furibundus ille sycophanta Ephræmus. Theophylactus contra videtur ut falsam tantummodo opinionem queis potest argumentis refellere. Hinc num. III τὸ μέγιστον Λατίνων σφάλμα, *maximum Latinorum errorem* docet esse non ipsam, quam tuemur, sententiam, sed τὴν ἐν τῷ πίστεως Συμβόλῳ καινοτομίαν, invectam *in fidei Symbolum innovationem*, seu additionem particulæ, *Filioque;* et num. XIII in placitis Latinorum velut τὴν πατρίκην πίστιν σαλεῦον, *fidem concutiens SS. Patrum*, solum affert τὸ ἐν τῷ Συμβόλῳ περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος προστιθέμενον, *id, quod de Spiritu sancto adjectum est Symbolo.* Ad hunc autem *errorem Latinorum maximum* profligandum non alio utitur argumento, quam hoc : Δεῖ δὲ εἶναι τοῦ πιστοῦ τὸ σύμβολον πάσης ἀπηλαγμένον περιποιήσεως, *Oportet enim fidelis symbolum immune esse ab omni adulteratione et corruptione.* Sed ad hoc facilis responsio est, neque Theophylactum, licet acri ingenio præditum, probasse, neque alium quempiam esse unquam probaturum, falsam esse Latinorum doctrinam quoad Spiritus sancti etiam a Filio processionem. Quo igitur jure per additionem vocis *Filioque* dici poterit Symbolum *adulteratum* sive *corruptum?* Cæterum de Ephesinæ synodi interdicto, quod adeo jactitant Photiani, et pro quo tam altos clamores cient, quo nempe vetitum putant, ne quidquam Symbolo vel majoris tantum explicationis gratia adderetur (quasi vero vel hac solum de causa rejicienda esset ut impia atque illegitima memoratæ particulæ additio), nullum Theophylactus verbum facit; quod mihi argumento luculentissimo est, persuasum illi fuisse, interdictum Ephesinum esse aliter, atque a Photianis assolet, intelligendum : adeoque nullatenus improbare additionem, in quam illi adeo conclamant. Sed de hac celebri *Allocutione* ne plura. Quidquid enim Theophylactus adjungit vel contra legitimum azymorum usum in Eucharistiæ confectione, vel contra Latinorum jejunium in Sabbato, abunde refutata jam habes in prævia Dissertatione: præterquam quod Theophylactus ipse fatetur, duo hæc tanti momenti non esse, ut Latinos inter et Græcos dissidia parere debeant, multoque minus unius Ecclesiæ ab altera separationem.

SECTIO VIII.

De Institutione regia, ad Constantinum Porphyrogenitum.

XXXIX. Allocutionem de iis, quos Græci Latinis affingunt, erroribus excipit *Institutio regia ad Constantinum Porphyrogenitum*, imperatoris Ducæ IV, et Mariæ ex Iberiæ regibus prognatæ filium. Egregium sane opus, et Theophylacti ingenio, eruditione ac sapientia dignum. Divisum est in partes duas; quarum altera in Mariæ imperatricis eximiis animi dotibus, regiique pueri cum animi, tum etiam corporis exponendis extollendisque prærogativis tota est. Altera vero multa, eaque sapientissima præcepta complectitur, queis Theophylactus ipse Constantinum, cujus præceptor erat, ad bene feliciterque imperandum instituit. Et sane in hac parte absolutissime functus suo munere est : quemadmodum in alia priore diserti oratoris, fortasse et periti aulici partes solerter explevit. Libellum hunc ex bibliotheca Florentino-Medicea primus eruit doctissimus Græcæque linguæ peritissimus Petrus Possinus, inclytæ Societatis Jesu alumnus et ornamentum; eumque libellum epistola data Romæ anno (ut vulgo dicitur) *sancto* 1650, Ludovico XIV, Galliæ et Navarræ regi, tum adhuc adolescenti, et sub matris tutela regnum administranti, nuncupavit, ea præsertim (ut ipse testatur) ratione ductus, quod in hac opella describi ad amussim et graphice

videretur ipsemet Ludovicus, et qualis tunc esset quoad corporis animique dotes, et qualis etiam futurus progressu temporis esset aut esse deberet. Etsi vero epistola nuncupatoria scripta sit Romæ anno, ut diximus, 1650, editio tamen nonnisi anno insequente 1651, eaque non Romæ, sed Parisiis secuta est typis regiis, volumine, ut aiunt, *in-quarto*. Inserta postmodum est corpori Byzantinæ historiæ, tomo, juxta Venetam editionem, XX; inde vero in hoc translata volumen est. Tempus, quo hanc Theophylactus opellam verosimilius elucubravit, videsis in præviæ Dissertationis n. VIII. Græco textui versionem addidit elegantissimam ab se elaboratam idem Possinus; quam tamen propterea nonnulli reprehendendam censent, quia nitidiori puriorique stylo intentus a Theophylacti verbis paulo liberius quandoque vagatur. Sed ego sin omnino probandum, saltem excusandum censeo Possinum, dum eloquentiæ suæ, qua maxime præstabat, flumine raptus, intra rigidioris versionis limites sese cohibere non potuit; maluitque sensa reddere auctoris *ut orator*, quam *ut interpres*: quod idem in versione Demosthenis præstitisse se aliquando Tullius ipse testatur. Mihi potius admirationem ingerit, quod in epigraphe istius operis Theophylactum τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν, *S. Patris nostri* titulo condecorarit. Valde enim dubito, utrum in eo, quo usus est, codice elogium hujusmodi revera exstet: quandoquidem in codicibus, quos mihi inspicere licuit, nulli ipsius operi id præfixum reperiatur. Alias vero Possinus in Theophylacti laudes paulo liberalior videtur, utpote qui etiam in Epistola nuncupatoria eumdem non *sapientissimum* modo ac *venerabilem archiepiscopum*, verum etiam *Ecclesiæ doctorem* appellat; quod quidem absolute et sine aliqua limitatione de eo recte dici posse non puto.

SECTIO IX.

De Encomio in imperatorem Alexium Comnenum.

XL. Theophylacti operum nunquam hactenus editorum unum est etiam, quod sequitur, elegantissimum *Encomium in imperatorem Alexium Comnenum*. Dominus de Œfeld (quem honoris causa nomino), celeberrimæ serenissimi ducis atque electoris Bavariæ bibliothecæ præfectus meritissimus, illud propria manu descriptum ex vetusto codice bibliothecæ prædictæ editionis hujus fautoribus humanissime suppeditavit; quo sane beneficio sese obstrictos fatebuntur ii omnes qui eximii hujus opusculi perjucunda lectione fruentur. Quo illud tempore Theophylactus scripserit ac recitarit, in Dissertatione prævia num. LVI solerter et erudite expeditum jam habes. Sed hic forte percontaberis, quo potissimum fundamento Encomium istud Theophylacto, cujus opera in hoc eduntur volumine, tribuatur. Responsio in promptu est, illud Theophylacto ascriptum in vetusto codice reperiri, quin ullus sit codex qui repugnet. Per id vero temporis alium aliquem Theophylactum, præterquam Bulgariæ archiepiscopum, floruisse non constat. Stylus a stylo Theophylacti nostri minime abhorret, tametsi pro ratione encomiasticæ orationis paulo floridior sit, majorique profana eruditione refertus. Demum bibliographi quique magna consensione illud adjudicant Theophylacto, Bulgarorum antistiti.

XLI. Attamen, ut candide fatear quod sentio, hæc mihi argumenta haud satis esse videntur ad dubitationem omnem hac de re amovendam. Prædictæ siquidem orationi insunt nonnulla quæ Theophylacto nostro minus videntur congruere. Et primo quidem mirum est, quod cum cætera Theophylacti opera (quoad mihi videre licuit) illius nomini adjunctam ejus dignitatem præferant, *Encomii* hujus epigraphe solum putumque *Theophylacti* nomen exhibeat. Ecquis autem asserere certo possit, non alium eo tempore in regia urbe Theophylactum fuisse, qui *Encomio* huic concinnando esset idoneus? Deinde si istius intimam veluti formam structuramque paulo accuratius quis expendere velit, gravitatem illam et zelum, qui provectæ jam ætatis archiepiscopum deceat, vix, ac ne vix quidem in illo deprehendet. Et sane archiepiscopumne et non potius *sophistam* illud præ se ferre videtur, quod in tanta imperatoris lætitia non ecclesiasticum quidpiam, seu Ecclesiæ utilitatem respiciens, sed *sophisticen* tantum, hoc est, *oratoriam* ac *philologiam* semel iterumque commendet? *Sophista* igitur, seu professor rhetorices, qui tum floruerit Constantinopoli, hujus auctor *Encomii* esse videtur. Equidem si a Theophylacto nostro adhuc juvene ha-

bita fuisset isthæc oratio, quæ supra attulimus, nullum negotium facesserent : nam aliquando eo munere functum, cum ex aliis monumentis, tum præsertim ex secunda ex epistolis illis viginti, quas nunc primum in lucem emittimus, satis explorata res est (*a*). At Theophylacto jam senescenti, et a pluribus annis amplissimæ Ecclesiæ regimini addicto quam parum ista conveniant, nemo non videt. Alias vero *Encomii* hujus auctorem *sophistæ* et *scholarchæ* munus eodem tempore, quo illud publice recitavit, exercuisse, aperte colligitur (nisi mea me fallit opinio) ex verbis illius postremis, quibus suos ita discipulos ipsum, ut videtur, circumstantes alloquitur : *At vero ego quidem, o pueri, debitæ imperatori nostro faustæ precationis ac laudis telæ stamen jam posui ; vos subtegmen adjicite. Ego vobis artem monstravi, qua elegantius picta atque perfectior tela fiat.* Cæterum etsi hæc omnia suspicionem aliquam ingerere possint de germano orationis hujus auctore, juro tamen impedimento nobis esse non debent, quominus in hoc volumine una cum aliis Theophylacti operibus edatur : malumus enim incertum illi fetum tribuere quam forte legitimum detrahere.

SECTIO X.

De Epistolis viginti recens ernitis ex bibliotheca Vaticana.

XLII. Solertissimi editionis hujus curatores cum epistolas quasdam ineditas Theophylacti nostri in bibliotheca Vaticana latere inaudissent, eas sibi procurandas omnino putarunt, ne ulla ex parte imminuta prodiret præsens editio. Voti compotes effecti fuere humanitate summa celeberrimi viri Josephi Evodii Assemani, ejusdem bibliothecæ præfecti, qui viginti epistolas ex pluribus collectas codicibus, atque optimo charactere exaratas huc misit, ut a nobis producerentur in lucem. Eas reipsa fuisse a Theophylacto conscriptas, nullus esse videtur ambigendi locus; cum et diserte præferant Theophylacti nomen, et eumdem stylum easdemque ferme res, quas aliæ jam editæ, contineant. Quare nil dubito quominus futuræ sint Lectori gratissimæ. Peculiari tamen voluptate eum auguror afficiendum ex epistolis decima septima, decima octava, et decima nona, quæ eamdem continuare seriem videntur cum tricesima secunda ex editis a Meursio : ubi et Theophylactum perspicies auctoritatem suam in episcopum Triaditzæ exercentem, cum humanitate tamen, quæ Ecclesiæ antistitem decet, conjunctam. Ex secunda vero inscripta *Joanni Sebasto Augustæ fratri*, deprehendet, haud certum esse (ut aliqui putant) Theophylactum patria Constantinopolitanum fuisse. In ea siquidem *consanguineos et affines suos, qui in Euripo sunt*, principi viro commendans, non obscure significat, se quoque ex loco eodem, proindeque ex *Eubœa* oriundum esse ; quod colligitur etiam ex versibus, quos Patavinus S. Justinæ codex vetustissimus continet; quosque Latine redditos supra (tom. I, col. 137) apponendos ipse curavi. In aliis epistolis rudes agrestesque Bulgarorum mores, qui tum vigebant, graphice lepideque descriptos a Theophylacto Lector offendet : qui et querulo seni hyperbolicis quandoque phrasibus cum hac in re, tum in aliis calamitatibus deplorandis utenti veniam, ut arbitror, dabit. Quoad primam vero attinet adnotare hic lubet, quod post ejus impressionem accuratiore collatione deprehendi, nempe eam partem posteriorem facere epistolæ secundæ ex editis a Joanne Lami, quæ inscripta est *Magno domestico*. Animadvertenda vero est varians lectio unius vocis, quæ exstat in Lamiana editione : ubi pro νίκος, *victoria*, quod legitur in prædicta prima epistola, inibi habetur νεῖκος, *contentio* : quam lectionem alteri præferendam, imo solam veram esse puto : quippe quæ sensum multo meliorem aptioremque fundit. Cæterum etiam Lamiana editio ex illa alia corrigi et suppleri aliquatenus potest, ut conferenti patebit.

XLIII. An epistolæ aliæ ejusdem auctoris ineditæ adhuc latitent in bibliothecis, nobis plane incompertum. Hoc jure optimo asserere possumus, nulli parcitum esse labori, ut, si quæ essent, producerentur in lucem. Quare cum in librorum mss. catalogo bibliothecæ publicæ Augustanæ legissem, ibi codicem reperiri Theophylacti epistolas continentem,

(*a*) Hæc enim eo loci verba habet : Τίς δ' ἂν μοι ῥητόρων χορὸν συνεκρότησεν, ἵνα τούτων κορυφαῖος γενόμενος, ὅπερ ἦν τότε... κοινῇ τὴν λογικὴν χορείαν ἐπλήρωσα ; *Quis mihi rhetorum adjunxerit chorum, ut illorum coryphæus factus, ut olim eram... una cum eis choream oratoriam versolvam.*

earumque penultimam ut ineditam notari, confestim *scripsi* ad *cl. virum* ac dictæ bibliothecæ custodem dignissimum Gotfridum Heckingium, *rogans ut de ea* epistola notitiam mihi aliquam submitteret. At ille non modo absque mora perquam humane rescripsit, sed ipsam etiam epistolam, de qua certior fieri exoptabam, accurate nitideque descriptam ad nos transmisit. Vix ea accepta deprehendi, non a Theophylacto Bulgarorum episcopo, sed ab alio Theophylacto fuisse conscriptam, cui *Simocatæ* cognomen erat; quique alias quamplures in suorum forte discipulorum usum (erat quippe professione *sophista*, seu præceptor rhetorices) elucubravit. Hanc utpote ineditam, et alioqui brevissimam, veniam lector optimus dabit, si velut parergon hoc loci apposuero una cum versione Latina in gratiam eorum qui ejusmodi studiis delectantur. Est vero :

Dæmodocus Antigono.

Si vitæ pignora Socrates non possidet, pædagogus filii tui non constituatur. *Pignora vitæ* intelligantur filii. Quem enim esse patrem natura docuit, hunc pædagogum esse, consentaneum est : quippe qui experientia novit generationis affectionem et amoris dolores.

Δαιμόδοκος Ἀντιγόνῳ.

Εἰ μὴ βίου Σωκράτης ἐνέχυρα κέκτηται, παιδαγωγὸς τοῦ σοῦ μὴ προχειριζέσθω παιδός. *Ἐνέχυρα δὲ βίου* παῖδες νοεῖσθωσαν. Ὃν γὰρ εἶναι πατέρα φύσις ἐδίδαξε, τοῦτον καὶ παιδαγωγόν ἐστιν ἀξιόπιστον, πεῖραν μανθάνοντα καὶ γενέσεως σχέσιν καὶ στοργῆς ἀλγηδόνας.

SECTIO XI.

De postrema parte homiliæ undecimæ, In resurrectionem.

XLIV. Quæ de hac postrema parte homiliæ Theophylacti dicenda hic mihi forent, in Dissertationis præviæ num. L jam præoccupata fuere. Quare hic solum admoneo, me quidquid ex historia Eusebii derivatum in eam est, eum ipsomet fonte contulisse, eoque mei exemplaris supplesse defectus, atque etiam variantes lectiones pauculas addidisse. Codex Cæsareo-Vindobonensis, unde hæc homiliæ undecimæ pars desumpta est, integrum continet *Homiliarium*, seu in totius anni Evangelia decerptas ex variis Patribus homilias. Ex quo mihi valde verosimile fit, eum, qui prædictum concinnavit *Homiliarium*, postremam hanc homiliæ undecimæ partem suo addidisse arbitratu, ut errorem vulgi in patria sua nimis forte vigentem de Joanne in vita adhuc superstite, omnino tolleret et eliminaret. Ideo autem nunc editur hæc homiliæ pars, quia constitutum nobis est, nihil in hac editione quod Theophylacti nomine inscriptum sit, præterire.

SECTIO XII.

De Commentario in Acta apostolorum ex bibliotheca Florentino-Medicea.

XLV. Theophylacti *Commentarius in Acta apostolorum* a Sifano editus adeo rarus evasit, ut cum editionis hujus curatores eum diu quæsivissent, invenire nullibi venalem potuerint. Quod si eum aliquando nacti sunt, ex Græcia duplici editionis hujus corpore commutandum receperunt. Interea dum jamdiu supervacaneam eidem quomodolibet comparando navassent operam, deque exitu negotii hujus hærerent incerti, in eam sententiam ventum est, ut ejus apographum, qui in Florentino codice reperitur bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ, quemque Theophylacto ascribit Montefalconius in sua *Bibliotheca bibliothecarum*, sibi procurandum existimarint, rati, eumdem omnino esse cum eo qui editus a Sifano est : atque adeo, quidquid demum accidisset, variantes saltem lectiones, atque etiam correctionum subsidia suppeditaturum. At non ita res cessit. Eo enim apographo Florentia nobis allato, primum turbati sumus nullam in eo invenientes epigraphen, qua Theophylacto Bulgarorum archiepiscopo ascriberetur, deinde eum nobis evolventibus nullum apparuit indicium, cur tribuendus Theophylacto esset : adeoque mirari cœpimus, a Montefalconio indubitanter fuisse Theophylacto adjudicatum. Tandem vix ulla superfuit dubitatio, eum esse ab legitimis Theophylacti operibus expungendum, cum inter aliorum nomina Patrum, quæ citantur in margine, etiam semel Θεοφ., *Theoph.*, seu ut legendum videbatur, Θεοφύλακτος, *Theophylactus* occurrisset ; ac præsertim postquam inspeximus verba ibidem allata exstare in Commentario edito a Sifano. Hinc enim plane consequens videbatur, opus, in quo Theophylactus ipse citatur, ejusque commentarius aliis aliorum Patrum

commentariis annumeratur, nullatenus ipsi esse adjudicandum. Verum hoc argumentum vim pene omnem amittere visum est, postquam ex Catena Oxoniensi (de qua superius) intellexi, expositionem illam Theodori Heracleensis esse, utpote qui diserte citatur pagina 58 ejus codicis, cujus exemplar, ut rei hujus certior fierem, postulavi et obtinui. Hinc enim suborta mihi suspicio est, oscitantia veteris aut recentioris amanuensis scriptum in codice Florentino, vel nostro exemplari fuisse Θεοφ., *Theoph.*, pro Θεοδ., *Theod.* Sed quomodocunque res ista se habeat, ut certum puto, Montefalconium non alio niti fundamento potuisse ad Commentarium hunc Theophylacto asserendum, quam quod, dum raptim illum evolveret, in aliqua inciderit loca continentia illud idem quod ante in Sifaniano Commentario perlegisset. Mihi saltem non aliud animo fundamentum occurrit. Id vero quam sit imbecillum in Commentariis, qui vel puram Catenæ rationem habent, vel ad illam proxime accedunt, quisquis facile intelligit.

XLVI. Verum si res ita se habet, cur igitur hic a nobis in lucem emittitur? Cur etiam Græce duntaxat? In lucem hic emitti respondeo, primum, quod viro sane doctissimo visus fuerit esse Theophylacti; neque certo aliquo perspicuoque argumento refelli possit ista hæc opinio. 2. Quia æquum non censui, apographum istud omnino interire; quippe quod esse fortasse poterit alicui posteris usui, quemadmodum mihi non inutile fuit, ut Commentarii Vaticani (de quo dictum est supra) exemplar emendarem atque supplerem. Et quidem quoad ejus attinet usum, breviter patefaciam, quod mihi eum percurrenti venit in mentem : nimirum ex tribus hisce *in Acta apostolica* Commentariis, quos volumen istud complectitur (præsertim si Chrysostomi fontis omnium præcipui adnotationes addantur) perfectum confici posse, absolutumque in eadem Acta Commentarium; cum singuli cæteroquin haud parum procul sint a debita perfectione. Poterit igitur quispiam ex singulis ea quæ ad rem maxime faciunt, seligendi curam laboremque suscipere : quem forte egomet suscepissem, nisi aliæ, quibus distrahor, curæ et valetudinis imbecillitas inhibuissent. En igitur ratio, cur illum ediderim. Græce autem tantum edidi, quia ex una parte levissimum est fundamentum Commentarii hujus Theophylacto adjudicandi : ex altera vero expositiones ejus pleræque in alterutro ex iis, qui voluminis hujus initio impressi sunt, Sifaniano scilicet, et Vaticano, non modo quoad sensum, sed etiam quoad verba sæpenumero insunt. Hinc pretium operæ minime esse censui, novum hunc subire laborem, et aliquorum accessione foliorum nulla propemodum utilitate volumen hoc onerare.

XLVII. Quamvis autem Commentarium hunc Latine non verterim, non ideo tamen ab omni in eo edendo labore me absolvi. Lacunas enim, quibus apographum frequenter hiabat (præsertim sub ejus initium) explere pro viribus studui. Et initio quidem, ubi spissiores lacunæ erant, mihi in hanc rem incumbenti percommodum fuit Catenæ Oxoniensis in eadem Acta primum, quod habebam præ manibus, folium : cum ipsa quippe Catena apographum meum sic inibi convenire deprehendi, ut idem esse opus videretur, nisi ex postrema illius parte, atque ex duobus aliis, quæ mihi cernere licuit, ejus foliis omnino cognovissem, Catenam Oxoniensem multa complecti, quæ in Florentino Commentario desiderantur. Posterior iste fortasse excerptus est ex illa priore. Ad sarciendas vero, quæ occurrerent in progressu, lacunas alterutro ex Commentariis prædictis, Sifaniano scilicet, et Vaticano, sed omnium frequentissime magno Chrysostomo usus sum; et ea quidem felicitate, ut ex plurimis, quæ inerant antea, lacunis una tantum, vel altera inexpleta mihi remanserit. Verba a nobis addita ex signis, quibus uti in similibus solemus, Lector agnoscet. Ad calcem Commentarii, ne integra pagina omnino vacua remaneret, ab eo loco pag. 629, col. 2, Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς χρόνος, rogatu typographi adjeci verba, quibus Catena Oxoniensis absolvitur. Neque id Lectori injucundum fore confido : sic enim prædictæ Catenæ, quam *præstantissimam* appellat Fabricius in *Bibl. Græca*, initium tenebit et finem.

SECTIO XIII.

De Epistolis a Meursio editis, et a Lamio.

XLVIII. Forte mirabitur Lector, quod istæ epistolæ ab aliis viginti sejunctæ huic editioni fuerint insertæ, cum nemo non videat, naturalem ordinem postulasse ut conjunctim ederentur omnes. Consilii itaque nostri hanc rationem habeto. Principio fuerat

constitutum, ut viginti duntaxat Theophylacti epistolæ hoc in volumine sedem haberent, quæ nondum publicam lucem aspexerant; cum eæ tantum huic tertio volumini, quod ineditis Theophylacti operibus excipiendis destinatum in primis erat, explendo satis esse viderentur, adjectis tamen duobus operibus adhuc ineditis, quorum alterum Parisiis, alterum Florentia præstolabamur. Sed primum illud sæpe promissum, nunquam perlatum ad nos est. Alterum quidem accepimus; sed illud perpendentibus nobis non suspicio duntaxat, sed certa persuasio insedit, ad Theophylactum nullatenus pertinere. Nos vero in errorem perduxerat, quæ apud Montefalconium legitur in *Biblioth. bibliothecarum* t. I, pag. 35, immiuuta inscriptio, quæ sequitur : *Threnodia super beatæ memoriæ viro D. Theophylacto*. Scilicet ejusmodi titulus nos erexerat in spem, *Threnodium*, de qua hic sermo, genus aliquod orationis funebris esse in Theophylactum jam mortuum, quæ huic volumini ea ratione inseri posset, quod aliqua ex gestis virtutibusque (ut in hujusmodi orationibus accidere solet) illius celebris archiepiscopi complecteretur. At sola lectio epigraphes exemplaris ad nos transmissi ab omni omnino spe et præconcepta nos opinione dejecit; ita enim se habet : Θρηνῳδὴ ἐπὶ τῷ μακαρίτῳ κύρῳ Θεοφυλάκτῳ τῷ Βελισσαρίτῳ, *Lamentatio super felicis memoriæ viro domino Theophylacto Belissarito*. Porro vel ipsum *Belissariti* cognomen satis procul dubio fuisset, ut Theophylactum hunc a Bulgarorum archiepiscopo secerneremus, etiamsi quæ continentur in hac oratione lugubri aliquo modo fuissent ambigua. Sed et res in ipsa contentæ Theophylactum exhibent a nostro plane diversum : tota enim impenditur in deplorando immaturo juvenis cujusdam nobilis interitu, qui cum generis nobilitate, tum virtutum ornamento præstabat : quique dum Athenis studio operam daret, faucibus angina interclusis, migravit e vita, datis ante pluribus pietatis indiciis. Eum igitur solum ex hoc opusculo fructum referre potuerunt curatores istiusce editionis, ut magis magisque perspectam omnibus testatamque redderent diligentiam, qua usi sunt, maximam in conquirendis undique, nulla sumptus ratione habita, operibus ad Theophylactum nostrum quomodolibet pertinentibus. Cum igitur hujus alteriusque defectu operis non pauca deessent folia ad præstitutam hujus voluminis molem, curatores prædicti, impressis jam epistolis viginti, et Græco Commentario insequente, consilium capessivere (ad alium tomum reservato opere, quod Parisiis præstolantur) adjiciendi etiam epistolas a Meursio et Lamio editas, ne tomus iste æquo brevior evaderet; simulque celeritate summa curandi ipsius impressionem, ne eruditorum vota diutius fatigarentur. Hinc vero hoc solum incommodi accidit (quod enim ejusmodi epistolæ ab aliis sejunctæ prodeant, pro nihilo habendum esse a viris prudentibus puto) quod Marinerianæ versionis emendationem, quam aggredi ac perficere statotempore constitueram, capto a curatoribus novo inopinatoque consilio, et re maxime properata, præstare non potuerim. At versionem illam tolerabilem ad minus esse, vel ex eo mihi persuadeo, quod Lamius, vir doctissimus, Græcique idiomatis peritissimus, in celebri editione Meursiana, cui præest, eam collocare non dubitarit. Nullam igitur in his edendis epistolis ipse operam posui, adeoque nihil de iisdem superest mihi dicendum. Et hæc quoad singulas hujus voluminis partes. Nunc pauca de versione mea, additisque notis, antequam Præfationem absolvo, adjicere lubet.

XLIX. Usus sum liberiore versionis genere; non quidem, ut eam redderem elegantiorem, sed ut clariorem magisque perspicuam. Etenim in ea semper sententia fui, eum haud perfecte fungi *interpretis* munere, qui accurate quidem verba transferre satagit, auctoris vero sensum obscurum relinquit. Hujus siquidem explicationem potissimum ad *interpretem* pertinere, patet vel ex eo quod ii etiam qui cujuspiam auctoris sensum tametsi in eadem lingua, clariorem reddunt, soleant *interpretes* appellari. Plerumque igitur in id tantummodo laboravi, ut sensum quem auctoris verba diligentius expensa continere censui, phrasi, quoad potui, clariore, verbisque æquivalentibus exhiberem. Sicubi vero auctoris mens minus certa exploratague mihi visa est, tum pressius hærere verbis consultius existimavi, acuto Lectori potestatem ut facerem ea ut sibi probabilius videretur interpretandi. In hujusmodi scopulos semel et iterum incidi dum verterem Epistolas, quæ mihi ubique difficiles, alicubi visæ sunt etiam satis obscuræ. Fortasse

Theophylactus in eis conscribendis clariore stylo usus non est, quia ad familiares et domesticos scribens, clarius sese explicare aut neglexit aut noluit. In variis tomi hujus operibus a me Latine redditis diversitatem aliquam in ipsa versione fortasse Lector offendet, ita ut modo magis, modo minus elaborata ei videatur atque expolita; quandoque etiam magis, quandoque minus Theophylacti verbis astricta. Cujus diversitatis eam causam esse sciat, quod ego non continenter, sed per varia temporis intervalla, adeoque et varia utens corporis valetudine, variisque curis plus minusve distentus, versiones hujusmodi elucubrarim : unde aliquam styli atque interpretationis diversitatem oriri necesse fuit. Quoad notas attinet, noverit Lector, me minime id muneris mihi sumpsisse, ut notis de more subjectis Theophylacti opera illustrarem : neque enim necesse id erat, neque per occupationes meas et corporis valetudinem præstare id mihi licuisset. Solum igitur notas aliquas operibus a me translatis hac illacque aspersi, ubi vel major aliqua urgere necessitas videbatur, vel promptum omnino erat, quod adnotarem. Illud postremo loco monendum superest, sacræ Scripturæ textus juxta versionem Vulgatam attulisse me, ut Catholicorum qui ei assueti sunt, commodo præsertim inservirem; atque non Novi duntaxat, sed etiam Veteris Testamenti verba afferendo : licet Theophylactus, utpote Græcus auctor, quoad secundum, utatur versione Τῶν LXX. Cum vero Vulgatæ verba adeo differrent a verbis per Theophylactum allatis, ut ejus fini minime consentanea viderentur, tunc pressius ea vertere necessarium omnino visum est.

L. Jam vero, lector optime, habes omnium, quæ tomus iste complectitur, operum laborisque a me in eo insumpti rationem. Quoad duplicem enim Indicem, Græcum unum, alterumque Latinum, quos postremo loco adjeci, nihil habeo, quod dicam, nisi me in eo spectasse delectum potius quam copiam. Nihil etiam de impressionis accurata correctione dicam; quippe quæ ad me non spectat, sed ad eum qui specimina correxit. Solum igitur nunc superest, ut te etiam atque etiam rogem, meum hunc qualemcunque laborem ut si probare omnino non possis, conatum saltem meum æquo grataque animo excipere velis.

Nobilibus, generosis atque magnificis viris D. Marco et Joanni Fuggeris fratribus, Antonii filiis, Kirchpergæ et Weissenhorni baronibus, etc., dominis suis charissimis et amicis summis, Laurentius SIFANUS, Prunsfeldius, J. U. Doctor, S. P. D.

Cum abhinc triennium, viri generosi, Arnoldus Bircomannus, Agrippinensis bibliopola, hoc opus scholiorum in Acta apostolica divi Lucæ, ex Austria a clarissimo viro D. Joanne Sambuco ad se missum, mihi exhibuisset : quod erat exemplar obsoletum, et compendio litterarum adeo intricatum atque obscuratum, ut ab admodum paucis Coloniæ legi posset, mecum agere cœpit, ut susciperem ejus describendi laborem. Haud enim ignorabat me olim Lutetiæ ejusmodi describendis vetustis codicibus Græcis exercitatum, haud multum in lectione esse laboraturum. Ego vero cum intelligerem eum opus illud Græce simul et Latine divulgare in animo habere, cupiebam quidem et illi pro amicitia morem gerere et publicæ utilitati consulere ; sed deterrebat me cum scripturæ exilitas oculis inimica, tum exemplum minus emendatum, præsertim cum deesset aliud apographum unde corrigi hujus atque emendari vitia possent. Itaque, quanquam ægre, concessi tamen petenti, et rem suscepi ; et cum vitandæ pestiferæ contagionis causa me in patriam ex urbe recepissem, apud Jacobum Panhusium abbatem cœnobii Steinveldii, virum et litteris, et pietate, et prudentia ornatissimum, hoc opus haud sine maximo labore ac læsione oculorum descripsi ; quod ubi transcriptum Bircomanno tradidi. Ille porro mecum agere cœpit, ut quod descripseram, etiam converterem in sermonem Latinum. Ego vero (quod haud ignorabam quantopere mihi æstuandum atque sudandum esset in opere, cujus unum duntaxat exstaret exemplum, idque multis in locis mutilum atque depravatum), aliquantisper cunctatus, tandem Ecclesiæ, in tam utili præsertim ac pio opere, juvandæ studio, atque etiam tolerabili a Bircomanno proposita conditione, rem aggressus sum : ac vix tandem absolvi. Nam sæpenumero, dum in loca mutila atque corrupta incidebam, tædio laboris frequenter irriti, ac propemodum desperatione rei feliciter absolvendæ (cum nec semper otium esset), ab opere cessavi, quod plerumque etiam facere solco, ubi mihi ipse non satisfacio: neo enim mihi persuadere possum, ab aliis probatum iri, quod mihimetipsi displiceat. Itaque cum perpe-

tuum in convertendo morem servare soleo, ut non ante pergam opere instituto, quam prioris diei labores recognovero, et usque eo correxero, ut animo meo aliquo modo satisfiat. Ac quanquam mihi non ubique satisfeci (qui enim potuissem in iis locis, ubi corrupto penitus ac mutilato apographo conjecturas sequi necesse habui?), malui tamen re suscepta fidem meam liberare, nec hominum exspectationem frustrari, et aliquid potius in parte operis, quod aliquando sarciatur, minus probari, quam totum opus diu desiderari. Habetis simul consilium meum in suscipienda re, et re suscepta, causam cur tam sero opus absolutum atque perfectum prodeat in lucem. Cum igitur operi jam propemodum finis impositus esset, atque ego mecum deliberarem atque consultarem quem his laboribus meis potissimum deligerem patronum, amicis aliis alios, eosque amplissimos quidem viros, sed quibuscum mihi nulla propemodum notitia intercederet, proponentibus: ego cum ineptum et importunum esse judicabam, magnorum virorum eorumque ignotorum, et ad quos nullum quis aditum habeat, amicitias appetere, ac sese non modo serviliter, verum etiam impudenter insinuare: tum meæ naturæ atque ingenio videbam rem esse maxime adversam et inimicam. Atque haud ignorabam eos, quibus ignotis ejusmodi honos habetur, non absque causa suspicari solere suam ab hominibus importunis munificentiam atque liberalitatem sollicitari: sed si quis beneficio affectus animi sui gratitudinem declarare studeat, eum non modo non offendere, verum etiam laudem, si nihil aliud proficiat, ab hominibus ferre solere. Quæ cum animo agitarem, atque perplexus hærerem cui hos meos labores absque offensione atque obtrectatione cujusquam dedicarem (non enim convenire nec expedire videbatur, librum absque patrono atque defensore judicium hominum subire, præsertim cujus auctor etiam nunc superesset: quippe cum vivi magis quam mortui invidiæ obnoxii simus et obtrectantibus opportuni), vos mihi in primis, ut par est, in mentem venistis, quibus non modo propter vetera, verum etiam ob recentia merita, imo vero propter perpetuam erga me beneficentiam atque liberalitatem, omnium longe plurimum deberem. Non me præterit, auribus vestris ingratam et injucundam esse immodicam ac nimiam liberalitatis vestræ prædicationem: verum date, quæso, hanc veniam mihi, cui nihil unquam petenti denegastis, sed plurima non petenti tribuistis, ut summatim saltem in me collata beneficia vestra percurram. Nam patris vestri, amplissimi atque optimi viri, in me summa collata beneficia, alio loco abunde satis commemoravi, quo vita defuncto, vos non modo facultatum et opum illius hæredes exstitistis, verum etiam virtutum et liberalitatis in primis imitatores fuistis: quæ tanta exstitit erga me, ut illius mortui liberalitatem atque munificentiam haud magnopere desiderarim. Nam, ut superiora præteream, quæ frequentia atque ingentia fuerunt, primum vos ante biennium, cum in hoc opere versarer, nihil tale non modo petenti, verum etiam ne cogitanti quidem bonam pecuniæ summam mihi suppeditari ac subministrari curastis: deinde, cum jam liberalitatem vestram citius fatigatam esse suspicatus fuissem, quam aliquid ejusmodi sperare, nedum petere, ausus essem, ante paucos menses præteritos æque magna atque biennio ante me summa pecuniæ donastis. Quo beneficio tempore opportunissimo a vobis accepto, cum videlicet deliberarem quem potissimum huic partui meo tutorem ac defensorem pararem, omnis dubitatio cunctatioque mihi propemodum exempta est: nam restabat etiam nunc scrupulus unus. Quoniam etiam sciebam, quo minus appetitis, eo plures vobis honores deferri, ac multos homines doctos vobis suos labores atque lucubrationes dedicasse, subverebar ne animos vestros talibus epulis satiatos atque repletos intempestiva benevolentia offenderem citius quam hoc genere officii gratiam a vobis inirem. Sed tamen cum liber absque patrono omnino non divulgandus, nec hominum judicio objiciendus esse videretur, et non satis pie nec recte me facturum esse judicarem, si vobis præteritis alios mihi patronos quærerem (non enim cæterorum hominum eadem quæ vestra sunt udicia) malui in hanc partem peccare, quam cuiquam minus prudenti non satis gratus videri. Non enim video nec sperare possum fore aliquando tempus, quo alio officii genere atque hoc, vestra beneficia remunerari possim, quippe cum nihil mihi suppetat præter voluntatem. Huc accedit quod videbam haud facile alios ex numero amicorum præter vos me reperire posse, qui cum propter utriusque linguæ peritiam haud vulgarem optime de hujusmodi scriptis judicare possent, tum candide atque sincere judicaturi essent. Quamobrem a vobis pro vestra in me perpetua ac maxima benevolentia majorem in modum peto quæsoque, ut hunc parvum et exiguum partum, quem vobis in clientelam et fidem commendo, ab invidis omni ope tueri, a calumniatoribus et obtrectatoribus omnibus viribus defendere velitis: qui si a vobis dignus judicatus fuerit quem amplectamini, quem in familiam vestram recipiatis atque foveatis, si hominibus piis et studiosis aliquando utilis fuerit, nihil mihi istic vindicabo, in vos omnes meum jus transfero, quorum opibus adjutus et sustentatus, hunc fœtum produxi: qui sicubi deformior minusve perfectus et in aliqua parte sui mutilus ac depravatus apparuerit, hoc partim vitiis matris Græcæ, quæ mihi haud incorrupta conciliata est, attribuitote: partim meæ imbecillitati assignatote, a quo, superante malo vires et ingenium artificis, omnia corrigi et emendari non potuerunt. Nam si quis iniquior et malignior judex hæc, quæ de matris Græcæ vitiis dico, minus sincera atque integra fide a me proferri suspicabitur, producam eorum quæ dico locupletissimum testem, clarissimum doctissimumque virum D. Joannem Sambucum Pannonium: in ejus enim potestate matris istius parentes sunt, et clarissima,

gravissima firmissimaque exstant eorum, quæ dico, signa atque documenta. Hæc vos idcirco monendos esse judicavi, ut instructiores sitis adversus eos qui istum fœtum voluerint impugnare, nam quantum in me fuit, nulli nec labori nec diligentiæ in eo fingendo atque formando unquam peperci. Quid præstiterim quidve assecutus sim, quoniam exstant documenta Græce atque Latine, atque adeo cæterorum hominum utriusque linguæ peritorum, si vitiorum modo memoratæ matris Græcæ rationem habueritis, judicio permitto.

Quod attinet ad rationem temporum, quibus vixerit Theophylactus Bulgariæ archiepiscopus, nondum mihi satis constare potuit : ut enim conjicere possum, plures hoc nomine fuerunt. Nam Nicephorus, *Ecclesiasticæ Historiæ* lib. XIV, cap. 39, ubi de translatione aliquot episcoporum agit, Basilio Porphyrogenneta Constantinopoli imperante, Theophylactum quemdam Sebastiæ episcopum Rosiam translatum esse scribit. Wilhelmus Lindanus, sacræ theologiæ professor Lovaniensis, in chronologia quam ad frontem suæ *Panopliæ* apposuit, Theophylactum quemdam, quem in illa sua *Panoplia* inter cæteros auctorem secutus sit, anno a nativitate Domini septingentesimo vixisse significat, sed cujus civitatis episcopus fuerit, non adjicit. Est autem verisimile, quoniam nullius alterius, quod equidem sciam, scripta exstant, hunc archiepiscopum Bulgariæ ab illo significari, quem etiam Erasmus Chrysostomi abbreviatorem esse dixit, et titulus hujus operis hoc præ se fert. Nam non solum ex Joanne Chrysostomo, verum etiam ex Basilio, Cyrillo, Severo, et nonnullis aliis, quæ ad propositum et rem institutam pertinere viderentur, desumpsit et in unum corpus contraxit : quam rem non modo genus dicendi, si quis animum attendat, verum etiam nomina auctorum in margine annotata significant atque declarant. Joannes Œcolampadius, in præfatione quam apposuit Theophylacti quatuor Evangeliorum explicationibus ab sese conversis, nihil aliud quam illum inter Græcos theologos recentiorem fuisse significat, sed haud falsis eum laudibus ornat, quas si quis requirit, ne ab aliis bene dicta mihi cum fastidio legentium repetere necesse sit, illinc petat, atque etiam ex præfatione Nicolai Beraldi, quæ præposita est Commentariis illius *in Epistolas divi Pauli*, a Christophoro Porsena, Romano, in Latinum sermonem conversis : qui (quod præterire non possum) « Unum hoc, inquit, satis constat, in his Commentariis pia esse omnia et orthodoxa longeque ab iis dissidentia quæ theologorum vulgus quotidie magno supercilio indoctæ plebis auribus inculcat. Ubique enim apostolicum pectus non modo explicat operis hujus auctor, sed etiam refert, sapit ac spirat, id quod quam paucis merito tribuendum sit, facile intelliget, qui novitios theologos antiquis illis, cum Latinis tum Græcis, composuerit. » Hæc Beraldus. Œcolampadius prolixius ac singulatim Theophylacti virtutes persequitur atque recenset. Christophorus Porsena, in sua Præfatione ad Sixtum IV pontificem Romanum, Theophylacti temporum nullam facit mentionem. Misit ad nos D. Joannes Sambucus orationem Græcam hac inscriptione : Θεοφυλάκτου λόγος εἰς τὸν αὐτοκράτορα κύριον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν. Quod si is est noster Theophylactus, nempe archiepiscopus Bulgariæ, jam non amplius dubium esse potest quo tempore vixerit. Nihil aliud ego neque de vita neque de temporibus hujus nostri Theophylacti diligenter scrutando atque inquirendo potui invenire. Quod reliquum est, vos etiam atque etiam rogo ac vehementer peto, ut hoc exiguum atque adeo tenuissimum munusculum, vobis licet indignum vestrisque in me summis beneficiis ac meritis impar, æqui tamen facere bonique consulere, et ut ab animi benevolentia atque gratitudine profectum, hilari vultu lætaque fronte accipere velitis. Hoc si a vobis consecutus fuero, abunde satis magnos laborum me fructus cepisse existimabo. Bene valete, viri amplissimi.

Ex monasterio Steinweldio XII Kalendas Septembris, anno Domini 1567.

Clarissimo excellentissimoque viro, D. Joanni SAMBUCO, Pannonio, Cæsareæ Majestatis medico et historiographo, Laurentius SIFANUS, Prunsfeldius, J. U. Doctor, S. P. D.

En prodit tandem in publicum, vir clarissime, Theophylactus tuus Græcus a me factus Latinus : tuum dico, quo careremus, nisi tu quod separatim habere tibi proprium licebat, commune ac publicum bonum esse maluisses. Causa cur tam sero prodeat, ut etiam librarii culpam recipiam in me, hæc est, quod dum ille de me Latine, ego de illo Græce discere nitebamur, ubi alter alterum minus intelligebamus, cum interpres utrique deesset, atque haud incorruptis ministris uteremur, conjecturis quibus alter alterius sensa assequeremur, multis in locis uti habuimus necesse. Cujus rei quoniam clara documenta sunt in promptu, ne inepta prolixitate verborum typographo festinanti sim in mora, te etiam atque etiam rogo, ut hæc ipsa quæ dico documenta scrutando atque examinando, æquum te mihi judicem atque faventem præbere, et istam operam quam præstiti æqui bonique facere velis. Quod reliquum est, magnas tibi et agimus et habemus gratias, qui istud mancipium publicæ utilitatis inservire, quam domi privatum

habere maluisti: ac te hortamur, ut deinceps macta ista virtute sis, et ea quæ etiam nunc penes te habes ejusdem generis, atque etiam diversæ nationis mancipia manumittere ac bono publico dicare velis. Illud quod pene præterieram, te admonitum velim, me in iis locis, ubi lectio scripti exempli prorsus non tolerari nec excusari posse videbatur, ad marginem e regione posuisse illam ipsam lectionem quam correxi, adjecto videlicet verbo *habetur* aut *habebatur*: ut si (quod alicubi fieri potuit) errassem, lectoris judicium integrum esset, utram lectionem sequi mallet. Sed ubi dubitavi de lectione (scis enim unico me duntaxat tuo usum esse apographo), ibi in margine apposui aliam lectionem, quam conjecturas secutus veram esse aut esse debere puto, adjecta videlicet dictione ἴσως. Atque hoc ut admonerem studiosos, quibus ea facultas est, ut adhibitis correctioribus exemplaribus, ipsi sibi juxta ac reipublicæ consulant in istiusmodi locis, ubi hoc ad intelligendum melius explicationem Theophylacti conducere videbatur, in scholiis repetivi verba divi Lucæ, atque etiam iterata inserui exemplari Græco; quod collatione facta cum tuo manuscripto propemodum necessarium fuisse videbis in multis locis, quæ a minus prudenti lectore parum intellecta præteriri potuissent.

Bene vale. Raptim ex monasterio Steinweldio x Kalendas Septembris, anno Domini 1567.

In Theophylacti in Acta apostolorum Explicationes a Laurentio Sifano Latine factas, Petri Kempensis Epigramma.

Betula cur geminos diffundit vertice ramos,
Quæ viret his scriptis, docte Sifane, tuis?
Quorum hos populeis docta insitione videmus,
Atque illos lauri luxuriare comis.
Necnon Argolicos simili ambitione lepores,
Ambas spirare et Ausonias Veneres.
Esse quid hoc dicam? nunquod tua scripta columnis
Graiis et Latiis discriminata nitent?
Queis satis ostendis linguæ tibi gloria quanta,
Dum versas Latio Graia scripta stylo.
An potius quæ pressa diu latuere sub alto,
Nomina neglectu, et squalidiore situ,
Incepere tuis tandem juvenescere chartis,
Et fieri voto splendidiora tuo?
Scriptaque Grajugenis tantum celebrata Lycæis
Permittis cœlo liberiore frui?
Et Latii spirare fidem, Latiumque nitorem
Dum subiit cultus lingua Pelasga novos?
Cum Herculeus labor hic, pietas et Apolline digna,
Magna venit meritis gratia danda tuis.
Propterea ipse suas Tirynthius explicat umbras,
Implicet ut meritum lecta corona caput.
Καὶ σοῦ, Λαυρέντι, κροτάφους περίδησεν Ἀπόλλων
Κορικίοις δάφνης πλέγμασι χρυσοκόμου,
Ἶσον δτ' ἀμφοτέρων σοφίῃ, γλώττῃ τ' ὑπερέχεις,
Δείγματα μειλιχίης ἀμφοτέρου χάριτος.
Hoc pretium studii vigilatorumque laborum,
Hic studiis partus te comitatur honos.
Te merito hæc igitur comitatur gloria lauri,
Famaque per nullos interitura dies.

LAURENTII SIFANI ADMONITIUNCULA AD LECTOREM.

Admonendus Lector, ubi diversa in margine translatio apposita est, per V. *Vulgatam versionem significari: diversam ab hoc meam esse. Quod attinet ad diversam lectionem Græcam, ubi in margine appositum est,* habebatur *aut* habetur, *illic a me correctam esse procul dubio corruptam in manuscripto lectionem; sed ubi ascriptum est ad Græcam in margine positam diversam lectionem,* ἴσως, *id est,* forsitan, *ibi me conjecturis usum ita legendum esse putare.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ

ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΟΙΣ ΑΥΤΩΝ.

ARGUMENTUM LIBRI ACTORUM

UNA CUM CAPITULIS EORUM.

Acta apostolorum liber hic vocatur, quoniam simul continet acta apostolorum: qui autem hæc

Πράξεις ἀποστόλων τὸ βιβλίον καλεῖται, ἐπειδὴ τὰς πράξεις ὁμοῦ τῶν ἀποστόλων περιέχει. Ὁ δὲ

διηγούμενος ταύτας, ἐστὶ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς, ὁ καὶ τὸ βιβλίον συγγράφων· Ἀντιοχεὺς γὰρ οὗτος ὑπάρχων τὸ γένος, ἰατρός τε τὴν ἐπιστήμην, συναπεδήμει γὰρ [1] τοῖς τε ἄλλοις ἀποστόλοις, καὶ μάλιστα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδὼς ἀκριβῶς γράφει. Διηγεῖται δὲ ἐν αὐτῷ, πῶς ἀγγέλων ὑπολαβόντων ἀνελήφθη ὁ Κύριος. Καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔκχυσιν γενομένην ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἐπί τε τοὺς ἀποστόλους [2] καὶ πάντας τοὺς τότε παρόντας· τήν τε κατάστασιν τοῦ Ματθία [3] ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου· καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἑπτὰ Διακόνων· καὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ Παύλου· καὶ ὅσα ἔπαθε· καὶ ὅσα οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν πίστεως ἐθαυματούργησαν. Καὶ τέλος τὴν εἰς Ῥώμην ἀποδημίαν αὐτοῦ. Τῶν δὲ ἀποστόλων τὰς πράξεις, καὶ τὰ σημεῖα τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα διηγεῖται Λουκᾶς· καὶ ἔστιν ἃ καὶ ἐξηγεῖται σημεῖα ταῦτα·

α'. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐθεράπευσαν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου τὸν ἐκ γεννητῆς χωλὸν, τὸν ἐν τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ καθήμενον.

β'. Πέτρος Ἀνανίαν καὶ Σαπφείραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἤλεγξε νοσφισαμένους ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας τῆς εἰς Θεόν· καὶ γεγόνασι παραχρῆμα νεκροί.

γ'. Πέτρος τὸν παράλυτον Ἐνέαν [4] ἀνέστησεν.

δ'. Πέτρος ἐν Ἰόππῃ τὴν ἀποθανοῦσαν νεκρὰν Δορκάδα εὐξάμενος ἤγειρε.

ε'. Πέτρος τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθιέμενον σκεῦος πλῆρες παντὸς ζώου ἑώρακε.

ς'. Πέτρου ἡ σκιὰ ἐρχομένη ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας, ἐθεράπευεν αὐτούς.

ζ'. Πέτρος τηρούμενος καὶ δεδεμένος ἐν τῇ φυλακῇ, ὑπὸ ἀγγέλου ἀπελύθη, μὴ εἰδότων τῶν στρατιωτῶν· καὶ Ἡρώδης σκωληκόβρωτος γενόμενος ἐξέψυξε.

η'. Στέφανος ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα.

θ'. Φίλιππος ἐν Σαμαρίᾳ πολλὰ πνεύματα ἐξέβαλε· καὶ χωλοὶ καὶ παραλελυμένοι ἐθεραπεύθησαν ὑπ' αὐτοῦ.

ι'. Παῦλος ἐγγίζων τῇ Δαμασκῷ, εἶδεν ὀπτασίαν. καὶ εὐθὺς γέγονεν εὐαγγελιστής.

ια'. Ὁ αὐτὸς Φίλιππος τὸν εὐνοῦχον ὑπήντησεν ἀναγινώσκοντα καὶ ἐβάπτισε.

ιβ'. Παῦλος ἐν Λύστροις χωλὸν ἐκ γεννητῆς ὄντα ἐθεράπευσεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου.

ιγ'. Παῦλος ἀπὸ ὀπτασίας εἰς Μακεδονίαν ἐκλήθη.

ιδ'. Παῦλος γυναῖκα τὴν ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος ἐκαθάρισεν [5] ἐν Φιλίπποις.

ιε'. Παῦλος καὶ Σίλας εἰς φυλακὴν ἐβλήθησαν· καὶ ἠσφαλισμένους εἶχον τοὺς πόδας ἐν τῷ ξύλῳ. Ἐν δὲ τῷ μεσονυκτίῳ σεισμὸς γέγονε· καὶ λέλυνται αὐτῶν τὰ δεσμά.

ις'. Ἀπὸ τοῦ χρωτὸς Παύλου ἀπέφερον σουδάρια

A exponit, Lucas est evangelista, qui et librum conscripsit. Hic enim patria Antiochenus, arte medicus, peregrinabatur tum una cum cæteris apostolis, tum maximam partem una cum Paulo : atque ea scribit, quæ plene comperta habebat. Narrat autem in eo, quemadmodum, angelis suscipientibus, Dominus assumptus est : et ut Spiritus sanctus in die Pentecostes, cum super apostolos, tum super omnes, qui tunc aderant, effusus sit : adhæc ut Matthias in locum Judæ proditoris substitutus sit ; describit item creationem septem diaconorum, et electionem Pauli, quæque passus sit ; præterea miracula, quæ per orationem et fidem in Christum apostoli fecerunt, et ut tandem Paulus Romam pervenerit. Apostolorum autem acta, et signa ab iis

B facta, Lucas exponit. Signa vero, quæ ab illo narrantur, sunt hæc :

1. Petrus et Joannes per nomen Domini, eum, qui claudus natus ad portam Pulchram sedebat (mendicans), curaverunt.

2. Petrus Ananian et Sappheiran ejus uxorem de pretio, quod Deo promiserant, seposuisse convicit, et e vestigio mortui sunt.

3. Petrus Æuean, qui paralysi laborabat, excitavit.

4. Petrus Joppæ vita defunctam Dorcada per orationem a morte excitavit.

5. Petrus vidit vas, quod refertum omni genere animalium de cœlo demittebatur.

C 6. Petri umbra, si ad ægrotantes pertineret, eos sanabat.

7. Petrus cum vinctus in carcere asservaretur, insciis militibus, ab angelo solutus et dimissus est· et Herodes a vermibus erosus exspiravit.

8. Stephanus prodigia atque miracula faciebat.

9. Philippus (Diaconus) in Samaria multos spiritus ejecit. Claudi item ac paralytici ab eo curati sunt.

10. Paulus appropinquans Damasco, vidit visionem, et statim factus est Evangelii prædicator.

11. Idem Philippus obviam processit eunucho, eumque baptizavit.

D 12. Paulus Lystris per nomen Domini claudum natum curavit.

13. Paulus per visionem in Macedoniam vocatus est.

14. Paulus mulierem habentem spiritum Pythonis Philippis curavit.

15. Paulus et Silas in carcerem conjecti, eorumque pedes ligno constricti erant : nocte vero media terræmotus factus est, et eorum vincula soluta fuerunt.

16. A corpore Pauli deferebant sudaria super

Variæ lectiones.

[1] *locus videtur corruptus.* [2] τῶν ἀποστόλων *habebatur.* [3] Ματθίας *habebatur.* [4] Αἰνέαν *et* Αἰναΐαν, *habebatur in excusis.* [5] ἐκαθαίρησεν, *erat.*

ægrotos, et dæmoniis correptos : quo facto curabantur.

17. Paulus Troade de fenestra delapsum et mortuum Eutychum excitavit, dicens : Anima ejus in eo est.

18. Paulus in Cypro increpuit Elyman magum : atque ipse magus cæcus evasit.

19. Paulus dum Romam navigaret, tempestate jactatus est, et ipse , et omnes, qui erant in navi ad dies et noctes quatuordecim. Omnibus autem mortem exspectantibus, cum Dominus Paulo astaret, dixit ei : Propter te vitam his concessi : et salvi evaserunt omnes.

20. Egressum Paulum e navi, vipera momordit, atque omnes putabant fore ut moreretur : ut autem mansit integer et incolumis, putabant eum esse deum.

21. Principem insulæ Publium dysenteria correptum, impositis manibus Paulus sanavit : multos item alios ægrotos curavit.

A ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας καὶ δαιμονιῶντας · καὶ ἐθεραπεύοντο.

ιζ'. Παῦλος ἐν Τρωάδι πεσόντα Εὔτυχον ἀπὸ τῆς θυρίδος, καὶ ἀποθανόντα ἤγειρε λέγων· Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστι.

ιη'. Παῦλος ἐν Κύπρῳ ἐπετίμησε τῷ μάγῳ Ἐλύμᾳ · καὶ ἐγένετο τυφλὸς αὐτὸς ὁ μάγος.

ιθ'. Παῦλος ὡς ἔπλεεν ἐν Ῥώμῃ [6], ἐχειμάσθησαν αὐτός τε καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ πλοίῳ ἐπὶ νυχθήμερα ιδ'. Πάντων δὲ προσδοκώντων ἀποθανεῖν, ἐπιστὰς ὁ Κύριος εἶπεν αὐτῷ τῷ Παύλῳ, ὅτι Διά σὲ κεχάρισμαι τούτοις τὸ ζῆν · καὶ ἐσώθησαν πάντες.

B κ'. Ἐξελθόντα τὸν Παῦλον ἀπὸ τοῦ πλοίου, ἔχις ἔδακε · καὶ οἱ μὲν πάντες ἐνόμιζον αὐτὸν γίνεσθαι νεκρόν. Ὡς δὲ ἀπαθὴς ἔμεινεν, ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι θεόν.

κα'. Τὸν πρῶτον Ποὐπλιον ἐν τῇ νήσῳ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον, χειροθετήσας, ἰάσατο ὁ Παῦλος · καὶ ἄλλους πολλοὺς ἀσθενοῦντας ἐθεράπευσεν.

Peregrinationes sancti Pauli apostoli.

Ab Damasco exorsus est, et ascendit Hierosolymam : inde Tarsum : atque illinc Antiochiam et rursus iterum Hierosolymam profectus est : et rursus iterum Antiochiam : atque illinc una cum Barnaba destinatus apostolatui, descendit Seleuciam : deinde in Cyprum : ubi et Paulus cœpit vocari : post hæc Pergam, et Antiochiam Pisidiæ : deinde Iconium et Lystram et Derbam Lycaoniæ : postea in Pamphyliam : deinde rursus Pergam ; postea Attaliam : deinde rursus tertium Antiochiam Syriæ : postea rursus tertium Hierosolymam propter circumcisionem : deinde rursus quartum Antiochiam : postea peragravit Syriam et Ciliciam : deinde rursus iterum Derbam et Lystram : ubi Timotheum circumcidit : posthæc profectus est in Phrygiam et Galaticam regionem : deinde in Mysiam : postea Troadem : atque illinc Neapolim : deinde Philippos Macedoniæ urbem : postea, peragrata Amphipolim et Apolloniam, venit Thessalonicam ; deinde Berrhœam et Athenas : postea Corinthum et Ephesum : inde Cæsaream : posthæc iterum Antiochiam Pisidiæ : inde in Galaticam regionem et Phrygiam : posthæc iterum reversus est Ephesum. Deinde, peragrata Macedonia, venit in Græciam ; atque inde peragrata Macedonia, iterum reversus est Philippos, a Philippis Troadem rursus profectus est : ubi etiam Eutychum lapsum excitavit : deinde Assum profectus est et Mitylenen ; mox ad loca sita e regione Chii : postea Samum : atque inde Miletum. Unde, accersitis ad se Ephesiis, sermocinatus est ac valedixit : postea venit in Coum : mox Rhodum : inde Patara deinde Tyrum : postea Ptolemaida : atque inde Cæsaream : unde rursus quartum ascendit Hierosoly-

Περίοδοι τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου.

Ἀπὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο, καὶ ἦλθεν [7] εἰς Ἱερουσαλήμ· ἐκεῖθεν εἰς Ταρσόν · κἀκεῖθεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πάλιν δεύτερον εἰς Ἱερουσαλήμ · καὶ πάλιν δεύτερον εἰς Ἀντιόχειαν, κἀκεῖθεν ἀφορισθεὶς μετὰ Βαρνάβα εἰς τὴν ἀποστολήν, κατῆλθεν εἰς Σελεύκειαν · εἶτα εἰς Κύπρον · ἔνθα καὶ Παῦλος ἤρξατο καλεῖσθαι · εἶτα εἰς Πέργην · [8] εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας · εἶτα εἰς Ἰκόνιον · εἶτα εἰς Λύστραν καὶ Δέρβην καὶ Λυκαονίαν [9] · εἶτα εἰς Παμφυλίαν · εἶτα πάλιν εἰς Πέργην · εἶτα εἰς Ἀττάλιαν · εἶτα πάλιν τρίτον εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας · εἶτα πάλιν τρίτον εἰς Ἱερουσαλήμ, διὰ τὴν περιτομήν. Εἶτα πάλιν τέταρτον εἰς Ἀντιόχειαν.[10] Εἶτα πάλιν δεύτερον εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· ἔνθα τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν · εἶτα εἰς τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν · εἶτα εἰς Μυσίαν · εἶτα εἰς Τρωάδα · κἀκεῖθεν εἰς Νεάπολιν · εἶτα εἰς Φιλίππους τῆς Μακεδονίας · εἶτα, διελθὼν τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην · εἶτα εἰς Βέρροιαν, εἶτα εἰς Ἀθήνας · εἶτα εἰς Κόρινθον · εἶτα εἰς Ἔφεσον · εἶτα εἰς Καισάρειαν · εἶτα δεύτερον εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας · εἶτα εἰς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν· εἶτα πάλιν δεύτερον εἰς Ἔφεσον · εἶτα, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν,[11] ἦλθε πάλιν δεύτερον εἰς Φιλίππους. Καὶ ἀπὸ Φιλίππων [12] πάλιν εἰς Τρωάδα · ἔνθα καὶ τὸν Εὔτυχον ἤγειρε πεσόντα · εἶτα εἰς τὴν Ἄσσον · εἶτα εἰς Μιτυλήνην · εἶτα [13] ἀντικρὺ Χίου. Εἶτα εἰς Σάμον, κἀκεῖθεν εἰς Μίλητον · ἐκεῖθεν, εἰσπεμψάμενος [14] τοὺς ἐν Ἐφέσῳ, ὡμίλησεν αὐτοῖς · εἶτα εἰς Κῶν · εἶτα εἰς Ῥόδον · κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα · κἀκεῖθεν εἰς Τύρον · εἶτα εἰς Πτολεμαΐδα · κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν · κἀκεῖθεν πάλιν τέταρτον ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλήμ · κἀκεῖθεν παρεπέμφθη εἰς

Variæ lectiones et notæ.

[6] *Ισ.* εἰς Ῥώμην. [7] *γρ.* ἀνῆλθεν. [8] ἀλλαχοῦ προστίθεται τὸ εἶτα. [9] *γρ.* τῆς Λυκαονίας. [10] προστίθηται ἀλλαχοῦ, εἶτα, διῆλθε τὴν Συρίαν κατὰ (*Ισ.* καὶ) τὴν Κιλικίαν. [11] *Addita hæc sunt in excuso :* ἦλθεν εἰς Ἑλλάδα · κἀκεῖθεν διελθὼν τὴν Μακεδονίαν. [12] Φιλίπποις, *habebatur.* [13] *γρ.* εἰς τὰ ἀντικρύ. [14] *γρ.* μεταπεμψάμενος.

Καισάρειαν. Καὶ λοιπὸν δέσμιος ἐπὶ Ῥώμην. Οὕτως [15] ἀπὸ Καισαρείας ἦλθεν εἰς Σιδῶνα· κἀκεῖθεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας· εἶτα εἰς Κνίδον· κἀκεῖθεν πολλὰ παθὼν ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον. Ἔνθα ἡ ἔχιδνα καθήψατο τῆς χειρὸς αὐτοῦ καὶ ἔμεινεν ἀβλαβής· εἶτα εἰς Συρακούσας· εἶτα εἰς Ῥήγιον τῆς Καλαβρίας· εἶτα εἰς Ποτιόλους· κἀκεῖθεν πεζὸς ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην, ἀπαντησάντων αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς Ἀππίου φόρον καὶ τριῶν Ταβερνῶν [16]. Καὶ λοιπὸν εἰσελθὼν εἰς Ῥώμην, καὶ διδάξας χρόνον ἱκανὸν, ὕστερον ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν, αὐτόθι τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος. Ῥωμαῖοι δὲ περικαλλέσιν οἴκοις καὶ βασιλείοις τὰ λείψανα τούτου καθήρξαντες [17] ἐπέτειον αὐτῷ ἡμέραν μνήμης πανηγυρίζουσι τὴν πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ἰουλίων [18]. Πολλὰς δὲ καὶ πρὸ τούτου ἤδη παραινέσεις ὑπὲρ τοῦ βίου καὶ ἀρετῆς ὁ μακάριος ἐποιήσατο, καὶ πολλὰ περὶ τῶν πρακτέων τοῖς ἀνθρώποις εἰσηγήσατο. Ἔτι δὲ ὅλως καὶ διὰ τῆς ὑφῆς τῶν δεκατεσσάρων Ἐπιστολῶν αὐτοῦ τὴν ὅλην ἀνθρώποις διέγραψε πολιτείαν.

A mam : atque inde Cæsaream, ac deinceps Romam vinctus transmissus est. Ita a Cæsarea venit Sidonem : atque inde Myra Lyciæ urbem : mox in Cnidum : atque inde multa passus, venit in insulam, ubi vipera manum ejus invasit, et mansit integer et incolumis. Postea venit Syracusas : deinde Rhegium Calabriæ urbem : deinceps Puteolos : atque inde pedes Romam ascendit, obviam ei progressis fratribus ad Appii usque forum et tres Tabernas : ac deinceps Romam ingressus, cum multo tempore docuisset in ipsa urbe Roma, martyrium subiit, et inibi pulchrum illud certamen peregit. Romani autem reliquias ejus præpulchra æde atque basilica cinxerunt, memoriam ejus et martyrii feB rias, tertio Kalendas Julias, nempe sexto mense totius anni celebrantes. Sed jam antea quoque beatus ille multas pro vitæ honestate atque virtute composuerat admonitiones, ac de officiis multa edidit hominibus præcepta : præterea vero summatim etiam per contextum suarum quatuordecim Epistolarum, totam hominibus vitæ degendæ rationem descripsit.

Τὰ Κεφάλαια τῶν Πράξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Capita Actorum sanctorum apostolorum.

α'. *Περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας Χριστοῦ, καὶ ὀπτασίας πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ περὶ ἐπαγγελίας τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς· θέας τε καὶ τρόπου τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου· καὶ περὶ τῆς ἐνδόξου δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας*

1. *De doctrina Christi post resurrectionem, et quemadmodum se conspiciendum præbuerit discipulis, et de promisso dono Spiritus sancti : atque spectaculo et modo Domini assumptionis : ac de glorioso ejus adventu secundo.*

C

β'. *Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας, περὶ θανάτου καὶ ἀποβολῆς Ἰούδα τοῦ προδότου.*

2. *Petri sermocinatio cum discipulis de morte et rejectione Judæ proditoris.*

γ'. *Περὶ θείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ἐν ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς γενομένης εἰς τοὺς πιστεύσαντας.*

3. *De divino appulsu et accessu sancti Spiritus, qui accidit ad eos qui crediderant, in die Pentecostes.*

δ'. *Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ θεραπείας τοῦ ἐκ γενετῆς χωλοῦ, Πέτρου τε κατηχήσεως ἐλεητικῆς, συμβουλευτικῆς, συμπαθητικῆς πρὸς σωτηρίαν*

4. *De curato in nomine Christi eo, qui claudus natus erat, de doctrina item Petri propensa ad misericordiam et condolentiam, qua consilium suum exponit, quemadmodum ad salutem perveniri possit.*

ε'. *Περὶ ὁμοψύχου καὶ καθολικῆς κοινωνίας τῶν πιστευσάντων.*

5. *De unanimi et universali eorum, qui crediderant, communione.*

ς'. *Ὅτι τοὺς ἀποστόλους ἐμβληθέντας ἐν τῷ* D *δεσμωτηρίῳ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ νύκτωρ ἐξέωσεν, ἐπιτρέψας ἀκωλύτως κηρύσσειν τὸν Ἰησοῦν*

6. *Ut apostolos in carcerem conjectos angelus Dei octu eduxerit, atque præceperit, ut palam ac libere Jesum prædicarent.*

ζ'. *Περὶ χειροτονίας τῶν ἑπτὰ διακόνων.*

7. *De electione, creatione atque ordinatione septem diaconorum.*

η'. *Ἰουδαίων ἐπανάστασις καὶ συκοφαντία κατὰ Στεφάνου, αὐτοῦ δὲ δημηγορία περὶ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκης τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τῶν ιβ' πατριαρχῶν.*

8. *Importunus adversus Stephanum impetus atque calumnia Judæorum : ejus item concio de testamento ac fœdere Dei cum Abrahamo : adhæc de duodecim patriarchis.*

θ'. *Περὶ διωγμοῦ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ταφῆς Στεφάνου.*

9. *De persecutione Ecclesiæ et sepultura Stephani.*

Variæ lectiones et notæ.

[15] οὗτος; *habebatur.* [16] τρεῖς Ταβερνάς. [17] γρ. καθειρξαντες. [18] προσετέθη ἀλλαχοῦ· Ἔκτῳ τῶν ὅλων μηνὶ τοῦτο μαρτύριον ἑορτάζοντες.

10. *De Simone mago, qui crediderat, et una cum aliis pluribus baptizatus est.*

ι'. *Περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου πιστεύσαντος καὶ τοῦ βαπτισθέντος σὺν ἑτέροις πλείοσιν*

11. *Quod non pretio neque hypocritis, sed sanctis per fidem detur participatio atque communio Spiritus sancti.*

ια'. *Ὅτι οὐκ ἀργυρίου, οὐδὲ ὑποκριταῖς, ἀλλὰ ἁγίοις διὰ πίστεως ἡ μετοχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δίδοται.*

12. *Quod bonis ac fidelibus Deus largiatur salutem, exemplo videlicet eunuchi.*

ιβ'. *Ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πιστοῖς εὐοδοῖ ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν, δῆλον ἐκ τῆς κατὰ τὸν εὐνοῦχον ὑποθέσεως.*

13. *De Paulo a Deo cœlitus vocato ad apostolatum Christi.*

ιγ'. *Περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως Παύλου εἰς ἀποστολὴν Χριστοῦ.*

14. *De Æneæ paralytico Lydiæ per Petrum sanato.*

ιδ'. *Περὶ Ἐναία [19] παραλυτικοῦ ἰαθέντος ἐν Λυδίᾳ [20] διὰ Πέτρου.*

15. *De Cornelio : ut angelus ad eum venerit ; itemque de iis, quæ Petro cœlitus de vocatione gentium dicta sunt.*

ιε'. *Περὶ Κορνηλίου, ὅτε [21] ἦλθε πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, καὶ ὅσα πάλιν Πέτρου [22] οὐρανόθεν περὶ κλήσεως ἐθνῶν ἐρρήθη.*

16. *Quomodo Petrus, cum prophetia sua in disceptationem venisset, ordine singula, quæ facta erant, apostolis exposuerit : et ut tunc Barnabas missus sit ad fratres qui erant Antiochiæ.*

ις'. *Ὡς Πέτρος καθεξῆς ἕκαστα τῶν γεγονότων διηγεῖται τοῖς ἀποστόλοις διακριθεῖσι προφητείας [23] αὐτοῦ, τὸ τηνικαῦτα δὲ Βαρνάβαν ἐκπέμψαι πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφούς.*

17. *Prophetia Agabi de fame per totum orbem terrarum futura : munus item ac subsidium, quod missum est ad fratres qui erant in Judæa.*

ιζ'. *Προφητεία Ἀγάβου περὶ λιμοῦ οἰκουμενικοῦ · [24] καὶ καρποφορία πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ [25] ἀδελφούς.*

18. *Jacobi apostoli cædes, ac Petri liberatio [a] : ubi etiam de supplicio custodum, ac postea de acerba atque calamitosa morte impii Herodis.*

ιη'. *Ἰακώβου ἀποστόλου κατασφαγή. [26] Ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς τῶν φυλάκων πολάσεως καὶ μετέπειτα τῆς τοῦ ἀσεβοῦς Ἡρώδου πικρᾶς καὶ ὀλεθρίου καταστροφῆς.*

19. *De Barnaba et Saulo a divino Spiritu missis in Cyprum : quæ item egerint in nomine Christi, de Elyma mago.*

ιθ'. *Ἀποστολὴ Βαρνάβα καὶ Σαύλου παρὰ τοῦ θείου Πνεύματος εἰς Κύπρον · ὅσα τε εἰργάσαντο ἐν ὀνόματι Χριστοῦ περὶ Ἐλύμα τοῦ Μάγου.*

20. *Pauli tum ex lege, tum deinceps ex prophetis luculenta historica et evangelica de Christo doctrina.*

κ'. *Παύλου εὐθαλὴς Διδασκαλία εἰς Χριστὸν, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ καθεξῆς τῶν προφητῶν ἱστορικὴ καὶ εὐαγγελική.*

21. *Ut apostoli cum Iconii Christum prædicassent, ac multi credidissent, vi quæ parabatur adversus eos provisa, ex urbe profugere coacti sint.*

κα'. *Ὅπως ἐν Ἰκονίῳ κηρύξαντες τὸν Χριστὸν πολλῶν τε πιστευσάντων ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι.*

22. *De eo qui Lystris claudus natus per apostolos sanatus est. Quamobrem et dii esse, et ad loci incolas accessisse visi sunt, ubi nimirum Paulus etiam lapidatur.*

κβ'. *Περὶ τοῦ ἐν Λύστροις ἐκ γενετῆς χωλοῦ ἰαθέντος διὰ τῶν ἀποστόλων · διόπερ εἶναί τε θεοὶ, καὶ παρεῖναι ἔδοξαν τοῖς ἐγχωρίοις, ἔνθα δὴ καὶ λιθάζεται ὁ Παῦλος.*

23. *Quod non oporteret eos qui ex gentibus credidissent, circumcidi. Decreta apostolorum et usus eorum.*

κγ'. *Ὅτι οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Δόγματα καὶ νόμισις τῶν ἀποστόλων.*

24. *De institutione Timothei, ac de eo qui, revelatione intercedente, accidit, adventu Pauli in Macedoniam.*

κδ'. *Περὶ κατηχήσεως Τιμοθέου, καὶ τῆς κατὰ ἀποκάλυψιν ἀφίξεως Παύλου εἰς Μακεδονίαν.*

25. *De seditione mota Thessalonicæ propter prædicationem : et ut fugerit Paulus Berrhœam atque inde Athenas.*

κε'. [27] *Περὶ στάσεως γενομένης ἐν Θεσσαλονίκῃ τοῦ κηρύγματος ἕνεκεν · φυγῆς τε τοῦ Παύλου εἰς Βέρροιαν, κἀκεῖθεν εἰς Ἀθήνας.*

26. *De inscriptione quæ Athenis in ara insculpta*

κς'. *Περὶ τῆς Ἀθήνας [28] ἐπιβωμίου γραφῆς, φιλο-*

Variæ lectiones et notæ

[19] Αἰνέα. [20] Λύδδα, ἴσως. [21] ἴσως, ὅπως. [22] Πέτρῳ, ἴσως. [23] ἴσως, διακριθείσης τῆς προφητείας. [24] λοιμοῦ, *habebat*, *et* οἰκουμενικῆς. [25] ἴσως, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. [26] *Desiderari videtur*, Πέτρου ἀπαλλαγή. [27] *Hæc amplius dimidii capitis decimi sexti, historia de Lydia et puella habente spiritum Pythonis, curata, et in carcerem ob id factum conjectis apostolis et divinitus liberatis, et converso ad fidem carceris custode, præteritur.* [28] ἴσως, Ἀθηναίους.

[a] *Hæc aut similia in Græco desiderata, prætermittenda visa non sunt.*

σόφου τε κηρύγματος καὶ εὐσεβείας τοῦ Παύλου. A

erat, philosophicaque prædicatione ac pietate Pauli.

κζ'. Περὶ Ἀκύλα καὶ Πρισκίλλης, καὶ τῆς Κορίνθου ἀπειθίας [29]· τῆς τε κατὰ πρόγνωσιν ἐπ' αὐτοὺς εὐδοκίας ἀποκαλυφθείσης τῷ Παύλῳ.

27. De Aquila ac Priscilla, atque Corinthiorum propensa ad credendum voluntate: itemque de propensa adversus eos voluntate Dei, quæ ex præscientia atque providentia divina profecta, Paulo revelata est [b].

κη'. Περὶ βαπτίσματος, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς δοθείσης διὰ προσευχῆς Παύλου τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πιστεύσασι, καὶ περὶ ἰάσεως Παύλου.

28. De baptismate ac dono sancti Spiritus, per preces Pauli dato iis qui Ephesi crediderant; et ut per Paulum ægroti et infirmi curati sint [c].

κθ'. Περίοδος Παύλου ἐκ τῆς περὶ θανάτου καὶ ἀνακλήσεως Εὐτυχοῦ διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι, παραίνεσίς τε ποιμαντικὴ πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους.

29. Peragratio Pauli in qua de Eutycho Troade per preces a morte revocato, adhæc admonitio pastoralis, qua usus est apud presbyteros Ephesios.

λ'. Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων B τῷ Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

30. Prophetia Agabi de iis quæ Paulo in Hierusalem essent eventura.

λα'. Παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον, περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν κωλύειν Ἑβραίους περιτέμνεσθαι.

31. Verba Jacobi ad Paulum, quibus eum admonuit, ut daret operam, ne videretur Judæos circumcidi prohibere.

λβ'. Περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας, ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται [30].

32. De eo, qui in Jerusalem adversus Paulum concitatus est tumultus: et ut eum tribunus ex multitudine exemerit.

λγ' Ὅσα ὁ Παῦλος καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον ἔπαθε καὶ εἶπε καὶ εὐθυβόλως ἔπραξε

33. Quæ Paulus, cum descendisset in concilium, passus sit, ac dixerit, et recte fecerit.

λδ'. Περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης κατὰ τοῦ Παύλου ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ μηνύσεως αὐτοῦ πρὸς Λυσίαν.

34. De insidiis quæ Paulo parabantur ab Judæis, et ut eæ Lysiæ tribuno indicatæ sint.

λε'. Τερτύλλου περὶ Παύλου κατηγορία, καὶ ἀπολογία αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος.

35. Ut Tertullus Paulum coram præside accusaverit, et ille se defenderit.

λς'. Περὶ Φήλικος διαδόχου, καὶ τῆς Φήστου προαγωγῆς, τέλος τε ἐπ' αὐτοῦ διακρίσεως Παύλου καὶ ἐφέσεως. C

36. Ut Felix Festum successorem acceperit, et ut ille Paulum produxerit, ac tandem hinc coram eo causam dixerit et appellaverit.

λξ'. Ἀγρίππα καὶ Βερνίκης παρουσία· καὶ πεῦσις τῶν κατὰ Παῦλον.

37. Agrippæ et Bernices adventus, atque cognitio causæ Pauli.

λη'. Πλοῦς Παύλου ἐπὶ Ῥώμης κινδύνων τε πλείστων [31] καὶ μεγίστων ἔμπλεως.

38. Pauli Romam versus navigatio plurimorum ac maximorum plena periculorum.

λθ'. Ὅπως ἀπὸ Μελίτης εἰς Ῥώμην κατήντησεν ὁ Παῦλος.

39. Ut a Melita Paulus Romam pervenerit.

μ'. Περὶ διαλέξεως Παύλου τῆς πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ Ἰουδαίους.

40. De sermocinatione Pauli, et collocutione cum Judæis qui Romæ erant.

Variæ lectiones et notæ.

[29] ἴσως, εὐπειθίας. [30] ἐξερεῖται *habebatur*. [31] πλήστων, *habebatur*.

[b] *Et hic plusquam dimidium caput decimum octavum, de Judæorum calumnia coram Gallione: ac de oriori ad Ephesum adventu et peregrinatione Pauli, deque Apollo, præteritur.* [c] *Et hic reliqua capitis decimi noni de filiis Scævæ exorcistis, et seditione Ephesi per Demetrium, prætereuntur.*

ΕΚ ΤΩΝ ΕΞΗΓΗΤΙΚΩΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΚΑΙ ΤΙΝΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ

ΕΞΗΓΗΣΕΙΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΑΞΕΙΣ

ΚΑΤΑ ΣΥΝΤΟΜΙΑΝ ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑΙ

ΠΑΡΑ ΤΟΥ

ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ.

—

EX S. JOANNIS CHRYSOSTOMI EXEGETICIS

ET NONNULLORUM PATRUM

EXPOSITIONES IN ACTA APOSTOLORUM

CONCISE AC BREVITER COLLECTÆ

A BEATISSIMO THEOPHYLACTO

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPO.

—

Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi Commentarius in Acta sanctorum apostolorum.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὰς Πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

1 Multis hic liber, non uni soli, nec ipse, nec qui scripsit atque composuit eum, notus est. Quamobrem etiam necessario statui me demittere in hanc commentationem ; ut et ignorantes doceam, nec sinam tantum latere et occultum esse thesaurum. Nec enim minus, quam ipsa Evangelia, prodesse nobis poterit, si tanta philosophia rectisque sententiis, ac maxime scientia earum rerum quæ a Spiritu repræsentatæ sunt, fuerimus repleti. Ne igitur prætereamus eum : sed cum omni cura ac **2** diligentia scrutemur. Etenim prædictiones, quas Christus in Evangeliis præsignificaverat, has reipsa evenisse ac præstitas esse, et in ipsis negotiis veritatem resplendentem, hic possumus videre. Adhæc magna discipulorum in melius commutatio, quæ a Spiritu eis ingenerabatur videri, præterea certæ stabilesque hic inveniri sententiæ possunt : quæ, nisi hic liber exstaret, nemini ita plane notæ essent : sed caput et summa nostræ salutis abscondita jaceret, et nonnulla, quæ et ad vitam et ad certas stabilesque de fide sententias pertinent, incognita et incerta essent.

Πολλοῖς τουτὶ τὸ βιβλίον, οὐδ' ὅτι ἐνὶ γνώριμόν ἐστιν, οὔτε αὐτὸ, οὔτε ὁ γράψας αὐτὸ καὶ συνθείς. Διὸ καὶ ἀναγκαίως εἰς ἑαυτὴν ἐμαυτὸν ἔκρινα καθεῖναι τὴν πραγματείαν· ὥστε καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι, καὶ μὴ ἀφεῖναι τοσοῦτον λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι θησαυρόν. Οὐ δὲ γὰρ ἔλαττον αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων ἡμᾶς [23] ὠφελῆσαι δυνήσεται τοσαύτης ἐμπεπλῆσθαι φιλοσοφίας καὶ δογμάτων ὀρθότητος, καὶ μάλιστα τῶν παρὰ τοῦ Πνεύματος εἰργασμένων. Μὴ δὴ παρατρέχωμεν αὐτὸ, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πάσης ἐξετάσωμεν· καὶ γὰρ τὰς προρρήσεις, ἃς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς προαναφωνεῖ, ταύτας εἰς ἔργον ἐξελθούσας ἐνταῦθα ἔστιν ἰδεῖν, καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων διαλάμπουσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλὴν τῶν μαθητῶν τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν, τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς ἐγγινομένην ἔστιν ἰδεῖν, ἔτι τε καὶ δόγματα ἐνταῦθα εὑρεῖν, ἅπερ, εἰ μὴ τοῦτο ἦν τὸ βιβλίον, οὐδενὶ σαφῶς οὕτω γνώριμα ἦν· ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀπεκρύπτετο καὶ ἄδηλα [24] ἦν καὶ βίου καὶ δογμάτων ἔνια [25].

Variæ lectiones et notæ.

[23] ἡμῶν, *erat correctum et substitutum pro vetustate obsoleto.* [24] *Hic litteræ evanuerant, atque is qui emendare ac restituere eas conatus est, magis rem obscuravit quam correxit. Ego sicuti posui existimo legendum.* [25] ἕνια, *erat.*

Τὸ δὲ πλέον τῶν ἐνταῦθα ἐγκειμένων, Παύλου πράξεις εἰσὶ, τοῦ περισσότερον πάντων κοπιάσαντος. Τὸ δὲ αἴτιον, αὐτοῦ φοιτητὴς ἦν ὁ τὸ βιβλίον τοῦτο συνθεὶς, Λουκᾶς ὁ μακάριος· οὗ τὴν ἀρετὴν πολλαχόθεν μὲν καὶ ἀλλαχόθεν ἔστιν ἰδεῖν· μάλιστα μὲν [38] ἐκ τοῦ πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀδιασπάστως ἔχειν, καὶ διὰ παντὸς αὐτῷ παρακολουθεῖν. Ὅ τε γοῦν Δημᾶς καὶ Ἑρμογένης αὐτὸν ἐγκατέλιπον· ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν, ὁ δὲ εἰς Δαλματίαν ἀπελθών. Ἄκουσον, τί φησι περὶ τούτου· Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Καὶ Κορινθίοις δὲ ἐπιστέλλων, περὶ αὐτοῦ φησιν· Οὗ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Καὶ ὅταν λέγῃ, ὅτι Ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα· καὶ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὃ παρελάβετε, τὸ τούτου λέγει. Ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τὴν πραγματείαν ταύτην αὐτῷ ἀναθεὶς· ὅταν δὲ εἴπῳ τοῦτο, τῷ Χριστῷ λέγω.

Εἰ δέ τις λέγει· Καὶ τί δήποτε οὐχὶ πάντα ἀνέγραψε μέχρι τέλους ὢν μετ' αὐτοῦ; Ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι καὶ ταῦτα ἀρκοῦντα ἦν τοῖς βουλομένοις προσέχειν· καὶ ὅτι πρὸς τὰ κατεπείγοντα ἀεὶ ἵστατο· καὶ ὅτι οὐκ ἐν τῷ λογογραφεῖν ἦν αὐτοῖς ἡ σπουδή· πολλὰ γὰρ καὶ ἀγράφῳ παραδόσει παρέδωκαν. Πάντα μὲν οὖν ἄξια θαύματος, τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ κείμενα· μάλιστα δὲ τῶν ἀποστόλων ἡ συγκατάβασις, ἣν καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῖς ὑπέβαλε, παρασκευάζων αὐτοὺς τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίβειν λόγῳ· διὰ δὴ τοῦτο, τοσαῦτα περὶ αὐτοῦ διαλεχθέντες, ὀλίγα περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰρήκασι. Τὰ δὲ πλέονα περὶ τῆς ἐνανθρωπότητος διελέγοντο, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀναβάσεως. Τὸ γὰρ ζητούμενον τέως, τοῦτο ἦν, τὸ πιστευθῆναι ὅτι ἀνέστη, καὶ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. Ὥσπερ οὖν αὐτὸς ὁ Χριστὸς μάλιστα πάντων ἐσπούδαζε δεῖξαι, ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἥκει, οὕτω καὶ οὗτος, ὅτι ἀνέστη, καὶ ἀνελήφθη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπῆλθε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀφίκετο. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐπιστεύθη πρότερον, πολλῷ μᾶλλον, τῆς προσθήκης γενομένης, τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάληψιν, ἄπιστον ἅπαν τὸ δόγμα τοῖς Ἰουδαίοις ἔδοξεν εἶναι. Διὸ ῥῆμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀνάγει· ἐν δὲ Ἀθήναις καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἁπλῶς ὁ Παῦλος καλεῖ, οὐδὲν πλέον εἰπών, εἰκότως. Εἰ γὰρ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, διαλεγόμενον περὶ τῆς εἰς τὸν Πατέρα ἰσότητος, λιθάσαι πολλάκις ἐπεχείρησαν, καὶ βλάσφημον διὰ τοῦτο ἐκάλουν· Σχολῇ γοῦν παρὰ τῶν ἁλιέων τοῦτον τὸν λόγον ἐδέξαντο, καὶ ταῦτα τοῦ σταυροῦ προχωρήσαντος.

Καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς Ἰουδαίους, ὅπου καὶ αὐτοὶ πολλάκις οἱ μαθηταὶ τῶν ὑψηλοτέρων ἀκούοντες δογμάτων, ἐθορυβοῦντο καὶ ἐσκανδαλίζοντο; Διὰ τοῦτο

Porro major pars eorum, quæ hic continentur, Pauli sunt acta, qui amplius quam omnes laboravit. Ejus autem rei causa est, quod discipulus illius erat is, qui hunc librum composuit, nempe beatus Lucas : cujus virtus cum ex multis quidem rebus aliis, tum vero maxime ex eo, quod a magistro non potuit divelli, sed continenter eum assectatus est, videri potest. Nam Demas et Hermogenes eum deseruerunt, hic quidem in Gallogræciam, ille in Dalmatiam profectus. Audi quid dicat de hoc : Lucas mecum est solus. Atque etiam Corinthiis scribens de eo dicit : Cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias : et cum dicit : Visus est Cephæ, deinde illis duodecim : et secundum Evangelium quod accepistis, hujus dicit Evangelium. Itaque nemo erraverit, hunc commentarium huic acceptum ferens : cum autem, huic, dico, Christo dico.

Quod si quis dicat : Et cur tandem non omnia litteris mandavit, cum usque ad finem esset una cum illo? huic responderim, quod etiam hæc abunde satis multa sint iis, qui attendere velint : et quod ad ea, quæ urgebant, semper consisterent : quod non in libris scribendis studium suum collocarent, nam multa etiam viva voce, quæ scripta non exstant, tradebant. Atque cum omnia quidem, quæ in hoc libro continentur, admiratione digna sunt : tum vero maxime apostolorum συγκατάβασις, id est, ea virtus, qua se accommodabant ad tempora atque personas, et quasi una cum illis condescendebant ac sese demittebant : quam virtutem Spiritus eis suggerebat, aptos et idoneos eos efficiens ad hoc, ut incumberent in rationem dispositionis et administrationis. Idcirco nimirum tam multa de Christo locuti, pauca de divinitate ejus dixerunt : majorem autem partem de humanæ naturæ assumptione, de passione, de resurrectione et ascensione loquebantur. Nam hoc erat, quod tunc initio requirebatur, ut crederetur resurrexisse et in cœlos ascendisse. Quemadmodum igitur ipse Christus omnium maxime studebat ostendere, se a Patre venire : sic etiam hic demonstrare [3] conatur eum resurrexisse et assumptum esse, et ad illum abiisse, et ab illo venisse. Nisi enim illud prius creditum fuisset, multo magis adjectione facta earum rerum, quæ circa resurrectionem et assumptionem acciderunt, incredibilis esse fidei universa doctrina Judæis visa fuisset : quamobrem sensim ac paulatim eos ad altiora subduxit, atque Athenis illum Paulus etiam simpliciter hominem vocat, nulla re amplius adjecta, ac merito. Nam si Christum ipsum verba facientem de sua cum Patre æqualitate parique conditione, lapidibus obruere sæpenumero tentaverunt, et blasphemum, id est, læsæ majestatis divinæ reum, idcirco vocabant : profecto vix eam orationem piscatoribus proferentibus probassent, præsertim cum crux præcessisset.

Et quid attinet dicere de Judæis? quandoquidem etiam ipsi sæpenumero discipuli de altioribus sententiis loquentem Christum audientes, turbaban-

Variæ lectiones et notæ.

[38] μέντοι *Ισ.*

tur et offendebantur; propterea etiam dicebat : Multa habeo, quæ dicam vobis, sed non potestis portare nunc. Quod si illi non poterant, qui tanto tempore una cum eo vixerant, qui tot arcanarum rerum participes fuerant, qui tot miracula viderant : qui potuissent illi, qui ab altaribus et simulacris et victimis, et felibus et crocodilis : talia enim erant ea, quæ pro numinibus a Græcis et paganis colebantur : et aliis malis tunc primum avulsi erant, de sublimibus sententiis verba repente unoque momento probassent? Qui item Judæi quoque, qui quotidie discunt, quorumque aures his vocibus legis undique circumsonant : Audi Israel : Dominus Deus tuus, unus est, ac præter eum non est alius : qui item in cruce clavis affixum illum conspexerant : maximo vero qui etiam illum crucifixerant et sepeliverant ac ne resurrexisse quidem eum viderant, audientes hunc ipsum Deum esse ac Patri æqualem, non omnium maxime resiluissent, et abrupti essent? Quamobrem paulatim ac sensim illos ad hoc adducunt, ac multa quidem condescensionis et accommodationis ratione et administratione utuntur, largiore autem Spiritus gratia potiuntur : ac majora quam ipse Christus fecerat, illius nomine gerunt : ut utroque modo illos humi jacentes excitarent, ac fidem facerent orationi de resurrectione. Etenim id potissimum est hic liber, nempe demonstratio documentumque resurrectionis : hujus namque rei fide facta, reliqua quoque prospere succedebant. Et argumentum quidem atque propositum libri universum, ut aliquis re crassius comprehensa dixerit, hoc potissimum est : audiamus autem deinceps ipsa principia.

A καὶ ἔλεγε· Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι οὐκ ἠδύναντο, οἱ συγγενόμενοι χρόνον τοσοῦτον αὐτῷ, καὶ τοσούτων κοινωνήσαντες ἀπορρήτων, καὶ τοσαῦτα θεασάμενοι θαύματα, πῶς ἂν οἱ ἀπὸ βωμῶν καὶ εἰδώλων καὶ θυσιῶν καὶ αἰλούρων καὶ κροκοδείλων· τοιαῦτα γὰρ ἦν τῶν Ἑλλήνων τὰ σεβάσματα· καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τότε πρῶτον [36] ἀποσπασθέντες, ἀθρόον τοὺς ὑψηλοὺς τῶν δογμάτων ἐδέξαντο λόγους; Πῶς δ' ἂν καὶ Ἰουδαῖοι, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μανθάνοντες καὶ ἐνηχούμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου τὸ, Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου εἷς ἐστι, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος· καὶ ἐν τῷ σταυρῷ ἰδόντες αὐτὸν προσηλωμένον, μάλιστα δὲ καὶ σταυρώσαντες καὶ θάψαντες καὶ οὐδὲ ἀναστάντα ἰδόντες, ἀκούοντες ὅτι B Θεός ἐστιν αὐτὸς οὗτος καὶ τῷ Πατρὶ ἴσος, οὐκ ἂν μάλιστα πάντων ἀπεπήδησάν τε καὶ ἀπερράγησαν; Διὰ τοῦτο ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς προβιβάζουσι, καὶ πολλῇ μὲν κέχρηνται τῇ τῆς συγκαταβάσεως οἰκονομίᾳ, δαψιλεστέρας τε [37] ἀπολαύουσι τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος· καὶ μείζονα ὧν αὐτὸς πεποίηκεν ἐργάζονται τῷ αὐτοῦ ὀνόματι· ἵνα ἑκατέρωθεν αὐτοὺς χαμαὶ κειμένους ἀναστήσωσι, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως πιστώσωνται λόγον· καὶ γὰρ τοῦτο μάλιστά ἐστι τουτὶ τὸ βιβλίον ἀναστάσεως ἀπόδειξις· τούτου γὰρ πιστευθέντος, ὁδῷ καὶ τὰ ἄλλα προῦβαινεν. Ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις καὶ ὁ τοῦ βιβλίου σκοπὸς ἅπας, ὡς ἂν τις παχυμερῶς συλλαβὼν εἴποι, οὗτος [38] μάλιστά ἐστιν· ἀκούσωμεν δὲ λοιπὸν αὐτῶν τῶν προοιμίων.

CAPUT 1.

C ΚΕΦΑΛ. Α'.

Vers. 1. *Primum quidem librum confeci, o Theophile, de omnibus.*

Commonefacit Theophilum Evangelii, ut exquisitam et accuratam suam diligentiam ostendat. Etenim in initio illius operis : Visum est, inquit, etiam mihi, qui omnia a capite diligenter investigavi, deinceps tibi scribere ; non simpliciter autem, sed quemadmodum tradiderunt nobis qui ab initio spectatores et ministri Verbi fuerunt. Mentionem igitur facit illius commentarii, diligentiam, qua usus est illic, ei redigens in memoriam. Diligentiæ autem illum commonefacit, ut illam ipsam, et eam, qua usus est in hoc libro mente atque memoria tenens, ad ea quæ scribuntur, maxime animum attendat. Quamobrem ne opus quidem hic habuit alia commendatione. Nam qui idoneus ac gravis scriptor habitus sit, ac fidem fecerit earum rerum, quæ audivit, huic ea, quæ non ab aliis accepit, sed ipse vidit, componenti longe major fides haberi debebit. Idcirco non dicit : Primum quidem Evangelium, quod conscripsi : sed, Primum quidem librum seu commentarium : non enim erat vanus, et inanis

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε.

Ἀναμιμνήσκει τὸν Θεόφιλον τοῦ Εὐαγγελίου, ὥστε τὴν οἰκείαν ἀκρίβειαν ἐνδείξασθαι· καὶ γὰρ ἀρχόμενος [39] ἐκείνης τῆς πραγματείας, φησίν· Ἔδοξε κἀμοὶ παρακολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς καθεξῆς σοι γράψαι, οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλὰ καθὼς παρέδοσαν [40] ἡμῖν οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ Λόγου. Μέμνηται οὖν τῆς πραγματείας ἐκείνης, τῆς ἐκεῖσε ἀναμιμνήσκων ἀκριβείας· τῆς ἀκριβείας δὲ ἀναμιμνήσκει, ἵνα τὴν αὐτὴν ταύτην καὶ τὴν τοῦ παρόντος βιβλίου κατέχων ταῖς διανοίαις, προσέχῃ [41] μάλιστα τοῖς γραφομένοις· Διὸ οὐδὲ ἐδεήθην [42] ἐνταῦθα ἑτέρας συστάσεως. Ὃ [43] γὰρ D ἅπερ ἤκουσεν, ἀξιόπιστος γενόμενος γράφαι καὶ πιστευθεὶς, πολλῷ μᾶλλον, ἃ μὴ παρ' ἑτέρων ἤκουσεν, ἀλλ' αὐτὸς εἶδε, ταῦτα συντιθεὶς, δίκαιος ἂν εἴη πιστεύεσθαι. Διὰ τοῦτο οὐ λέγει, Τὸ μὲν πρῶτον Εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην, ἀλλὰ, Τὸν μὲν πρῶτον λόγον, διὰ τὸ ἄτυφον αὐτὸν εἶναι καὶ μετριόφρονα, καὶ μείζονα ἑαυτοῦ νομίζειν εἶναι τοῦ Εὐαγγελίου τὴν προσηγορίαν· καίτοι γε ὁ ἀπόστολος

Variæ lectiones et notæ.

[36] πρώτοις *erat.* [37] *pro*, τε, *lego* δέ. [38] οὕτως, *erat.* [39] ἀρχόμενον, *erat.* [40] παρέδωσαν, *erat.* [41] προσέχει, *erat.* [42] *Isc.* ἐδεήθη. [43] ἃ, *erat in apographo; existimo scribendum*, ὁ.

αὐτὸν ἐντεῦθεν κοσμεῖ, Οὗ ὁ Ἔπαινος, λέγων, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.

A gloriæ cupidus : sed moderate de se sentiebat, ac majorem esse putabat Evangelii appellationem, quam quod ab se sumi deberet, quanquam Apostolus eum hinc ornat, Cujus laus est, inquiens, in Evangelio.

Τῷ δὲ, Περὶ πάντων, εἰπεῖν, δοκεῖ ἐναντιοῦσθαι τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ· εἴ γε ὁ μὲν φησὶν· Οὐκ ἦν πάντα γράψαι· ὁ δὲ Περὶ πάντων τὸν λόγον πεποιῆσθαι [a] ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τῆς ἀναλήψεως. Τί οὖν φαμεν; Ὅτι, Περὶ πάντων, οὗτός φησι, τῶν συνεχόντων καὶ κατεπειγόντων μηδὲν παραλιπεῖν, ἐξ ὧν ἡ τοῦ κηρύγματος θειότης καὶ ἀλήθεια καταλαμβάνεται· ταῦτα γὰρ ἃ δι' ὧν ἔστι καταμαθεῖν τὴν τοῦ κηρύγματος θειότητα καὶ ἀλήθειαν, καὶ ὁ Λουκᾶς καὶ ἕκαστος τῶν εὐαγγελιστῶν τῷ ἰδίῳ λόγῳ κεφαλαιωδῶς, καὶ ὡς ἐν ὑποτυπώσει ἀκριβῶς ἐγκατέταξαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁμοίως ὁ θεολόγος Ἰωάννης περὶ πάντων τούτων διέλαβεν. Οὐ γὰρ ἐνέλιπόν τι, δι' ὧν ἥ τε κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου οἰκονομία πιστεύεταί τε καὶ ἐπιγινώσκεται, καὶ ἡ κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ μεγαλειότης διαλάμπει τε καὶ ἐμφανίζεται. Μὴ χωρῆσαι μέν τοι τὰ γραφόμενα βιβλία τὸν κόσμον ὁ Ἰωάννης φησὶν, εἰ κατὰ μέρος καὶ ἐπὶ λεπτῷ πάντα γράφοιτο, ἃ ὁ Δεσπότης εἶπέ τε καὶ ἐποίησε· μάλιστα δὲ εἰ καὶ τοὺς λόγους τῶν πραγμάτων καὶ εἰρημένων ἐπιζητῶν τις συντάττειν βούλοιτο τῇ Γραφῇ. Οἱ γὰρ τούτων λόγοι καὶ τὰ αἴτια, καθ' ἃ ἐνήργει καὶ ἔλεγεν, οὔτε λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ληπτοὶ, οὔτε γνωστοὶ, πλὴν ὅτι ὡς ὁ Θεὸς ἔπραττεν, ἃ ἔπραττε, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πιστούμενος· οὔτε λόγῳ ῥηθῆναι δυνατοὶ, ἀλλ' οὐδὲ γραφῇ παραδοῦναι χωρητοί· ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ, οἶμαι, προστεθὲν, τὴν ὑπερβολὴν κολάζει τοῦ λόγου, καὶ οὐκ ἐξάπαντος δείκνυσι διατεινόμενον μὴ χωρῆσαι

Porro quod, de omnibus dixit, hoc verbo videtur Joanni evangelistæ adversari : siquidem ille dicit, non potuisse omnia scribi, hic vero, sese de omnibus scripsisse a principio usque ad assumptionem. Quid igitur dicimus ? nempe hunc, quod dicit, de omnibus, significare se ex iis, quibus res nitebatur, quæve in primis requirebantur, ex quibus divinitas prædicationis et veritas deprehenditur, nihil prætermisisse. Nam illa, per quæ divinitas et veritas prædicationis cognosci potest, cum Lucas, tum evangelistarum quisque in suum librum summatim, ac quasi per delineationem industrie diligenterque retulerunt, atque ipse similiter Joannes ille Theologus ac Deitatis præco de his omnibus commentatus est atque tractavit. Non enim aliquid earum rerum prætermiserunt, per quas tum ea, quæ in carne contigit, administratio Verbi creditur atque cognoscitur, tum ea quæ in deitate ejus est, majestas elucet atque declaratur. At Joannes mundum ait non capturum ea, quæ exararentur volumina, si particulatim ac minutatim omnia scriberentur, quæ Dominus et dixit et fecit : maxime vero si quis etiam rationes factorum atque dictorum requirens scriptura persequi atque complecti velit. Illorum enim rationes et causæ propter quas aliquod vel dicebat vel faciebat cogitationibus humanis neque percipi, neque cognosci, neque oratione explicari possunt, præter quid quod tanquam Deus agebat, quod agebat, etiam humanam interim naturam præ se ferens : atque adeo ne scripturæ quidem mandari atque comprehendi possunt, et alioquin etiam verbum, opinor, appositum exsuperationem et superlationem corrigit orationis et ostendit eum non contendentem et asseverantem, mundum prorsus ac penitus capturum non fuisse.

Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐπεὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τῇ θεωρίᾳ ἐνδιατρίβει, εἰκότως ἅπαντα αὐτοῦ τὰ ἔργα καὶ ποιήματα γινώσκει, οὐ μόνον ἃ μετὰ σαρκὸς ἐπεδείξατο, ἀλλὰ καὶ ἅπερ ἐξ αἰῶνος ἐδημιούργησεν ἀσώματά τε καὶ μετὰ σώματος· ὧν τῆς οὐσίας πέρας καὶ τῆς προσαγωγῆς καὶ τῆς διαφορᾶς καὶ τῆς ὑπάρξεως, καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τις γράφειν καθ' ἕκαστον ἐπιχειροίη, οὐτ' ἂν, εἴ τις καὶ δοίη τοῦτο κατὰ συγχώρησιν, δυνατὸν εἴη τὸν κόσμον τὰ γραφόμενα βιβλία χωρῆσαι. Εἰ δέ τις καὶ κόσμον ἐνταῦθα οὐ τὸν κόσμον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ πονηρῷ κείμενον ἄνθρωπον καὶ τὰ τοῦ κόσμου καὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἐκλάβοι φρονοῦντα· πολλαχοῦ γὰρ καὶ οὕτως εἴληπται τῆς Γραφῆς· εἰκότως λέγει ὁ Ἰωάννης, ὅτι Εἰ πάντα [b] τὰ θαυματουργηθέντα παρὰ τοῦ Χριστοῦ θελήσει τις ἀναγράφειν, οὐκ ἂν χωρήσαιεν οἱ τοιοῦτοι, τῷ πλήθει τῶν ἔργων καὶ τῇ μεγαλειότητι εἰς ἀπιστίαν μᾶλλον, ἢ εἰς πίστιν φιλοῦντες ὑπάγεσθαι. Καὶ γὰρ διὰ

Potest autem hoc quoque dici, hunc evangelistam, quia magis quam cæteri speculationi insistit, merito universa illius opera ac facta intelligere, non ea modo quæ cum carne præstitit, verum etiam ea quæ a sæculo effecit incorporea corporeaque : quorum naturæ finem et productionis et differentiæ et substantiæ cæterorumque si quis singulatim scribere aggrediatur, ne, si quis etiam hoc det per concessionem, fieri quidem posset, ut mundus caperet volumina, quæ scriberentur. Quod si quis etiam mundum hic, non mundum simpliciter, sed eum, qui improbitate obsitus ac præditus est, hominem, ac mundana atque carnalia animo agitantem accipiat : in multis enim locis Scripturæ etiam sic accipitur : recte dicit Joannes, Quod si quis omnia, quæ a Christo mirabiliter facta sunt, litteris mandare velit, capere non posse eos, qui tales sunt, multitudine ac magnificentia operum ad incredulitatem soliti adduci. Etenim

Variæ lectiones et notæ.

[a] πεποιεῖσθαι, *erat.* [b] πάντες, *erat.*

idcirco multis in locis evangelistæ, ac sæpenumero totas catervas eorum, qui sanati fuerunt, silentio prætermittunt, ac multa miracula transeunt: tantummodo significantes, multos a variis morbis liberatos, et multa facta esse miracula, et hujusmodi, narrationem autem non exponunt. Plurium enim particularis narratio crassioribus et errore præoccupatis, incredulitatem potius atque detrectationem et aversationem auscultationis, quam fidem et alacritatem ad auscultandum solet ingenerare.

A τοῦτο πολλαχοῦ οἱ εὐαγγελισταὶ καὶ πολλάκις δῆμον ὅλον ἰαθέντων παρατρέχουσι, καὶ πολλὰ τῶν θαυματουργημάτων ὑπερβαίνουσι, μόνον ἐπισημαινόμενοι, ὅτι πολλοὶ ἐκ ποικίλων παθῶν ἀπηλλάγησαν· καὶ πολλὰ ἐγένοντο θαύματα, καὶ τοιαῦτα· τὴν δὲ ἐξήγησιν οὐ ποιοῦνται. Τῶν γὰρ πλειόνων ἡ κατὰ μέρος διήγησις τοῖς παχυτέροις καὶ τῇ πλάνῃ προκατεσχημένοις, ἀπιστίαν μᾶλλον καὶ ὄκνον τῆς ἀκροάσεως, ἢ πίστιν καὶ προθυμίαν εἰς τὴν ἀκρόασιν ἐμποιεῖν εἴωθεν.

Quæ Jesus cœpit tam facere, quam docere.

Miracula atque doctrinam dicit: non solum autem hoc, verum etiam, quod faciendo doceret. Non enim verbis quidem hominibus mandabat, ut facerent, ipse vero non faciebat, sed per ea, quæ ipse faciebat, etiam homines admonebat, ut ad sui imitationem et studium virtutis sese transferrent. Sciendum est autem Theophilum unum fuisse de numero piorum, qui ab ipso Luca ad pietatem erant instituti. Ac ne mireris, si unius hominis gratia adeo sollicitus fuit, eumque tanti **6** fecit, ut integros libros atque tractatus scriberet. Servabat enim Dominicam vocem, quæ dicit: Non est voluntas Patris mei, ut pereat unus de parvis his. Sed cur uni cum scriberet Theophilo, non unum librum fecit, sed in duas partes divisit argumenta? Propter perspicuitatem, et ut reficeret auditorem, atque etiam argumento divisi tractatus erant, itaque recte ipse quoque hæc opera in duas partes divisit.

B

C

Ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν.

Τὰ θαύματα καὶ τὰς διδασκαλίας φησίν· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τῷ ποιεῖν ἐδίδασκεν· οὐ γὰρ λόγῳ μὲν ἐπέτρεπε τοῖς ἄλλοις [46] πράττειν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔπραττεν, ἀλλὰ δι' ὧν αὐτὸς ἔπραττε, διὰ τούτων παρῆνει καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς μίμησιν ἑαυτοῦ καὶ ἀρετῆς ἐπιμέλειαν μετατίθεσθαι. Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Θεόφιλος εἷς ἦν τῶν εὐσεβῶν, τῶν κατηχηθέντων ὑπ' αὐτοῦ τὴν εὐσέβειαν. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ἕνεκεν ἀνδρὸς ἑνὸς τοσαύτην φροντίδα κατεδάλετο, ὡς δύο αὐτῷ γράψαι πραγματείας ὁλοκλήρους· καὶ γὰρ φύλαξ ἦν τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς, τῆς λεγούσης· Οὐκ ἔστι θέλημα τοῦ Πατρός μου, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἑνὶ γράφων τῷ Θεοφίλῳ, οὐχ ἓν βιβλίον ἐποίησεν, ἀλλ' εἰς δύο διεῖλε τὰς ὑποθέσεις; Σαφηνείας ἕνεκεν, καὶ τοῦ διαναπαῦσαι τὸν ἀκροατήν· ἔτι καὶ ὑποθέσει διῃρημέναι ἦσαν αἱ πραγματεῖαι· καὶ εἰκότως καὶ αὐτὸς εἰς δύο διεῖλε ταύτας τὰς πραγματείας.

Vers. 2. *Usque ad eum diem, quo posteaquam mandata dedit apostolis per Spiritum sanctum, quos elegerat, assumptus et subvectus est.*

Posteaquam per Spiritum sanctum mandata dedit: id est, posteaquam locutus est ad eos spiritualia verba. Nihil hoc sit humanum, quod per Spiritum eis mandavit; quemadmodum etiam ipse Dominus humilius et ad dispositionem et administrationem accommodatius loquens dicebat: Sin autem per Spiritum Dei ego dæmonia ejicio. Aut: Per Spiritum ubi mandata dedit, dicit, non quod Filius Spiritu indiguerit: sed quod ubi (quid) Filius conficit et exsequitur, illic etiam Spiritus, utpote ejusdem cum eo naturæ atque conditionis, et in opere versatur, et una adest. Sed quid mandavit? Ite, docete omnes nationes, eosque baptizate in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: ac docete eos servare quæcunque mandavi vobis. Posteaquam mandata dedit, inquit, in sublime exceptus et subvectus est. Non dixit, Ascendit; sed adhuc tanquam de homine loquitur. Hinc autem intelligimus, quod etiam post resurrectionem, docebat discipulos. Sed tempus hoc nemo plene et exacte descripsit; sed Joannes quidem magis quam cæteri omnes immoratur in eo: omnia autem nemo plane exposuit: ad aliud enim festinabant.

D

Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.

Διὰ Πνεύματος ἐντειλάμενος, τουτέστι, πνευματικὰ πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν ῥήματα· οὐδὲν ἀνθρώπινον ἦν τοῦτο, ὅτι ἐν Πνεύματι αὐτοῖς [47] ἐνετείλατο, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης ταπεινότερον καὶ οἰκονομικώτερον φάσκων ἔλεγεν· Εἰ δὲ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω [48] τὰ δαιμόνια· ἤ, Διὰ Πνεύματος, φησίν, ἐντειλάμενος, οὐχ ὅτι ὁ Υἱὸς ἐδεήθη τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ὅτι ἔνθα ἂν ὁ Υἱὸς διαπράττηται, ἐκεῖ καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς ὁμοφυές, καὶ ἐνεργεῖ καὶ συμπάρεστι. Τί δὲ ἐνετείλατο; Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Ἐντειλάμενος, φησὶν, ἀνελήφθη· οὐκ εἶπεν, Ἀνέβη· ἀλλ' ἔτι ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλέγεται. Ἐντεῦθεν δὲ μανθάνομεν ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐδίδασκε τοὺς μαθητάς, ἀλλὰ τὸν χρόνον τοῦτον οὐδεὶς εἶπε μετὰ ἀκριβείας· ἀλλ' ἐγχρονίζει μὲν αὐτῷ ὁ Ἰωάννης τῶν ἄλλων πάντων [49]· πάντα δὲ σαφῶς οὐδεὶς ἀπήγγειλε· πρὸς γὰρ ἕτερον ἠπείγοντο.

Variæ lectiones et notæ.

[46] *Isc.* ἀνθρώποις. [47] αὐτοὺς, *erat.* [48] ἐκβάλω, *erat.* [49] *Isc.* πλέον.

Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ A *παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα.*

Εἰπὼν περὶ τῆς ἀναλήψεως πρότερον, λέγει καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ ἤκουσας ὅτι ἀνελήφθη, ἵνα μὴ νομίσῃς ὑφ' ἑτέρων αὐτὸν ἀνειλῆφθαι, ἐπήγαγεν· Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. Εἰ γὰρ ἐν τῷ μείζονι ἑαυτὸν παρέστησε, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ ἐλάττονι, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, ἀλλ' οὐκ ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα. Οὐ γὰρ ὥσπερ πρὸ τῆς ἀναστάσεως συνεχῶς αὐτοῖς συνῆν, οὕτω καὶ τότε, ἀλλ' ἐφίστατο καὶ ἀφίστατο πάλιν, ἀνάγων αὐτῶν τὰς διανοίας, καὶ οὐκέτι συγχωρῶν ὁμοίως πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν· ἀλλ' ἑκάτερα μετὰ πολλῆς σοφίας καὶ ἀκριβείας κατεσκεύαζε, καὶ τὸ πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὸ μείζονα B αὐτὸν νομισθῆναι λοιπὸν, ἢ κατὰ ἄνθρωπον, καίτοι γε ταῦτα ἐναντία ἦν. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, πολλὰ ἂν ἀνθρώπινα ἔδει γενέσθαι, ὑπὲρ δὲ θατέρου, τοὐναντίον. Ἀλλ' ὅμως ἀμφότερα γέγονε μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ· δι' ἡμερῶν γὰρ τεσσαράκοντα τῶν ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως μέχρι τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, ἐν αἷς καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, δεικνὺς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀποστόλοις[50] ἐφάνη; Ὅτι φάντασμα ἂν ἔδοξε τοῖς πολλοῖς, οὐκ εἰδόσι τὸ ἀπόρρητον τοῦ μυστηρίου. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ μαθηταὶ ἠπίστουν τὴν ἀρχὴν καὶ ἐθορυβοῦντο, καὶ ἀφῆς ἐδεήθησαν, τῆς διὰ χειρὸς καὶ τραπέζης, τί τοὺς πολλοὺς C εἰκὸς ἦν παθεῖν; Διά τοι τοῦτο ἐκ τῶν σημείων ὧν ἔλαβον χάριν ποιεῖν οἱ ἀπόστολοι, ἀναμφίβολον ποιεῖ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν καὶ κοινήν· ὥστε μὴ τοῖς τότε μόνον, ὅπερ ἐκ τῆς ὄψεως ἔμελλε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα φανερὰν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν.

Ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.

Βασιλείαν αὐτὸς ὁ Κύριος ἐκάλεσε τοῦ Πατρὸς καθ' ὃν[51] ἐπηγγείλατο τοῖς μαθηταῖς τὸ καινὸν D συμπίνειν ποτήριον· καινὴν πόσιν καλῶν, ἣν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑαυτοῦ συνέπιεν αὐτοῖς. Καὶ καινὴν βρῶσιν συνέφαγεν, οὐ κατὰ τὴν προτέραν τάξιν, ἣν συνήθιεν αὐτοῖς καὶ συνέπινε πρὸ τῆς ἀναστάσεως. Τότε γὰρ κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ὁμοιωθεὶς ἡμῖν, ἤσθιε καὶ ἔπινε καθάπερ ἡμεῖς, ἐκὼν ἐνδιδοὺς τῇ σαρκὶ τὴν τῆς τροφῆς χρείαν ἐπιζητεῖν· διὸ καὶ τὸ τῆς πείνης βουλόμενος προσήκατο πάθος· μετὰ δέ γε τὴν ἀνάστασιν οὐκέτι κατὰ χρείαν ἔφαγέ τε καὶ ἔπιεν, ἀλλὰ μόνον πιστούμενος ἅπασι τὴν ἀληθῆ

Vers. 3. *Quibus etiam, posteaquam supplicio fuisset affectus, multis argumentis et signis viventem sese per dies quadraginta præbuit.*

Postquam dixit de assumptione prius, dicit etiam de resurrectione. Quandoquidem audivisti, assumptus est, ne putes eum ab aliis assumptum esse, subjunxit : Quibus etiam exhibuit sese viventem. Nam si in majori sese exhibuit, multo magis in minori. Per dies, sive intra dies quadraginta, et non in diebus quadraginta. Non enim, sicut ante resurrectionem continenter una cum eis erat, ita etiam tunc: sed accedebat et rursus discedebat, sursum erigens eorum mentes, et non amplius concedens, ut similiter atque superiore tempore adversus sese affecti essent, sed utraque cum magna sapientia atque cautione agebat, ut et resurrectio crederetur, et ipse major posthac, quam pro homine 7 haberetur, quanquam hæc sane contraria erant. Nam pro hoc, ut resurrectio crederetur, multa humana fieri oportebat: pro altero vero, contrarium. Verumtamen utraque convenienti tempore facta sunt : videlicet intra dies quadraginta, qui intercesserunt a resurrectione usque ad ascensionem et reditum in cœlum, in quibus etiam una cum iis comedit ac bibit, ostendens interim, quod ipse esset is, qui crucifixus, qui sepultus esset, qui a mortuis resurrexisset. Sed quare non omnibus, sed solis apostolis apparuit ? Quia vulgo hominum, qui arcanum mysterium non noverant, spectrum esse visum fuisset. Nam si etiam ipsi discipuli initio fidem non habebant, sed turbabantur, et tactu manus et mensa opus habebant: qualem verisimile est vulgi affectum futurum fuisse ? Idcirco per signa, quæ faciendi causa acceperunt apostoli, non ambiguam, sed certam efficit resurrectionis demonstrationem atque communem, ut non iis duntaxat, qui tunc erant : quod ex aspectu fieri debebat : verum etiam omnibus, qui postea fuerunt, manifesta resurrectio facta sit.

Vers. 3. *Dum conspicitur ab eis, ac loquitur ea quæ pertinent ad regnum Dei.*

Vers. 4. *Et una cum eis vescens, præcepit illis, ne discederent Hierosolymis, sed expectarent promissum Patris, quam, inquit, audivistis ex me.*

Regnum Patris Dominus ipse vocavit, in quo novum una cum eis poculum discipulis promiserat bibiturum : novum potum vocans, quem una cum illis bibit post resurrectionem : atque etiam novum una cum illis cibum comedit, non quemadmodum prius ;nstituerat, cum una cum eis comedebat et bibebat antequam resurrexisset. Tunc enim, excepto peccato, omnino nobis assimilatus, comedebat et bibebat quemadmodum nos, ultro carni indulgens, ut requireret necessarium usum cibi. Quamobrem famis quoque affectum volens admisit : sed post resurrectionem sane non amplius necessario co-

Variæ lectiones et notæ.

[50] *desiderari videtur*, μόνοις. [51] *Isc.* καθ' ἣν.

medit et bibit, sed solummodo ut universis fidem faceret veræ corporis naturæ, quod et supplicio volens affectus esset et divinitus resurrexisset. Hunc igitur novum cibum et potum vocavit, quibus una cum discipulis post resurrectionem, non quemadmodum prius consueverat, usus est. Etenim in quadraginta diebus, inquit, συνηλίζετο, id est, una cum eis vescebatur, videlicet communi utens sale et mensa. Sed quomodo, nostrum non est dicere. Hæc enim non solito more, sed magis admirabili modo acciderunt : non quod natura deinceps cibis indigeret, sed quod condescensio atque accommodatio fieret ad demonstrandam resurrectionem. Et patefaciens [8] regni mysteria, præcepit, etc. Cur tandem hoc eis ut facerent, mandavit ? Nam primum quidem eos metu perculsos atque trementes in Galilæam eduxit, ut securi ea, quæ diceret, audirent : parati enim erant ad locum et munus suum deserendum ; deinde postquam audiverant, ac quadraginta dies una conversati erant, mandavit ne ab Hierosolymis discederent. Cur tandem? Quia quemadmodum milites, siqui multitudini objiciendi sunt, nemo antequam sese armaverint, exire sinit : neque ex carceribus equos prosilire antequam aurigam acceperint : ita nimirum etiam illos, antequam Spiritus descendisset, ne a multitudine facile capi ac subigi possent, in acie conspici non sinebat ; non solum autem idcirco, sed quod multi etiam illic crediturі erant. Atque etiam tertia causa est, ne qui dicerent, eos, notis relictis, ad peregrinos ostentatum et jactatum sese venisse, idcirco apud illos ipsos, qui cædem fecerant, qui crucifixerant, qui sepeliverant, in ipsa urbe, in qua nefarium facinus committere ausi erant, argumenta ac signa proferunt, quæ non poterant refelli. Sed quando audiverunt illum promittentem? Quando dicebat : Expedit vobis ut ego abeam. Nisi enim ego abiero, Paracletus ille non veniet ad vos. Et rursus, Rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis. Sed cur non illo præsente, neque digresso statim advenit, sed post octo aut novem dies, sive cum complerentur dies Pentecostes sive quinquagesimæ? ac præterea, quomodo, si nondum Spiritus advenerat, dicebat : Accipite Spiritum sanctum ? Potest igitur dici hoc idcirco ab illo dictum esse, quod vellet eos capaces maximeque idoneos efficere atque sufficientes ad Spiritum recipiendum : acceperunt autem illum, cum ad eos descendit : aut, quod de futuro, tanquam de re jam præsente et instante locutus sit : ut cum dicit : Calcate super serpentes et scorpiones et super omnes copias inimici.

φύσιν τοῦ σώματος ὅτι καὶ πέπονθεν ἑκὼν, καὶ ἀνέστη θεοπρεπῶς. Ταύτην οὖν καινὴν βρῶσιν καὶ πόσιν ἐκάλεσε, τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν γεγενημένην αὐτῷ μετὰ τῶν μαθητῶν, οὐ κατὰ τὴν προτέραν συνήθειαν· καὶ γὰρ, φησὶν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις αὐτοῖς συνηλίζετο [88], τουτέστι, κοινωνῶν ἁλῶν, καὶ κοινωνῶν τραπέζης. Τὸ δὲ πῶς, οὐχ ἡμέτερον εἰπεῖν. Τρόπῳ γάρ τινι παραδοξοτέρῳ ταῦτα ἐγένετο· οὐχ ὡς τῆς φύσεως δεομένης βρωμάτων λοιπὸν, ἀλλὰ συγκαταβάσεως γενομένης πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀναστάσεως. Καὶ τὰ περὶ τῆς βασιλείας ἀποκαλύπτων μυστήρια [89]. Τί δήποτε παρήγγειλεν αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν; Πρῶτον μὲν οὖν αὐτοὺς δεδοικότας καὶ τρέμοντας εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐξήγαγεν, ἵνα μετὰ ἀδείας ἀκούσωσι τῶν λεγομένων· ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν εἰς τὸ λειποτακτῆσαι· εἶτα ἐπειδὴ ἤκουσαν καὶ τεσσαράκοντα διέτριψαν ἡμέρας, παρήγγειλεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι. Τί δήποτε; Ὅτι καθάπερ τινὰς στρατιώτας μέλλοντας εἰς πλῆθος ἐμπίπτειν, οὐδεὶς ἀφίησιν ἐξελθεῖν ἕως ἂν ὁπλίσωνται, οὐδὲ ἵππους προπηδᾷν τῆς βαλβίδος, ἕως ἂν τὸν ἡνίοχον λάβωσιν· οὕτω δὴ καὶ αὐτοὺς πρὸ τῆς τοῦ Πνεύματος καθόδου φανῆναι ἐπὶ τῆς παρατάξεως οὐκ ἀφίει, ὥστε μὴ γενέσθαι εὐχειρώτους καὶ ἁλωσίμους τοῖς πολλοῖς· οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ μέλλοντες πιστεύειν αὐτόθι· καὶ τρίτον, ἵνα μή τινες λέγωσιν, ὅτι τοὺς γνωρίμους ἀφέντες, παρὰ τοῖς ξένοις [90] ἦλθον κομπᾶσαι, τούτου χάριν παρ' αὐτοῖς τοῖς πεφονευκόσι παρέχουσι τὰ τεκμήρια· παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐσταυρωκόσι, τοῖς θάψασιν, ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἐν ᾗ τὸ παράνομον ἐτολμήθη. Πότε δὲ ἤκουσαν τὴν ἐπαγγελίαν; Ὅτε ἔλεγε· Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· καὶ πάλιν, Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψει [91] ὑμῖν. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ παρόντος αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπελθόντος εὐθέως παρεγένετο, ἀλλὰ μετὰ ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἡμέρας, ἤτοι ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς; Ἔτι δὲ πῶς, εἰ μηδέπω τὸ Πνεῦμα παρεγεγόνει, ἔλεγε, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον; Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο μὲν ἔλεγε, δεκτικοὺς αὐτοὺς καὶ ἐπιτηδειοτάτους παρασκευάζων καὶ ἀρκοῦντας εἰς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ Πνεύματος· ἔλαβον δὲ, ὅτε κατῆλθεν ἐπ' αὐτούς· ἢ, ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ὡς ἤδη παρὸν καὶ ἐνεστηκὸς, εἴρηκεν, ὡς ὅταν λέγῃ· Πατεῖτε ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, ὅτι τοῦ Πνεύματος ἡ δόσις ποικίλη τίς ἐστι καὶ πολυμερής· ἡ μὲν γὰρ καθαρτικὴ, ἡ δὲ τελειωτική· καὶ ἡ μὲν ἁγιάζουσα, ἡ δὲ ἁγιαστικοὺς δημιουργοῦσα· ἡ μὲν γλωσσῶν ποριστική, ἡ δὲ προφητείας· ἡ μὲν τερατουργημάτων, ἡ δὲ ἑρμηνείας παρεκτική· καὶ

Variæ lectiones et notæ.

[88] *Exponit dictionem*, συναλιζόμενος, *quam Erasmus vertit*, « *congregans.* » *Sane dictio simplex* ἁλίζω *alias significat*, « *congrego* » *et* « *accumulo;* « *unde* ἅλις, « *abunde, cumulate :* » *alias* « *in pulvere volutor, pulvere inquinor, in pulvere luctor;* » *unde* ἡ ἅλως, *et* ἡ ἀλών, « *area,* » *in qua spicæ conserrantur et volutantur. Significat item,* « *sale conspergo,* » *et* « *condio.* » *Hinc compositum* συναλίζομαι, « *simul utor sale, eadem uti mensa,* » *quod vetus interpres* « *convesci* » *dixit : quem, utpote propius accedentem ad interpretationem Theophylacti, ego quoque sequor.* [89] *Addendum forte* παρήγγειλεν, *quod interpres supplevit.* [90] *Ἐν τοὺς ξένους.* [91] *πέμψῃ erat.*

μυρία ἄλλα. Οὐδὲν οὖν κωλύει κατὰ τὴν ποικίλην καὶ πολυμερῆ τοῦ Πνεύματος διανομὴν, διαφόρως αὐτοὺς καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν δέξασθαι· ἡ μέντοι τελεία καὶ τελειοποιὸς, ὥστε καὶ ἑτέρους τελειοποιεῖν τοῦ Πνεύματος τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοίτησις, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς Πεντηκοστῆς γέγονεν· ὅτε καὶ ἐν εἴδει γλωσσῶν αὐτοῖς πυρίνων ἐπιφανὲν, ὅλης αὐτοῦ τῆς ἐνεργείας ἐνέπλησε. Διὰ τοῦτο δὲ αὐτὸς ἀπέστη, καὶ ἐκεῖνο τότε ἦλθε· καὶ τότε, οὐδὲ εὐθέως· ἵνα ἐν ἐπιθυμίᾳ γενόμενοι, οὕτω λάβωσι τὴν χάριν. Εἰ δὲ παρόντος ἐκείνου τὸ Πνεῦμα ἐπέστη· καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθε, τὸ δὲ ἔμεινεν, οὐκ ἦν τοσοῦτον τῆς παραμυθίας. Καὶ γὰρ σφόδρα αὐτοῦ δυσαποσπάστως εἶχον· διὸ ἄνεισι καὶ οὐδὲ εὐθέως ἐπιφοιτᾷ τὸ Πνεῦμα· ἵνα καὶ μικρὸν ἀθυμήσαντες, καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ καὶ χρείᾳ τῆς ἐπαγγελίας καταστάντες, καθαρὰν καὶ ἀπηρτισμένην δέξωνται τὴν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ ἡδονήν. Ἄλλως δὲ, ἔδει ἐν οὐρανῷ φανῆναι τὴν ἡμετέραν φύσιν καὶ τὰς καταλλαγὰς γενέσθαι ἀπηρτισμένας, καὶ τότε ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμα. Σκόπει δὲ, ἡλίκην αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπέθηκεν ἐν Ἱεροσολύμοις μένειν διὰ τοῦ ὑποσχέσθαι· ἵνα γὰρ πάλιν μετὰ τὴν ἀνάληψιν μὴ φύγωσι, τῇ προσδοκίᾳ ταύτῃ, καθάπερ τινὶ δεσμῷ, κατέχει πάντας αὐτοὺς ἐκεῖσε, διὰ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων κεχηνέναι ποιῶν αὐτοὺς τῷ ἀδήλῳ τῶν ἐπηρτημένων ἐλπίδων. Οὐκ ἂν δέ τις ἁμάρτοι, καὶ τότε εἰληφέναι αὐτοὺς λέγων ἐξουσίαν τινὰ καὶ χάριν πνευματικήν· οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· Ὧν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς, δεικνὺς ὁποῖον εἶδος ἐνεργείας δίδωσι. Νῦν μὲν γὰρ ταύτῃ περιβάλλει τῇ δυνάμει· μετὰ δὲ τεσσαράκοντα ἡμέρας τὴν τῶν σημείων ἐνέργειαν παρέχει. Διό φησι· Λήψεσθε δύναμιν, καὶ τὰ ἑξῆς.

A Potest autem aliter quoque dici, donationem videlicet Spiritus variam quamdam multasque in partes esse distributam. Nam alia quidem vim habet expiandi, alia vero facultatem consummandi : atque alia quidem consecrat, alia vero consecrandi vi præditos efficit : alia quidem linguas suppeditat, alia vero prophetiam : alia quidem miraculorum efficientiam, alia vero interpretationem præbet : atque alia sexcenta. Nihil igitur vetat, prout varia est ac in multas partes divisa largitio Spiritus, etiam diversis modis illos gratiam sancti Spiritus accepisse. Perfectus tamen ille, ac perfectorum effector, qui etiam alios perfectos reddere poterat, ad apostolos Spiritus sancti appulsus et accessus accidit in tempore Pentecostes : quando etiam in
B 9 specie linguarum ignearum cum eis apparuisset, tota sua illos efficientia replevit. Idcirco autem discessit, et ille tunc venit : et tunc, non autem statim, ut cupidi effecti, ita tandem gratiam acciperent. Quod si præsente illo Spiritus supervenisset, et ille quidem abiisset, hic vero mansisset, non tanta consolatio fuisset. Etenim admodum ab illo inviti divellebantur, idcirco ascendit, ac nec protinus advenit Spiritus, ut et parumper contristati, et cupidi facti atque promissionis egentes, puro atque perfecto propter præsentiam Spiritus gaudio fruerentur. Atque alioquin etiam in cœlo nostram naturam apparere, reconciliationesque perfectas fieri, ac tunc venire Spiritum oportebat.
C Vide quantam, ex Hierosolymis manendi per promissionem imposuerit necessitatem. Nam ne rursus fugerent post assumptionem, hac exspectatione, quasi vinculo quodam omnes eos detinet illic per spem rerum commodiorum, incertæ spei rerum suspensarum eos faciens inhiare. Cæterum non peccaverit, si quis dicat, etiam tunc illos accepisse quamdam potestatem ac gratiam spiritualem : non ut mortuos resuscitarent, sed ut peccata remitterent. Quamobrem etiam subjunxit : Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, etc., nempe ostendens, quam speciem efficientiæ daret. Nam tunc quidem eos illa potestate præditos efficit, sed post quadraginta dies signorum efficientiam præbet. Quamobrem dicit : Accipietis virtutem, etc.

Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι· ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.

VERS. 5. *Quoniam Joannes quidem aqua baptizavit. vos autem baptizabimini Spiritu sancto post hosce dies haud multos..*

Εἰπὼν περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, D Ἣν ἠκούσατέ μου, ἐπήγαγεν, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ δείκνυσι λοιπὸν τὸ μέσον αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Ἰωάννου φανερῶς, καὶ οὐκέτι, ὡς πρὸ τούτου συνεσκιασμένως, ὡς ὅτε ἔλεγεν· Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι· νῦν δὲ φανερῶς φησιν· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι· ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ δείκνυσιν αὐτοὺς ἤδη μείζους γεγενημένους Ἰωάννου, εἴγε καὶ αὐτοὶ ἔμελλον βαπτίζειν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Οὐκ εἶπε δὲ, Βαπτίσω ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ἀλλὰ, Βαπτισθήσεσθε, πανταχοῦ τῆς ταπεινοφροσύνης μέτρα καὶ τύπους καταλιμπάνων ἡμῖν· τοῦτο γὰρ λοιπὸν ἀπὸ τῆς μαρτυρίας Ἰωάννου δῆλον ἦν, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ βαπτί-

Cum dixisset, ut exspectarent promissum Patris, de quo ex ipso audissent, subjunxit : Nam Joannes quidem aqua baptizavit ; etc. ac deinceps, quid inter ipsum et Joannem interesset, aperte demonstrat, et non amplius, ut antehac, tecte et quasi sub umbra : quemadmodum cum diceret : Sed qui minor est in regno cœlorum, major est illo. Nunc autem aperte dicit : Joannes quidem aqua baptizavit : vos autem baptizabimini Spiritu sancto ; et ostendit illos jam majores evasisse Joanne, si quidem ipsi quoque baptizaturi erant Spiritu sancto. Non dixit autem, Baptizabo vos Spiritu sancto ; sed, Baptizabimini, ubique animi demissi modestiam et exemplum nobis relinquens. Nam id jam tunc deinceps ex Joannis testimonio con-

[39] *Scholiastes videtur hic legere, pro,* ἐστὶν, ἔστη, *id est, stetit, vel stabat. Vide infra in scholio,* προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός. [40] *In vulgatis est,* εἰς ᾅδου. [41] *Isc.* γεγεννημένον. [42] ἀνεπιδέητον, *erat.* [43] ἔρχεται, *erat.* [44] διετύπωτο, *erat ; Isc.* διετυπώσατο.

πνευματικὸν σῶμα. Ἡ γὰρ ἐγειρομένη σὰρξ μετὰ τὴν ἔγερσιν πνευματικὸν καὶ ἄφθαρτον σῶμά ἐστιν. Ὁδοὺς δὲ ζωῆς φησιν, ἃς αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων μετὰ τοῦ Σωτῆρος ἐκ τῶν κάτω χωρίων ἔτριψαν ἀναβαίνουσαι. Τὸ δὲ, Πληρώσεις με εὐφροσύνης [48] μετὰ τοῦ προσώπου σου, πρόσωπον Κυρίου νοητέον, τὴν θεοπρεπεστάτην θεοφάνειαν, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπὴν, ἣν ἡμᾶς τὸ τελειότερον ἐπισκέψηται.

A strare non possunt id, quod sentiunt, attamen animo pio præditi sunt, cum dicunt carnem resurgere, ut sit corpus incorruptibile atque spirituale. Nam caro, quæ resurgit, post resurrectionem spirituale et incorruptibile corpus exsistit. Vias autem vitæ dicit, quas animæ justorum una cum Servatore ex inferis locis ascendentes triverunt. Cæterum quod dicit : Replebis me lætitia cum facie tua, per faciem Domini intelligenda est, divinam majestatem maxime decens apparitio Dei, nostrique inspectio, qua nos perfectius et absolutius visitaturus et inspecturus est.

Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη· καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης.

Vers. 29. *Viri fratres, licitum sit libere apud vos loqui de patriarcha Davide. Nam et mortuus et sepultus est, et monumentum illius apud nos est usque ad hunc diem.*

Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν [49] αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, τὸ κατὰ σάρκα, ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ θρόνου [47] αὐτοῦ,

B Vers. 30. *Cum igitur propheta esset, ac sciret, quod Deus sibi jurejurando affirmasset, fore ut de fructu lumborum ejus, quod attinet ad carnem, excitaret Christum, qui sederet in solio illius,*

Προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

Vers. 31. *Re prævisa locutus est de resurrectione Christi, quod anima ejus non derelicta sit in inferno, neque caro illius viderit corruptionem.*

Πληρώσας τὴν τοῦ Δαυὶδ μαρτυρίαν, ἐπάγει· Ἄνδρες ἀδελφοί. Ὅταν μέλλῃ [48] τι λέγειν μέγα, τούτῳ κέχρηται τῷ προοιμίῳ, διεγείρων αὐτοὺς καὶ οἰκειούμενος· ἔνθα δὲ οὐδὲν ἔβλαπτε, πολλῇ κέχρηται τῇ μετριοφροσύνῃ. Εἰ γὰρ εἶπεν οὕτως ἁπλῶς ὅτι Ταῦτα εἴρηται περὶ [49] τοῦ Δαυὶδ, τραχὺς ἂν ἔδοξε καὶ εἰς ὀργὴν αὐτοὺς ἀνακινῶν, ἢ πειθηνίους ποιῶν. Τῇ δὲ πολλῇ περὶ τὸν μακάριον Δαυὶδ τιμῇ, εὐπαράδεκτον περὶ τοῦ Χριστοῦ εἰρῆσθαι τὴν προφητείαν κατασκευάζει· καὶ ὅλος ὁ λόγος αὐτοῦ οὕτος ᾠκονόμηται οὕτως. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, οὐκ εἶπε, Καὶ ἀνέστη· ἀλλὰ, Καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστιν· ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ [50], Οὐκ ἀνέστη. Εἶτα οὐδὲ οὕτως ἦλθεν εἰς τὸν Χριστόν· ἀλλὰ πάλιν ἐγκωμιάζεται [51] ὁ Δαυὶδ, καὶ διὰ τῶν εἰς ἐκεῖνον ἐγκωμίων πρόεισιν ὁ σκοπός· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ταῦτα λέγει, ἵνα διὰ τὴν εἰς ἐκεῖνον τιμὴν καὶ τὸ γένος δέξωνται τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον· ὡς καὶ τῆς προφητείας βλαπτομένης, εἰ μὴ τοῦτο εἴη, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς τιμῆς διαφθειρομένης. Ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεός. Οὐκ εἶπεν, ἐπηγγείλατο, ἀλλ' ὤμοσε, τὸ ἀπαράβατον τῆς ὑποσχέσεως παριστῶν. Καθίσαι ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ. Ἐν πολλοῖς τόποις τῆς θείας Γραφῆς, ἀντὶ βασιλείας, ὁ θρόνος ὀνομάζεται· ὡς καὶ ἐνταῦθα· καὶ ἐν τῷ, Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Τὸ δὲ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν. Τὸ κατὰ σάρκα, φησίν· τὸ γὰρ κατὰ τὴν θεότητα, σύνεστιν ἀϊδίως συνεδριάζων τῷ Πατρί. Πάντα δὲ ἀνατίθησι τῷ Πατρὶ, ἵνα παραδέξωνται τέως τὰ λεγόμενα. Ἀλλὰ πῶς ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου Δαβίδ; Ὅτι βασιλεύει καὶ Ἰουδαίων καὶ πολλῷ μᾶλλον τῶν σταυρωσάντων.

Edito atque exposito testimonio Davidis, subjungit : Viri fratres. Magnum aliquid dicturus hoc utitur principio, excitans illos et concilians. Nam ubi nihil nocebat, magna usus est animi moderatione. Nam si dixisset ita simpliciter : Hæc a Davide dicta sunt, asper esse, et ad iram concitare magis, quam obsequentes illos reddere velle visus esset. Magno autem, quo beatum Davidem prosequitur, honore, efficit, ut facile admittatur atque probetur, de Christo dictam **31** esse illam prophetiam. Ac tota hæc illius oratio disposita est hac ratione. Nam cum dixisset, Et mortuus est, et sepultus est : non dixit : Et resurrexit : sed, Monumentum illius est apud nos. Quod perinde est, ac si dixisset : Non resurrexit. Deinde ne sic quidem venit ad Christum : sed rursus David laudatur, ac per laudes, quibus illum celebrat, progreditur quo oratio spectabat. Etenim idcirco hæc dicit, ut propter illius honorem et genus probent orationem de resurrectione : quasi et prophetia lædatur, nisi hoc esset, et illorum honor labefactetur. Jurejurando confirmasset ei Deus. Non dixit, promisisset, sed, jurasset, promissum significans, in quo fallere ac frustrari fas non esset. Qui sederet in solio illius. In multis locis divinæ Scripturæ, pro regno solium accipitur : ut etiam in hoc loco, et in illo : Solium tuum, Deus, in sæculum sæculi ; illud autem, quod ad carnem attinet, excitaret Christum : Quod ad carnem attinet, inquit. Nam quod attinet ad deitatem, una cum Patre est a sempiternis sæculis sedens. Patri autem omnia attribuit, ut admittant ac probent interim quæ dicebantur. Sed quomodo sedit in solio Davidis ? Quia rex est Judæorum, et multo magis eorum qui crucifixerunt.

Variæ lectiones et notæ.

[48] μὴ εὐφροσύνης, *erat.* [49] ὤμωσεν, *erat.* [47] *In vulgatis,* ἐπὶ τοῦ θρόνου. [48] μέλλειν, *erat.* [49] περὶ *erat.* [50] τὸ, *erat.* [51] ἐγκωμιάζηται, *erat.*

VERS. 32. *Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus* A *omnes nos sumus testes,*

VERS. 33. *Dextera igitur Dei exaltatus, ac promissum Spiritum sanctum a Patre consecutus, effudit hoc, quod* [j] *vos nunc videtis et auditis.*

VERS. 34. *Non enim David ascendit in cœlos : sed ipse ait, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis,*

VERS. 35. *Quoad effecero* [k] *inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

VERS. 36. *Certo sciat ergo tota domus Israelis et Dominum et Christum a Deo factum esse hunc ipsum Jesum, quem vos cruci affixistis.*

Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες.

Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο, ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε.

Οὐ γὰρ Δαυὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς, λέγει δὲ αὐτός· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.

Rursus ad Patrem confugit, quanquam satis erat B dixisse prius : sed noverat, quantam hoc auditoribus afferret utilitatem ad susceptionem et approbationem earum rerum, quæ urgebant et in primis requirebantur atque necessariæ erant. Porro per dictionem, ὑψωθείς, id est exaltatus, tecte significat, illum et in sublime evectum esse, et in cœlis versari, sed ne hoc quidem tunc in initio aperte. Vide autem, ut in initio orationis non dixerit Christum demisisse Spiritum, sed Patrem, quando etiam Joelem prophetam testem producebat. Posteaquam autem mentionem fecit et signorum ejus, et illarum rerum, quæ in **32** ipsum factæ sunt, ac de resurrectione locutus est, confidenter deinceps ait illum effudisse Spiritum. Itaque de illo propheta dicebat : *Et accidet in extremis diebus.* Promissum autem dicit, vel id nimirum, quod nobis apostolis promiserat, vel quod promiserat illi Pater antequam crucifigeretur et supplicio afficeretur. Cum enim magnum quiddam atque sublime dicturus erat, nempe Christum effudisse Spiritum, velat ac tegit id dicendo, Patrem illi hunc promisisse. Quod enim aliquis dixerit, nisi utilem exitum ac finem habuerit, temere ac frustra dicit. Ostendit autem, quod crux et humiliorem non modo reddiderit, verum etiam splendidiorem effecerit : si tunc quidem promisit, prout Joannes dicit : Ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igne : nunc autem post crucem dedit. Sed ipse ait : *Dixit Dominus Domino meo.* Hic non amplius cum reformidatione ac repressione loquitur, sumpta nimirum fiducia ab iis, quæ dicta erant. Sed quid dixit Dominus Domino meo ? Quod si David Dominum illum vocat, multo magis illi non despicient et indignum reputabunt. Per id autem, quod dicit : *Donec effecero inimicos tuos,* metum illis incussit, fore videlicet, ut vincantur et subjugentur. Ne autem sibi fides derogetur, Patri dictum tribuit et ascribit. Quoniam autem magna quoque locutus erat, rursus ad humilia deducit orationem. *Sede a dextris meis.* Per hoc, quod

Πάλιν ἐπὶ τὸν Πατέρα καταφεύγει, καίτοι γε ἦρκει εἰπεῖν τὸ πρότερον· ἀλλ' οἶδεν ὅσον τοῖς ἀκροαταῖς εἰς τὴν παραδοχὴν τῶν κατεπειγόντων τοῦτο χρησιμεύει. Τὸ δὲ, ὑψωθείς, καὶ περὶ τῆς ἀναλήψεως ἠνίξατο [83], καὶ ὅτι ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐστιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο τέως φανερῶς. Ὅρα δὲ, πῶς ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὐχὶ τὸν Χριστὸν ἔλεγε καταπεμφέναι τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ τὸν Πατέρα· ὅτε καὶ τὸν προφήτην Ἰωὴλ παρῆγεν εἰς μαρτυρίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθη καὶ τῶν σημείων αὐτοῦ, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως διελέχθη θαρσῶν, λοιπόν φησιν αὐτὸν ἐκχέαι τὸ Πνεῦμα· ὥστε περὶ αὐτοῦ ὁ προφήτης ἔλεγε· *Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις.* Ἐπαγγελίαν δέ φησιν, ἣ ἦν ἡμῖν τοῖς ἀποστόλοις ἐπηγγελατο, ἢ ἦν ἐπηγγείλατο αὐτῷ ὁ Πατὴρ πρὸ τοῦ σταυροῦ καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν. Ἐπεὶ γὰρ μέγα καὶ ὑψηλὸν ἔμελλεν εἰπεῖν τὸ ἐκχέαι τὸν Χριστὸν τὸ Πνεῦμα, συσκιάζει αὐτὸ τῷ εἰπεῖν, ὅτι ὁ Πατὴρ αὐτῷ ἐπηγγείλατο τοῦτο. Ὃ γὰρ ἂν εἴπῃ τις, εἰ μὴ εἰς τὸ συμφέρον τελευτήσει, εἰκῇ καὶ μάτην λέγει. Καὶ δείκνυσιν, ὅτι ὁ σταυρὸς οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἠλάττωσεν, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον εἰργάσατο, εἴγε τότε μὲν ἐπηγγείλατο κατὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου φωνήν· Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· νῦν δὲ μετὰ τὸν σταυρὸν ἔδωκε. Λέγει δὲ αὐτός· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου.* Ἐνταῦθα οὐκ ἔτι μεθ' ὑποστολῆς λέγει, ἔχων τὸ ἀπὸ τῶν εἰρημένων θάρσος, ἀλλὰ τί εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου; Εἰδὲ Δαυὶδ Κύριον αὐτὸν καλεῖ, πολλῷ μᾶλλον αὐτοὶ οὐκ ἀπαξιώσουσι. Διὰ δὲ τοῦ· *Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου,* φόβον ἐπέσειεν αὐτοῖς, τὴν αὐτῶν ἐπικράτησιν. Ἵνα δὲ μὴ ἀπιστῆται [83], τῷ Πατρὶ ἀνατίθησιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ μεγάλα ἐφθέγξατο, πάλιν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ [84] κατάγει τὸν λόγον. *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.* Διὰ τοῦ, *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,* τὸ ἰσότιμον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς νοοῦμεν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀσωμάτου οὐσίας, οὐ δυνατὸν νοεῖσθαι δεξιὸν ἢ ἀριστερόν. Τίνες [85] δὲ εἶεν οἱ ἐχθροὶ, ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ βοῶν· Ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἐξουσίαν, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θα-

Variæ lectiones et notæ.

[83] ἠνοίξατο, *erat.* [83] ἀπιστῆτε, *erat.* [84] τοὺς ταπεινοὺς, *erat.* [85] τινές, *erat.*

[j] V. *hunc, quem.* [k] V. *Donec ponam.*

νατος· ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. Τὸ, ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ, κατέστησεν. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι περὶ οὐσιώσεως καὶ ὑποστάσεώς τις λόγος. Εἶτα οὔπω τῶν ταπεινῶν ἀφίσταται. Δέον γὰρ ἐπαγαγεῖν· ἀσφαλῶς γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι ἐκ δεξιῶν κάθηται· τοῦτο γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων συνεπεραίνετο οὐ τοῦτό φησιν· ἀλλὰ τὸ πολὺ ταπεινότερον· ὅτι καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς κατέστησε· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ἐποίησεν. Οὕτω χρὴ πανταχοῦ σκοπεῖν, δι' ὧν τοῖς ἀκροαταῖς ὠφέλεια γίνεται.

A dicit, *Sede a dextris meis*, æqualitatem intelligimus, et parem Filii et Patris conditionem. Nam in incorporea natura non potest intelligi dextrum aut sinistrum. Quinam autem sint inimici, Apostolus significat ubi clamat: Cum aboleverit omnem principatum et omnem potestatem, ultimus inimicus aboletur mors. Et Dominum, et Christum a Deo factum, esse hunc ipsum. Factum esse, pro eo quod est constitutum esse. Nullus enim prorsus est sermo de usiosi, id est de substantiatione seu essentiatione et hypostasi, id est, subsistentia. Deinde nondum humilibus supersedet atque desistit. Nam cum oporteret subjungere: Certo sciat tota domus Israelis, illum a dextris sedere: hoc enim ex antedictis colligebatur: non hoc ait, sed quod multo humilius et abjectius est, nempe Dominum illum et Christum a Deo constitutum esse: hoc enim significat verbum, factum esse. Ita oportet ubique dispicere atque considerare, qua ratione auditores capiant utilitatem.

Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν[56] *τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους· Τί ποιήσομεν, ἄνδρες ἀδελφοί;*

B VERS. 37. *His autem illi auditis, corde compuncti sunt, dixeruntque ad Petrum et ad reliquos apostolos: Quid agemus, viri fratres?*

Πέτρος δὲ[57] *ἔφη πρὸς αὐτούς· Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

33 VERS. 38. *At Petrus ad illos: Delictorum vos, inquit, pœniteat, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum: et accipietis donum Spiritus sancti.*

Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

VERS. 39. *Ad vos enim et ad liberos vestros pertinet promissio, et ad omnes longinquos quoscunque advocaverit Dominus Deus noster.*

Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρατο[58]*, καὶ παρεκάλει λέγων· Σώθητε*[59] *ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης.*

VERS. 40. *His ille aliisque verbis compluribus eos quasi protestans admonebat et cohortabatur. Servamini et evadite, inquiens, ex isto hominum genere pravo.*

Ὁρᾷς ὅσον ἐστὶν ἐπιείκεια· ὡς αὐτὴ μᾶλλον τῆς C σφοδρότητος τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων κατακεντᾷ καὶ μαλάττει· καὶ γὰρ ἐνταῦθα ὁ μακάριος Πέτρος ἀνέμνησε μὲν αὐτοὺς τῶν οἰκείων τολμημάτων, ἀλλὰ πράως, καὶ οὐδὲν τιμωρίας προσέθηκεν. Ἠδέσθησαν οὖν τοῦ Πέτρου τὴν ἐπιείκειαν, ὅτι τοῖς τὸν Δεσπότην αὐτοῦ θανάτῳ παραδεδωκόσι· καὶ ἔτι κατ' αὐτῶν ἐκείνων φονῶσι καὶ ἀνελεῖν ἐπιθυμοῦσιν, αὐτὸς ὅμως ἐν τάξει πατρὸς καὶ διδασκάλου κηδεμονικῶς αὐτοῖς διελέγετο. Κατενύγησαν γάρ, φησίν· Οὐχ ἁπλῶς ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καταγνόντες ἑαυτῶν. Καὶ γάρ φησι, Τί ποιήσομεν, ἀδελφοί; ὡς ἀποροῦντες, ὡς ἐναγώνιοι ὄντες ὑπὲρ ὧν τετολμήκασιν. Οὓς δὲ πλάνους ἐκάλουν, ἀδελφοὺς καλοῦσι, καὶ τοῦτο οὐχὶ[60] παῤῥησιαζόμενοι αὐτοῖς διὰ τῆς τοιαύτης κλήσεως, ἀλλὰ τὴν φιλοστοργίαν, καὶ ὅσον πρὸς αὐτοὺς ᾠκειώθησαν D ἐνδεικνύμενοι. Διότι καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι οὕτως αὐτοὺς ἐκάλεσαν, ἀρχομένου τῆς δημηγορίας Πέτρου. Πάντων δὲ ἐρωτηθέντων, πάλιν ὁ Πέτρος ἀποκρίνεται. Αὐτοῦ[61] γὰρ αὐτοὶ προὐβάλλοντο στόμα, καί φησι· Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐ μάχεται δὲ τοῦτο τῷ, Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος·

Vides quanta res sit humanitas et animo moderato magis, quam asperitas et acerbitas, ut hæc corda hominum compungat et molliat. Etenim in hoc loco beatus Petrus redegit quidem illis ipsorum facinora in memoriam, sed hoc leniter fecit, ac nullam pœnæ mentionem adjecit. Reveriti sunt igitur humanitatem et lenitatem Petri, qui cum iis, qui Dominum ad mortem tradiderant, atque etiam illorum adeo ipsorum cædem appetebant, ac de medio tollere eos cupiebant, tanquam pater ac magister, et illorum studiosus et curam gerens, sermocinaretur. Compuncti sunt enim, inquit: non simpliciter orationem dicentis probarunt, sed tum demum, cum seipsos damnassent. Etenim, Quid, inquiunt, agemus, fratres? quasi hæsitantes et animo fluctuantes atque perplexi, tanquam solliciti et laborantes pro suis facinoribus. Quos autem antea impostores vocaverant, nunc fratres vocant, et id faciunt non aperte ac libere ad eos tali appellatione utentes, sed amorem benevolentiamque, ac quantopere conciliati ac bene affecti essent erga illos, ostendentes. Nam etiam ipsi apostoli, Petro concionem exordiente, ita illos vocaverant. Porro cum omnes interrogarentur, Petrus rursus respon-

Variæ lectiones et notæ.

[56] κατηνύγησαν, *erat.* [57] *In vulgatis non est* δὲ. [58] *In vulgatis est*, διεμαρτύρετο. [59] σύνθητε, *erat.* [60] οὐχ, *erat.* [61] αὐτὸν, *erat.*

det; ejus enim ore illi se tueri volebant; et ait : Delictorum vos pœnitcat, et ad sanitatem redite, baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi. Non pugnat autem hoc cum illo : Baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Individuam enim intelligit Ecclesia sanctam Trinitatem, adeo ut, propter unitionem consubstantialem, sive unitatem ejusdem essentiæ atque naturæ in tribus hypostasibus sive personis, is, qui baptizatur in nomine Christi, in Trinitatem baptizetur, quippe cum non separentur alius ab alio, nec dividantur inter sese Pater et Filius et Spiritus sanctus. Nisi enim nomen Patris esset Deus : et nomen Filii, Deus ; et nomen Spiritus sancti, Deus ; oporteret dicere : in nomen Dei Jesu : aut etiam, in Filium duntaxat. Verum, in nomine Jesu Christi, ait, quia non ignorabat nomen Jesu Deum esse, quemadmodum **34** etiam Patris et Spiritus sancti nomen, Deus est. Et consequemini donum sancti Spiritus. Vide, ut unum esse donum ostendat Christi et sancti Spiritus, quippe cum una sit dignitas : quod supra verba faciens, idixerat promissum. Deinde, etiam liberis vestris. Majus enim donum est, cum habeant etiam hæredes bonorum. Et omnibus longinquis. Quod si longinquis, multo magis vobis, propinquis. Vide autem, quando vocationem gentium illis recte significet per id, quod dicit, longinquis. Quando ? quando comperiebat eos compunctos esse ac semetipsos damnasse. Cum enim animus seipsum condemnaverit, non etiam nunc amplius invidere potest.

A ἀδιαίρετον γὰρ ἡ Ἐκκλησία νοεῖ τὴν ἁγίαν Τριάδα, ὡς διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν ὁμοούσιον ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, τὸν βαπτιζόμενον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, εἰς Τριάδα βαπτίζεσθαι, οὐχ ἀπομεριζομένου τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ γὰρ μὴ ἦν τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, Θεός· καὶ τοῦ Υἱοῦ, Θεὸς, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Θεὸς, ἐχρῆν εἰπεῖν, Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἢ καὶ, εἰς τὸν Υἱὸν μόνον. Ἀλλ', εἰς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, φησὶν, εἰδὼς ὅτι τὸ ὄνομα Ἰησοῦ, ὁ Θεός ἐστιν· ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὅρα πῶς μίαν δωρεὰν ἀνέδειξε τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς μιᾶς οὔσης τῆς ἀξίας· ἣν εἶπεν ἐπαγγελίαν B ἄνω διαλεγόμενος. Εἶτα καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. Μείζων γὰρ ἡ δωρεὰ, ὅταν καὶ κληρονόμους ἔχωσι τῶν ἀγαθῶν. Καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακράν. Εἰ δὲ τοῖς εἰς μακράν, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν τοῖς ἐγγύς. Ὅρα δὲ πότε τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν αὐτὴν [63] ἠνίξατο διὰ τοῦ εἰπεῖν, τοῖς εἰς μακράν. Πότε; Ὅτε εὗρεν αὐτοὺς κατανενυγμένους καὶ κατεγνωκότας ἑαυτῶν. Ψυχὴ γὰρ ὅταν ἑαυτὴν καταδικάσῃ, οὐκέτι φθονεῖν δύναται.

Verb. 41. *Atque illi haud cunctanter, probata ejus oratione, baptizati sunt, et adjunctæ sunt in die illo animæ circiter ter mille.*

Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ὑποδεξάμενοι [63] τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν, καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ [64] ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι.

Verb. 42. *Vacabant autem et assiduam operam dabant doctrinæ apostolorum* [1], *communioni, fractioni panis ac precationibus.*

Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν C ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς.

Verb. 43. *Atque omnium hominum animos timor invasit : multaque prodigia et signa per apostolos edebantur.*

Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος· πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο [65].

Verb. 44. *Omnes autem qui credebant una erant, omniaque communia habebant.*

Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά.

Verb. 45. *Et prædia facultatesque suas vendebant ac distribuebant omnibus ea, prout cuique opus erat.*

Καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθ' ὅ τι ἄν τις χρείαν εἶχε.

Verb. 46. *Ac quotidie assidue in templo* [a] *unanimiter versantes,* [b] *ac in æde panem frangentes, sumebant cibum, cum exultatione et animi integritate atque candore laudantes Deum,*

Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας,

Verb. 47. *Et apud omnem plebem gratia polleutes. Dominus autem quotidie Ecclesiæ qui servarentur, adjiciebat.*

Αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς D ὅλον τὸν λαόν· ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ Ἐκκλησίᾳ.

Hic impletur prophetia, quæ dicit : Quis audivit tale ? ecquis vidit tale sic ? an parturivit terra in uno die ? an etiam nata est gens semel ? quia parturivit et peperit Sion parvos liberos suos. Atque omnium hominum animos timor invasit. Non enim

Ἐνταῦθα πληροῦται ἡ προφητεία, ἡ λέγουσα· Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, καὶ τίς ἑώρακε τοιοῦτον οὕτως; Εἰ ὠδίνε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ; Εἰ καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἅπαξ ; Ὅτι ὠδίνε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος. Οὐ γὰρ ὡς τυ-

Variæ lectiones et notæ.

[63] *pro* αὐτὴν *lego* αὐτοῖς. [63] *In vulgatis est,* ἀποδεξάμενοι. [64] *In vulgatis est,* ἐν τῇ ἡμέρᾳ. [65] *In vulgatis est,* ἐγένετο.

[1] V. *Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum.* [a] V. *Perdurantes unanimiter in templo.* [b] *Hoc loco sequor interpretationem quæ subjicitur proximo scholio.*

χόντων κατεφρόνουν. Ἐπειδὴ γὰρ ἄνωθεν ἦν πολὺς ῥέων ὁ Πέτρος, καὶ ἐδείκνυ τὰς ἐπαγγελίας καὶ τὰ μέλλοντα, εἰκότως ἐξέστησαν τῷ φόβῳ· ἐμαρτύρει γὰρ τοῖς λεγομένοις καὶ τὰ τελούμενα τέρατα καὶ σημεῖα. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, πρότερον σημεῖα, εἶτα διδασκαλία, εἶτα θαύματα· οὕτω καὶ νῦν. Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό· οὐ τόπῳ, ἀλλὰ διαθέσει καὶ γνώμῃ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀδιαστάτῳ ὁμονοίᾳ καὶ στοργῇ. Τὸ δὲ, καθ' ὅ τις χρείαν εἶχεν, οὐχ ἁπλῶς φησιν, ἀλλ' οἰκονομικῶς· τοῦτο γὰρ, καθ' ὅ τις χρείας εἶχεν. Οὐ καθάπερ δὲ οἱ παρ' Ἕλλησι σοφοί· οἱ μὲν ἀνῆκαν τὴν γῆν, οἱ δὲ εἰς θάλασσαν ἔβριψαν πολὺ χρυσίον. Τοῦτο δὲ ἦν οὐχ ὑπεροψία χρημάτων, ἀλλὰ μωρία καὶ ἄνοια. Ἐσπούδασε γὰρ ὁ διάβολος τοῦ Θεοῦ τὰ κτίσματα διαβάλλειν, οὐ κενὸν [66] καλῶς χρήσασθαι χρήμασι. Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες· οὐ μίαν ἡμέραν, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν· καὶ ὁμοθυμαδὸν, ὡς ἐν μιᾷ ψυχῇ. Σκόπει δὲ πῶς οὐδὲν ἕτερον ἐποίουν οἱ Ἰουδαῖοι οἱ πιστεύοντες, ἀλλὰ τῷ ἱερῷ προσήδρευον· ἅτε δὴ σπουδαιότεροι γεγενημένοι, καὶ περὶ τὸν τόπον εὐλάβειαν πλείονα εἶχον. Καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐκ ἀπέσπων [67] αὐτοὺς τέως ἐκεῖθεν ὥστε μὴ βλάψαι. Κλωντες κατ' οἶκον ἄρτον· οἶκον τὸ ἱερὸν καὶ νῦν λέγει. Ἐν αὐτῷ γὰρ ἦσθιον. Τὸ δὲ, κλῶντες ἄρτον, τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐγκράτειαν καὶ λιτότητα δηλοῖ τῆς τροφῆς. Μετελάμβανον γὰρ, φησὶ, τροφῆς, ἀλλ' οὐκ ἐτρύφων. Οὕτω καὶ τὸν βίον ἀπὸ τῆς πίστεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετερυθμίζοντο [68]. Πῶς δὲ εἶχον χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν; Λέγει γάρ· Καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Πῶς; Δι' ὧν ἔπραττον· Διὰ τῆς ἐλεημοσύνης· διὰ τῆς καθαρᾶς ἀναστροφῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἱερεῖς ἀπὸ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπέστησαν αὐτοῖς, ἀλλὰ πρὸς τὸν λαὸν χάριν εἶχον.

tanquam viles despiciebant. Quoniam enim superne magna gratia Petrus abundabat, et ostendebat promissiones et res futuras, haud immerito metu perculsi sunt. Nam et signa atque prodigia, quæ edebantur, dicta comprobabant. Quemadmodum enim tempore Christi, prius signa edebantur, deinde doctrina, postea miracula consecuta sunt; ita etiam nunc. Omnes autem, qui credebant, una erant: non loco, sed affectu et animo continuaque inter ipsos concordia atque amore ac benevolentia. Illud autem, prout cuique opus erat, non simpliciter dicit, sed adhibita ratione administrandi ac dispensandi: hoc enim est, prout quisque opus habebat: **35** non autem quemadmodum sapientes Græcorum, alii quidem terram reliquerunt et agros colere destiterunt, alii vero magnam vim auri in mare projecerunt. Hoc vero non erat contemptus pecuniarum, sed stultitia atque amentia. Conatus est enim diabolus creaturas Dei calumniari et invisas reddere. Non enim est res vana bene pecuniis uti. Ac quotidie assidue versantes, non unum diem, aut duos, aut tres, sed quotidie, et unanimiter, quasi uno animo. Considera autem, ut nihil aliud faciebant Judæi, quia credebant, nisi ut assidui versarentur in templo, ut qui nimirum studiosiores evasissent, etiam erga locum illum majori religione tenebantur. Atque apostoli illos in initio illinc non avellebant et avocabant, ne illis nocerent et incommodarent. In æde panem frangentes. Ædem templum nunc quoque dicit. In illo enim comedebant. Illud autem, Panem frangentes, magnam illorum temperantiam significat et victus tenuitatem. Sumebant enim, inquit, cibum, non autem delicate vivebant, ac genio indulgebant. Adeo etiam vitam a suscepta fide in melius emendabant et corrigebant. Sed qui gratia valebant apud omnem plebem? dicit enim: Et gratia pollentes apud omnem plebem: quo pacto? Propter ea, quæ agebant: propter eleemosynam, propter puram conversationem. Nam etiamsi sacerdotes, invidia atque æmulatione moti, illos oppresserunt et invaserunt, attamen apud plebem gratia pollebant.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην [69].

Καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐβαστάζετο· ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ, τὴν λεγομένην Ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν.

Ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην [70].

Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ, εἶπον [71]· *Βλέψον εἰς ἡμᾶς.*

Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν.

Εἶπε δὲ Πέτρος· Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ

CAPUT III.

VERS. 1. *Una autem Petrus et Joannes ascendebant in templum ad horam precationis nonam:*

VERS. 2. *Et vir quidam, qui ex quo editus erat ex utero matris suæ, claudus manserat, portari ac collocari quotidie solebat ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab iis qui introirent in templum:*

VERS. 3. *Qui conspicatus Petrum et Joannem ingressuros in templum, rogabat eleemosynam.*

VERS. 4. *Intuitus autem Petrus in eum una cum Joanne dixit: Aspice ad nos.*

VERS. 5. *At ille intendebat oculos in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.*

VERS. 6. *Petrus autem dixit: Argentum et aurum*

Variæ lectiones et notæ.

[66] γὰρ *desiderari videtur.* [67] ἀπέσπουν, *erat.* [68] μετερυθμίζετο, *erat.* [69] ἐννάτην *est in vulgatis.* [70] *In vulgatis additur,* λαβεῖν. [71] εἶπε, *est in vulgatis.*

mihi non suppetit: sed quod habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula.

ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει.

Vers. 7. *Et apprehensa ejus dextra, illum erexit.*

Καὶ πιάσας[72] αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε.

Ubique valde isti videntur inter sese esse concordes: huic invuit Petrus, una ad sepulcrum venerunt, de hoc ait **36** Christo: Hic autem quid[m]? Atque alia quidem signa auctor libri singulatim exponere prætermittit: sed illud signum, quo omnes moti sunt, non prætermittendum duxit. Ascendebant autem in templum, cur? nunquid adhuc more Judaico vivebant? absit. Nam utiliter, et ad hominem se captum accommodantes, ac quasi condescendentes hoc faciebant. Vide autem, ut assidue precibus vacabant: et hora nona simul illic precabantur. Meminit autem accurate etiam loci et temporis, demonstrans ea, quæ scribit. Qui fit igitur, ut non edat nomen claudi? quia nec ipsi quidem apostoli noverant illud. Prorsus enim ille homo ipsis erat ignotus, atque hoc fortasse, ne gratificari et ex affectione sanare viderent: neu quis suspicionem aliquam simulationis, vel ab impudentissimis exciperet, nonnullos videlicet ex iis qui apostolis noti essent, in gratiam eorum sanationes in sese factas esse fingere atque simulare. Qui fit igitur, ut post sanationem nomen non sciscitati sint? Quia non erat illis otium, ut in rebus nihil utilitatis et commodi allaturis occuparentur. Mihi vero ne vulgus quidem nomen viri scivisse videtur, sed a vitio claudum illum duntaxat vocabant. Adeo namque notum et insigne vitium universis erat, ut simulatque aliquis claudum nominari audivisset: etsi fortasse etiam alii claudi erant: statim hunc acciperet. Unde ergo sciebant, illum, ex quo de utero matris editus erat, claudum mansisse? Ab communi omnium voce ac fama: ab omnium testimonio communi: omnibus enim notus erat, ex eo quod templo assidere consueverat: quin etiam ab illo ipso, qui sanatus erat, id resciscere poterant. Qui ergo illum ad Christum non adduxerant, ut sanaretur? Forsitan increduli quidam erant, qui templo assidere solebant: quandoquidem nec ad apostolos quidem illum adduxerunt, cum viderent illos introeuntes, et miracula talia fecisse illos haud ignorarent. Argentum et aurum mihi non est. Non dixit: Non habeo hic: qualia nos dicere solemus: sed, prorsus non habeo. Vide autem, ut Joannes ubique taceat: Petrus vero etiam pro illo loquatur. Quid ergo? Negligis atque aversaris supplicem, quod non habeas pecuniam? Non: sed quod habeo, inquit, hoc do. Ita Christus quoque faciebat, sæpenumero verbo solo curans, sæpe etiam tangens, sicubi forte fide imbecilliores essent, ne fortuito fieri viderentur, quæ fiebant. Et

Πανταχοῦ φαίνονται οὗτοι πολλὴν τὴν ὁμόνοιαν ἔχοντες. Τούτῳ νεύει ὁ Πέτρος· ὁμοῦ εἰς τὸν τάφον ἦλθον· περὶ αὐτοῦ φησι τῷ Χριστῷ· Οὗτος δὲ τί; Τὰ μὲν οὖν ἄλλα σημεῖα παρατρέχει κατ' ἔπος εἰπεῖν ὅτι τὸ βιβλίον[73] γράφων· ἐκεῖνο δὲ λέγει τὸ σημεῖον, ἀφ' οὗ πάντες ἐκινήθησαν. Ἀνῆσαν δὲ εἰς τὸ ἱερόν· Διὰ τί; ἆρα ἔτι Ἰουδαϊκῶς ἔζων; Μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ χρησίμως καὶ συγκαταβατικῶς τοῦτο ἐποίουν. Ὅρα δὲ πῶς ταῖς προσευχαῖς προσεκαρτέρουν, καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν ὁμοῦ ἐκεῖ ᾔχοντο. Μέμνηται δὲ καὶ τοῦ τόπου καὶ χρόνου ἀκριβῶς, ἐλεγχον διζοὺς ὧν γράφει. Πῶς οὖν οὐ φησι τὸ ὄνομα τοῦ χωλοῦ; Ὅτι οὐδὲ ἀπόστολοι ᾔδεισαν αὐτό· παντελῶς γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄγνωστος ἦν αὐτοῖς· καὶ τοῦτο ἴσως μήτε[74] χαριζόμενοι φαίνωνται[75] καὶ κατὰ προσπάθειαν ποιούμενοι τὰς ἰάσεις, μήτε τις ὑπόνοιαν ὑποκρίσεως μηδὲ παρὰ τῶν αἰσχυντοτάτων[76] ὑπολαμβάνηται· ὅτι πρὸς χάριν τινὲς τῶν ἀποστόλων ἐκ τῶν αὐτοῖς γνωρίμων τὰς περὶ αὐτοὺς ἰάσεις ὑπεκρίνοντο. Πῶς οὖν οὐκ ἔμαθον μετὰ τὴν ἴασιν τὸ ὄνομα; Ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῖς σχολὴ περὶ τὰ μηδὲν λυσιτελοῦντα κατασχολεῖσθαι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, μηδὲ τοὺς πολλοὺς εἰδέναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀνδρός· ἀλλὰ χωλὸν μόνον αὐτὸν ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ πάθους. Οὕτω γὰρ ἦν ἐπίσημον καὶ ἐγνωσμένον τὸ νόσημα ἅπασιν, ὥστε ἐπειδάν τις χωλὸν ἤκουσε, καίτοι καὶ ἄλλων ἴσως ὄντων, εὐθέως ἐκεῖνο[77] ἐνενόει. Πόθεν οὖν ᾔδεισαν, ὅτι ἐκ κοιλίας μητρὸς χωλὸς ἦν; Ἀπὸ τῆς πάντων φωνῆς· ἀπὸ τῆς πάντων μαρτυρίας. Πάντες γὰρ αὐτὸν ἐγίνωσκον ἀπὸ τῆς ἐν τῷ ἱερῷ προσεδρείας, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ ἰαθέντος. Πῶς οὖν αὐτὸν οὐ προσήγαγον ἰαθῆναι τῷ Χριστῷ; Ἴσως τινὲς ἦσαν ἄπιστοι οἱ προσεδρεύοντες τῷ ἱερῷ· ὅπουγε οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις αὐτὸν προσήγαγον, ἰδόντες αὐτοὺς εἰσιόντας, καὶ θαύματα πεποιηκότας τοιαῦτα. Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι. Οὐκ εἶπεν· Οὐκ ἔχω ἐνταῦθα· οἷα ἡμεῖς λέγομεν· ἀλλὰ ὅλως οὐκ ἔχω. Ὅρα δὲ πῶς ὁ Ἰωάννης πανταχοῦ σιγᾷ· ὁ δὲ Πέτρος καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογεῖται. Τί οὖν; Παροράς τὸν ἱκέτην[77*] ἀργύριον μὴ ἔχων; Οὐχί· ἀλλ' ὃ ἔχω, τοῦτο δίδωμι, φησί. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίει, πολλάκις λόγῳ μόνῳ θεραπεύων· πολλάκις καὶ ἁπτόμενος, ἔνθα κατὰ τὴν πίστιν ἀσθενέστεροι ἐτύγχανον· ἵνα μὴ δόξῃ ἀπὸ ταυτομάτου γίνεσθαι τὰ γενόμενα. Καὶ πιάσας[77**] αὐτὸν, φησὶ, τοῦτον ἤγειρε. Τοῦτο ἐποίησε δήλην τὴν ἀνάστασιν. Ἀναστάσεως γὰρ εἰκὼν ἦν τὸ γινόμενον.

Variæ lectiones et notæ.

[72] *In vulgatis est*, κρατήσας. [73] *Isc.* ὁ τὸ βιβλίον, ἢ, ὁ τοῦτο τὸ βιβλίον. [74] Ἵνα μήτε, *Isc.* μήπως, *Isc.* [75] φαίνονται, *erat.* [76] *Isc.* ἀναισχυντοτάτων [77] *Isc.* ἐκεῖνον [77*] οἰκέτην, *erat.* [77**] πιστεύσας, *erat.*

[m] *Joan* XIII, 24.

apprehensa manu ejus dextra, inquit: Excitavit illum. Hoc manifestam fecit resurrectionem. Nam id quod per Petrum flebat, resurrectionis erat imago.

Παραχρῆμα δὲ αὐτοῦ ἐστερεώθησαν αἱ βάσεις A *καὶ τὰ σφυρά.*

Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει· καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος, καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν.

Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν Θεόν.

Ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν, ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ [78].

Περιπατῶν καὶ ἁλλόμενος, πειράζων ἑαυτὸν καὶ πλείονα τὴν βάσανον ποιούμενος, εἰ ἄρα ἀληθῶς ἀνωρθώθη· καὶ γὰρ διὰ τὸ παράδοξον καὶ ἀνέλπιστον εἰκὸς ἦν καὶ αὐτὸν ἀμφιβάλλειν περὶ ἑαυτοῦ. B Τινὲς δέ φησιν [79], ὅτι καὶ ἠγνόει περιπατεῖν· διὰ τοῦτο καὶ ὥσπερ ἁλλόμενος ἐποιεῖτο τὴν διὰ τῶν ποδῶν κίνησιν. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ ἠρέμει· τοῦτο μὲν ἀπὸ τῆς ἡδονῆς· τοῦτο δὲ ἐπιστομίζων αὐτούς, ἵνα μὴ νομισθῇ ὑπόκρισις. Διὰ τοῦτο ἥλλετο· ὡς καὶ ἀγνοουμένου λοιπὸν σχεδὸν ἀπὸ τοῦ πράγματος [80]. Ταύτῃ γὰρ τῇ λέξει κεχρήμεθα ἐπὶ τῶν μόλις γνωριζομένων. Ἀπὸ δὲ τῆς εὐνοίας τῆς εἰς αὐτοὺς καὶ τῆς στοργῆς οὐκ ἐχωρίζετο αὐτῶν· ἴσως εὐχαριστῶν αὐτοῖς· καὶ δι' εὐθυμίας ἄγων αὐτούς. Ἐν τῷ ἱερῷ δὲ τὸ θαῦμα γίνεται· εἰς πλειόνων σωτηρίαν καὶ ὠφέλειαν.

Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χώλου τὸν Πέτρον C *καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ, τῇ καλουμένῃ Σολομῶντος* [81] *ἔκθαμβοι.*

Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται· τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ; ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν;

Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν Παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν· ὃν ὑμεῖς μὲν [82] *παρεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε* [83] *αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν.*

Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν.

Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε· ὃν ὁ D *Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν· οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν.*

Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον, ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν.

37 *Ac protinus confirmati sunt pedes ejus et tali.*

VERS. 8. *Et exsiliens stabat et incedebat, ingrediebaturque cum illis in templum, ambulans et saliens Deumque laudans.*

VERS. 9. *Et vidit illum cunctus populus incedentem, Deumque laudantem;*

VERS. 10. *Et agnovit illum esse eum, qui eleemosynæ petendæ causa sedere solitus erat ad Speciosam portam templi: et repleti sunt stupore et extasi, id est mentis alienatione, propter id, quod acciderat illi.*

Ambulans et saliens: tentans seipsum, majusque periculum faciens, an vere videlicet sanatus et restitutus esset. Etenim propter rei, quæ præter spem acciderat, novitatem, credibile est, etiam illum ipsum de sese dubitasse. Nonnulli autem dicunt illum etiam nescivisse incedere, atque idcirco tanquam salientem pedum motum fecisse. Vide autem, ut non quiescat, partim quidem præ gaudio atque lætitia, partim autem illis os obturans, ne simulatio esse putaretur. Idcirco saliebat, quasi qui deinceps etiam propemodum ignotus esset propter rem gestam. Hac enim dictione utimur de illis, qui vix agnoscuntur. Propter benevolentiam autem, qua illos prosequebatur et amorem, non discedebat ab illis, gratias eis forsitan agens, et exhilarans ipsos. In templo autem miraculum fit: ad complurium videlicet salutem et utilitatem.

VERS. 11. *Cum teneret autem Petrum et Joannem is, qui claudus sanatus erat, concurrit ad eos in porticu, quæ vocatur Salomonis, cuncta plebs, attoniti et admiratione obstupefacti.*

VERS. 12. *Quod conspicatus Petrus, ad plebem ita locutus est: Viri Israelitæ, cur hæc res vobis est admirationi? aut nos cur intuemini, quasi nostra virtute aut pietate effecerimus, ut hic incedat?*

VERS. 13. *Deus Abrahami et Isaaci et Jacobi, Deus patrum majorumque nostrorum illustravit* o *Filium suum Jesum: quem vos quidem prodidistis et abnegastis coram Pilato, cum ille judicasset eum esse absolvendum;*

VERS. 14. *Sed vos sanctum et justum repudiastis* p, *et ut virum homicidam vobis condonaret, petiistis.*

VERS. 15. *Auctorem autem vitæ interfecistis: quem Deus suscitavit ex mortuis, cujus rei nos teles sumus:*

VERS. 16. *Et propter fidem nominis ejus, hunc, quem videtis et nostis consolidavit* q, *ac restituit, inquam, nomen illius, et fides, quæ per eum prædicata est, dedit ei integram istam coram omnibus vobis sanitatem.*

Variæ lectiones et notæ.

[78] *Hæc perperam infra posita in exemplari, ante* ὅρα δὲ πῶς, *huc transposui in suum, ut existimo locum.* [79] Ισ., φασιν. [80] *Videtur hic aliquid desiderari.* [81] *In vulgatis est,* Σολομῶνος. [82] μὲν, *non est in vulgatis.* [83] ἠρνήσασθε, *est in vulgatis, et melius.*

o V. *glorificavit.* p V. *negastis.* q V. *confirmavit.*

38 Quid sibi vult id, quod dicit : Cum teneret A is, qui claudus cum fuisset, sanatus ac restitutus erat, Petrum et Joannem ? Metuebat, ne avelleretur ab illis. Arbitrabatur enim tantisper se vitio illo liberatum esse, dum illos detineret et contingeret : ideirco maxime quod etiam Petrus quoque cum apprehendisset et erexisset illum, ita demum sanaverat. In porticu quæ vocatur, etc. Hæc sola porticus restabat de structura Salomonis. Nabuchodonosor enim templum incenderat, quod Cyrus rex Persarum restituerat. Viri Israelitæ, cur hæc res vobis est admirationi ? Majori referta est hæc concio dicendi libertate : non quod in prima metueret, sed quia illi, utpote cavillatores ac petulantes, nondum ferre eam libertatem potuissent. Itaque illam concionem exordiens, statim eos in principio reddit attentos his verbis : *Hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea* ; hic vero non opus habet hoc artificio. Non enim torpebant, nec segniter et oscitanter auscultabant : sed quoniam signum universos eos converterat et attentos reddiderat, etiam pleni timoris erant et animi consternationis. Vide autem, ut existimationem de se rejiciat atque propulset. Nihil enim tam prodest auditoribus, quam, si is, qui dicit, non modo nihil de se magnificum dicat, verum etiam dicere volentem prohibeat. Atque hi spreta gloria, quam ab hominibus consequi poterant, majorem sibi gloriam pepererunt : cum ostendissent id, quod factum erat, non esse beneficium humanum, sed divinum. Deus patrum nostrorum illustravit Filium suum Jesum. Adhuc humilioribus insistit, facinus tamen illorum exaggerat, non, ut prius, obvolvit. Id autem facit, quo magis illos alliciat et adducat. Quanto enim magis illos crimini obnoxios et sontes ostendebat, tanto magis id eveniebat. Quem vos prodidistis et abnegastis coram Pilato, cum ille judicasset eum esse absolvendum. Duo crimina proponuntur : Pilatus homo Græcus et gentilis, qui nullum viderat signum, qui neminem prophetarum cognoverat, absolvere et dimittere volebat : et vos, quod estis ad tædium usque assuefacti, qui in prophetiis de Christo occupamini, illo absolvere volente, vos noluistis. Sanctum et justum repudiastis, et postulastis virum homicidam. Cum dixisset autem : Pro D illo homicidam petiistis, rem clare patefecit. Ostendit enim, etiam potuisse illos absolvere ; nam si latronem, multo magis insontem : at illi maleficum solum liberarunt, benefactorem autem interfecerunt. Auctorem autem vitæ. Si enim auctor est vitæ, ipse sese resuscitavit, quippe in sese vitam et vitæ causam habens. Cujus rei nos testes **39** sumus. Non, sicut prius, ad prophetiam confugit : sed, quoniam ei jam fidem habebant, cœtum apostolorum testes producit : Cujus rei nos, inquit, sumus testes. Confirmavit ac restituit, inquam, no-

Τί ἐστι τὸ, Κρατοῦντος τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην ; Ἐδεδοίκει ἀποσπασθῆναι αὐτῶν. Ἐνόμιζε γὰρ μέχρι τούτου ἑαυτὸν ἀπηλλάχθαι τοῦ πάθους, μέχρις ἂν κατέχῃ αὐτοὺς καὶ ἐφάπτηται αὐτῶν · μάλιστα ὅτι καὶ ὁ Πέτρος κρατήσας αὐτὸν καὶ ἀναστήσας, οὕτως ἰάσατο. Ἐν τῇ στοᾷ δέ. Αὕτη μόνη ἡ στοὰ ἵστατο ἀπὸ τῆς κατασκευῆς τοῦ Σολομῶντος. Ἐνέπρησε γὰρ τὸ ἱερὸν ὁ Ναυουχοδονόσορ, καὶ ᾠκοδόμησε Κῦρος ὁ Πέρσης. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ ; Πλείονος αὖτη γέμει παῤῥησίας ἡ δημηγορία · οὐκ ἐπειδὴ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐφοβεῖτο, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδέπω ἤνεγκον[84] ἂν ἐκεῖνο, χλευασταὶ ὄντες καὶ ἰταμοί. Ὅθεν ἐκείνης μὲν ἀρχόμενος καὶ ἐπιστρέφει αὐτοὺς διὰ τοῦ προοιμίου λέγων · *Τοῦτο* B *ὑμῖν γνωστὸν ἔστω · καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου* · Ἐνταῦθα δὲ οὐ δεῖται ταύτης τῆς κατασκευῆς. Οὐ γὰρ ἐῤῥθύμουν · ἀλλ' ἐπεὶ τὸ σημεῖον αὐτοὺς ἐπέστρεψεν ἅπαντας, καὶ δέους καὶ ἐκπλήξεως ἦσαν μεστοί. Ὅρα δὲ πῶς διακρούεται τὴν δόξαν τὴν περὶ αὐτῶν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὠφελεῖ τοὺς ἀκούοντας, ὥστε [85] μηδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγειν μέγα, ἀλλὰ καὶ τὸν βουλόμενον λέγειν κωλύειν. Καταφρονήσαντες δὲ οὗτοι τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξης, μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐδόξασαν · δείξαντες οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖον τὸ γεγονός. Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Ἔτι τῶν ταπεινοτέρων ἔχεται, ὅμως τὸ τόλμημα αὐτῶν ἐπαίρει, οὐχ ὡς πρότερον συσκιάζει. Ποιεῖ δὲ τοῦτο μᾶλλον αὐτοὺς ἐπαγαγέσθαι βουλόμενος. Ὅσῳ γὰρ ἐδείκνυ ὑπευθύνους, τοσούτῳ μᾶλλον τοῦτο ἐγίνετο. Ὃν C ὑμεῖς παρεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. Δύο τὰ ἐγκλήματα · ὅτι Πιλάτος ἤθελεν ἀπολύειν, ἄνθρωπος Ἕλλην, μηδὲν σημεῖον ἰδών, μηδένα τῶν προφητῶν ἐγνωκώς · καὶ ὅτι ὑμεῖς, Ἰουδαῖοι ὄντες, τοῖς σημείοις ἐγκατατριβέντες, ταῖς τοῦ Χριστοῦ προφητείαις ἐνασχολούμενοι, ἐκείνου θέλοντος ἀπολύειν, οὐκ ἠθελήσατε. Τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα · εἰπὼν δὲ, ὅτι Ἀντ' αὐτοῦ λῃστὴν ᾐτήσασθε, σφόδρα ἐδήλωσε τὸ πρᾶγμα · Δείκνυσι γὰρ ὅτι καὶ ἠδύναντο ἀπολύειν. Εἰ γὰρ τὸν λῃστὴν, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀναίτιον · οἱ δὲ τὸν κακοῦργον μόνον ἠθώουν · τὸν δὲ εὐεργέτην ἀπέκτειναν. Τὸν γὰρ [86] ἀρχηγὸν D τῆς ζωῆς. Εἰ γὰρ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνέστησεν, ὡς ἐν ἑαυτῷ ἔχων τὴν ζωὴν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ζωῆς. Οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. Οὐκέτι ὥσπερ πρότερον εἰς προφητείαν καταφεύγει · ἀλλ' ἐπειδὴ ἀξιόπιστος αὐτοῖς ἦν, τὸν χορὸν παράγει τῶν ἀποστόλων · οὗ ἡμεῖς, φησὶν, ἐσμὲν μάρτυρες · Ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εἰπὼν, *ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ* · ἐπειδὴ οὕτω πιστεύσας ἦν ὁ ὀρθωθεὶς, ἐπιδιορθούμενος τὸν λόγον φησὶ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσεν αὐτόν. Τουτέστι, τί λέγω ὅτι πιστεύσας ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερεώθη ; Καὶ πρὶν ἢ πιστεύσας [87] τὸ ὄνομα μόνον ἐπικληθὲν ἐστερέ-

Variæ lectiones et notæ.

[84] ἤνεγκεν. [85] *lc.*, ὡς τὸ. [86] *lc.*, δὲ. [87] πιστεῦται, *lc.*

ωσεν αὐτόν. Τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν καὶ πηγάζει τὴν χάριν. Καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ. Τίς δέ ἐστιν ἡ πίστις, ἡ δι' αὐτὸν κηρυχθεῖσα, αὐτὸς ἑρμηνεύει· ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν· καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν. Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ· οὐκοῦν κἂν ἄπιστος ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, κἂν ἐπὶ θεραπείᾳ ἀπίστου[88] οὐδὲν ἧττον ἴασις προχωρήσει, εἴπερ ἡ ἐπίκλησις μόνη τοῦ ὀνόματος ἐστερέωσεν· ἵνα οὖν μή τις τοῦτο εἴπῃ, ἐπήγαγε, *καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ*, τουτέστι· μέγα μέν ἐστι τὸ ὄνομα καὶ φοβερὸν καὶ βρύει ἰάσεις· ἀλλὰ δεῖται καὶ ψυχῶν δυναμένων ἀξιωθῆναι τῆς χάριτος, καὶ πρεσβευτῶν ἱκανῶν ἱλεώσασθαι τὸν χορηγὸν τῶν ἰάσεων. Ἀπίστου γὰρ μέλλοντος μένειν τοῦ τῆς ἰάσεως δεομένου, οὐκ ἂν οὕτως ἁπλῶς ἴασις ἔσται· καὶ ὑπὸ ἀπίστων τὸ ὄνομα ἐπικαλούμενον, οὐκ ἂν τὸ οἰκεῖον ἐνεργήσῃ· καὶ μὴν οἱ υἱοὶ Σκευᾶ οὐ μόνον ἄλλους οὐκ ὠφέλησαν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ἐζημίωσαν. Οὕτω μὲν ἡμεῖς. Ἕτεροι δὲ οὕτως ἐξηγήσαντο· Καὶ μὴν ἡ πίστις ἡ αὐτή ἐστιν ἡ τοῦτο ἐργασαμένη· οὐ γὰρ εἶπε, Διὰ τοῦ ὀνόματος, ἀλλ' ἐν τῷ ὀνόματι· ἀλλ' οὔπω ἐθάρρουν εἰπεῖν· Ἡ εἰς αὐτὸν πίστις· ἵνα δὲ μὴ τὸ, δι' αὐτοῦ, παντελῶς ᾖ ταπεινόν, ἐπήγαγε· καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσεν αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο πάλιν ὑψηλὸν καὶ τέλειον ἦν, ἐκύρωσεν αὐτὸ ἐπαγαγών· *Καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ*, ταπεινὰ ὑψηλοῖς ἀναμιγνύς· τὰ μὲν τῇ φύσει[89] νέμων τοῦ πράγματος, τὰ δὲ τῇ διαθέσει καὶ τῇ δυνάμει τῶν ἀκροατῶν. Ταπεινὸν μὲν γὰρ τὸ, ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· καὶ τὸ, *ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ*· ὑψηλὸν δὲ καὶ τέλειον τὸ εἰπεῖν· Τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσεν αὐτόν· ὅπερ γυμνὸν ῥηθὲν ἐτάραττεν ἂν τοὺς Ἰουδαίους· τοῖς δὲ ἄλλοις συνταγὲν καὶ παρατεθὲν εὐπαράδεκτον κατέστη.

A men illius. Cum dixisset, *Propter fidem nominis ejus* : quia ita crediderat is, qui restitutus erat, corrigens orationem, Nomen, inquit, illius confirmavit, et restituit eum. Hoc est : Quid dico : propterea quod fidem et fiduciam habuerit in nomine illius, eum restitutum esse? etiam antequam fidem habuisset et fiduciam cepisset, solum nomen invocatum eum confirmavit. Tantas habet vires tantaque gratia ac beneficio redundat. Et fides quæ per eum prædicata est, etc. Quænam autem sit fides, quæ per illum prædicata est, ipse interpretatur : Ut cognoscant te, inquiens, qui solus verus es Deus, et quem misisti Jesum. Nam ne quis dicat : Ergo, etiam si infidelis invocaverit nomen illius, etiamsi propter curationem alterius infidelis, nihilo minus sanatio prospere succedet, si quidem nominis invocatio sola confirmavit eum : ne quis igitur hoc dicat, subjunxit : *Et fides, quæ per eum prædicata est* : hoc est : Magnum quidem nomen ac formidabile est, et abundat sanationibus, sed opus habet et animis, qui possint eo beneficio digni censeri, et deprecatoribus idoneis ad exorandum sanationum suppeditatorem. Nam si infidelis mansurus sit is, qui sanationis indiget, non ita simpliciter sanatio procedet : itemque si ab infidelibus nomen invocetur, suo munere non fungetur. Enimvero filii Scevæ non modo aliis non profuerunt, verum etiam sibi ipsis nocuerunt. Sic quidem nos : alii vero sic exposuerunt. Atqui fides eadem est, quæ hoc effecit. Non enim dixerat : Per nomen : sed, in nomine. Sed nondum audebant dicere : Fides seu fiducia in illum. Ne autem illud dictum : quæ per illum prædicata est, prorsus humile esset, subjunxit : Et nomen illius confirmavit eum. Sed quoniam etiam hoc sublime ac perfectum erat, confirmat id subjiciens : *Et fides, quæ per eum prædicata est*, humilia sublimibus invicem commiscens : alia quidem rei naturæ tribuens : alia vero affectioni et viribus auditorum. Humile enim erat illud quidem : Propter fidem nominis ejus, et illud : *Fides quæ per illum prædicata est* : sublime autem atque perfectum id quod dixit : Nomen illius eum confirmavit, ac restituit : quod si nudum prolatum fuisset, exasperasset Judæos : aliis vero conjunctum et appositum, acceptum fuit et facile admissum atque approbatum.

B

C

Καὶ νῦν, ἀδελφοί, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν.

Vers. 17. *Et nunc, fratres, scio vos imprudentes hoc commisisse, sicut et magistratus et principes vestros.*

D

Ὁ δὲ Θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων προφητῶν αὐτοῦ, παθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρωσεν οὕτως.

Vers. 18. *Sed Deus, quæ per os omnium prophetarum* 40 *suorum præsignificaverat* [r], *fore videlicet ut Christus supplicio afficeretur, hoc modo implevit.*

Ἐπειδὴ σφόδρα αὐτῶν καθήψατο, πάλιν ἀνίησι[90] διδοὺς αὐτοῖς ἐξουσίαν μετανοίας· καὶ μίαν μὲν αὐτοῖς ἀπολογίας ἀφορμὴν χαρίζεται, τὴν ἄγνοιαν· δευτέραν δὲ, ὅτι καὶ προκατηγγελμένα ἦσαν τὰ λεχθέντα· πῶς δὲ οὐ τίθησι περὶ τῆς σταυρώσεως αὐτοῦ μαρτυρίαν Γραφικήν· ἀλλὰ καὶ ἔμπροσθεν μέ φησι, τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει ἔκδοτον λαβόντες. Καὶ νῦν δὲ πλατύτερον ἐκτίθεται λέγων· Ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν

Posteaquam eos vehementer reprehenderat, rursus mitigat, dans eis potestatem resipiscendi, atque unum iis defensionis subsidium largitur, ignorantiam : alterum item, quod ea quæ dixerat præsignificata essent. Sed qui fit, ut non ponat de crucifixione ejus testimonium Scripturæ? verum et ante quidem dixerat : certo consilio et præscientia deditum cum accepissetis : et nunc item id latius exponit, dum dicit : quæ per os omnium suorum

Variæ lectiones et notæ.

[88] *Isc.* ἀπίστου. [89] φὺ, *erat.* [90] ἀνύησι, *erat.*

[r] V. *prænuntiaverat.*

prophetarum præsignificaverat. Non ponit autem ita nudum testimonium : quia unumquodque illorum cum multis criminibus ac pœnis adversus illos statutis prolatum est : sicut et hoc : *Et dabo improbos pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus.* Consolans autem eos : *Non vestrum*, inquit, *factum est : sed Deus ita voluit :* ac simul etiam verbis illis occurrens, quæ etiam exprobrantes in cruce pendenti dicebant : *Si vult eum, servet eum*, et : *Si Filius Dei est, descendat de cruce*, et similia tantum non dicens : Nugæ ista erant, o stulti. Nam si ita fieri oportebat, atque omnes id suo testimonio prophetæ comprobant : perspicuum est eum non propter infirmitatem condescendisse, sed potius propter ineffabilem potentiam atque excellentem potestatem et innumerabilem humanitatem.

A αὐτοῦ. Οὐ τίθησι δὲ οὕτω ψιλὴν τὴν μαρτυρίαν· ὅτι ἑκάστη αὐτῶν μετὰ πολλῶν ἐγκλημάτων καὶ τῆς κολάσεως τῆς κατ' αὐτῶν εἴρηται· ὥσπερ καὶ αὖτη· *Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ*, Παραμυθούμενος δὲ αὐτούς, φησὶν, ὅτι *Οὐχ ὑμῶν γέγονε τὸ τόλμημα· ἀλλ' ἠβουλήθη ὁ Θεὸς οὕτω·* ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὰ ῥήματα ἁπάντων. Ἃ καὶ ὀνειδίζοντες ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἔλεγον· *Εἰ θέλει αὐτὸν, σωσάτω αὐτόν·* καὶ, *Εἰ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καταβάτω ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*, καὶ τὰ ὅμοια· μονονουχὶ λέγων· ὅτι Λῆρος ἦν, ὦ ἀνόητοι, ταῦτα· εἰ γὰρ οὕτω γενέσθαι ἔδει· καὶ πάντες οἱ προφῆται τοῦτο μαρτυροῦσι· φανερὸν ὅτι οὐ παρὰ ἀσθένειαν συγκατέβη, ἀλλὰ B μᾶλλον παρὰ δύναμιν ἄφατον καὶ ἐξουσίαν ὑπερβάλλουσαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀναρίθμητον.

VERS. 19. *Resipiscite igitur, et redite ad sanitatem, quo peccata vestra deleantur, ut si venerint tempora recreationis a conspectu Domini ;*

Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας· ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου·

VERS. 20. *Et miserit eum, qui vobis repræsentatus est Christum Jesum :*

Καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχειρισμένον[91] *ὑμῖν Χριστὸν Ἰησοῦν·*

VERS. 21. *Quem oportet cœlum quidem capere, usque ad tempora restitutionis et consummationis omnium, quæ locutus est Deus per os omnium sanctorum suorum a sæculo prophetarum.*

Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν ἀπ' αἰῶνος.

Ἰωσῆς[38] *δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ἀπὸ*[39] *τῶν ἀποστόλων, ὅ ἐστι [μεθερμηνευόμενον*[40]*], υἱὸς παρακλήσεως, Λευίτης, Κύπριος τῷ γένει.*

VERS. 37. *Cum haberet fundum, vendidit, et attulit pecuniam* [q]*, et posuit ad pedes apostolorum.*

Ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε πρὸς[41] *τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων.*

CAPUT V.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

VERS. 1. *Sed vir quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua, vendito prædio,*

Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι σὺν Σαπφείρῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἐπώλησε κτῆμα.

VERS. 2. *Partem pretii amotam sibi reservaverat, conscia etiam uxore sua, et allatam partem reliquam posuit juxta pedes apostolorum.*

Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ἐνέγκας μέρος τι, παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἔθηκεν.

VERS. 3. *Dixit autem Petrus ad eum : Anania, cur implevit Satanas cor tuum, ut mentiendo ludificareris Spiritum sanctum, et amoveres de pretio fundi ?*

Εἶπε δὲ Πέτρος [πρὸς αὐτὸν[42]*], Ἀνανία, διὰ* D *τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαί σε ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου ;*

VERS. 4. *Nonne cum non alienatus maneret, tibi manebat ? et cum esset venundatus, nonne in tua*

Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμεινε[43]*, καὶ πραθὲν, ἐπὶ τῇ σῇ*[44] *ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε ; τί ὅτε ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ*

Variæ lectiones et notæ.

[34] *In vulgato*, ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. [35] *Τί erat.* [36] ἀναλίσκονται, *erat.* [37] τοὺς λαμβάνοντας, *erat.* [38] Ἰωσῆ, *erat.* [39] ὑπὸ, *est in vulgato.* [40] *Desideratur in vulgato.* [41] παρὰ, *est in vulgato.* [42] *Desiderantur item istæ duæ dictiones in vulgato.* [43] Ἔμενε, *est in vulgato.* [44] Ἐν τῇ σῇ *est in vulgato.*

[o] V. *possessores agrorum.* [p] V. *Joseph.* [q] V. *pretium.*

σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

erat potestate? Quare hoc facere in animum tuum induxisti [r]? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

Ἀκούων δὲ ὁ [55] Ἀνανίας τοὺς λόγους τούτους, πεσὼν ἐξέψυξε· καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

VERS. 5. *Quibus verbis Ananias auditis, collapsus est et exspiravit. Magnusque metus invasit omnes, qui hæc audiebant.*

Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι, συνέστειλαν αὐτὸν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.

VERS. 6. *Porro cum surrexissent juniores, correptum constrinxerunt eum [s], et elatum sepeliverunt.*

Οὐ δοκεῖ μοι οὗτος ἐκεῖνος εἶναι, ὁ μετὰ Ματθίου. Ἐκεῖνος γὰρ καὶ Ἰοῦστος ἐλέγετο· οὗτος δὲ Βαρνάβας, ὃ ἐστιν υἱὸς παρακλήσεως. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τὸ ὄνομα εἰληφέναι. Πῶς δὲ καὶ Λευίτης ἦν καὶ Κύπριος; Ὅτι ὁ νόμος ἤδη ἀπαραφυλάκτως ἐλύετο· καὶ λοιπὸν καὶ μετῴκουν καὶ ἐχρημάτιζον Λευῖται. Μέλλων δὲ διηγεῖσθαι τὸ κατὰ Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν, καὶ θέλων δεῖξαι αὐτοὺς ἡμαρτηκότας, πρῶτον μέμνηται τοῦ κατορθωκότος· ὅτι τοσούτου πλήθους ὄντος τοῦ ταῦτα ποιοῦντος, τοσούτων σημείων, τοσαύτης χάριτος, ὑπ' οὐδενὸς τούτων παιδευθεὶς τὸν ὅλεθρον ἑαυτῷ ἐπήγαγε. Τὸ δὲ δεινὸν, ὅτι μετὰ τῆς συγκαταθέσεως ἡ ἁμαρτία, καὶ οὐδεὶς ἕτερος εἶδε τὸ γενόμενον· ὅθεν ἐπῆλθε τῷ ἀθλίῳ τοῦτο ἐργάσασθαι. Φασί τινες ὅτι εἰ ὁ Σατανᾶς ἐπλήρωσε τὴν καρδίαν τοῦ Ἀνανίου, τί τὴν τιμωρίαν ὑπέσχεν ἐκεῖνος; Ὅτι αὐτὸς ἐγένετο αἴτιος, ὁ εὐτρεπίσας ἑαυτὸν εἰς τὸ δέξασθαι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ πληρωθῆναι. Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμεινε; Μὴ γὰρ ἀνάγκης ἦν βία; Μὴ γὰρ ἄκοντας ὑμᾶς ἑλκομεν; Τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; Τρία ἐν τῷ αὐτῷ σημεῖα· τὸ τὰ λάθρα γεγονότα εἰδέναι· τὸ τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ μελετηθέντα μὴ ἀγνοῆσαι· καὶ τρίτον, τὸ καὶ προστάγματι ἀνελεῖν. Πολλοὶ τῶν ἀμελῶν [56] τὰ περὶ Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν προβαλλόμενοι, φόνου γράφονται τὸν Κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων. Ἡ δὲ κατηγορία οὐ τοῦ Πέτρου, μᾶλλον δὲ τοῦ Πνεύματος ἅπτεται τοῦ ἁγίου, τοῦ τὴν ψῆφον κατ' αὐτῶν ἐξοίσαντος δικαίως. Ὁ γὰρ Πέτρος ἤλεγξε μόνον τὸ ψεῦδος· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐξουσίαν ἔχον τῆς ζωῆς καὶ τοῦ θανάτου τοὺς εἰς αὐτὸ ἁμαρτήσαντας ἀνεῖλε. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ Σαπφείρας ἔστιν εἰπεῖν· ὅτι οὐχ ὁ Πέτρος ἀνεῖλεν αὐτήν· ἀλλ' ἐπεὶ τῶν δύο γέγονε τὸ παράπτωμα, ὁ κριτὴς ἀμφοτέρους ἐπίσης κατεδίκασε. Διὸ καὶ τοῦτο μὴ ἀγνοήσας ὁ Πέτρος, ὁ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πανταχοῦ φθεγγόμενος, ταύτην παρ' αὐτοῦ δεξάμενος, ἐφθέγξατο τὴν φωνήν.

Joseph autem. Non videtur mihi hic esse ille, qui cum Matthia fuit comparatus. Nam ille etiam Justus dicebatur : hic vero, Barnabas, quod est filius consolationis. Videtur autem mihi etiam propter virtutem nomen nactus esse. Sed qui et Levita erat et Cyprius? Quia lex jam non servata B solvebatur. Itaque etiam ad exteros migrabant, et inter eos habitantes negotiabantur Levitæ. Porro cum narraturus esset id, quod acciderat Ananiæ et Sappheiræ, et ostendere vellet illos peccasse, prius mentionem facit ejus, qui recte fecerat. Nam cum tanta multitudo esset, qui hæc faceret : cum tot signa ederentur : cum tanta gratia esset : a nulla harum rerum emendatus et ad sanitatem reversus perniciem et exitium sibi ascivit. Mirum autem, quod cum consensu peccatum commissum erat, et nullus alius viderat id, quod factum erat. Unde accidit, ut miser hoc facere in animum induceret. Cur implevit Satanas. Aiunt nonnulli. Quod si Satanas impleverat cor Ananiæ, cur pœnam ille sustinuit? Quia ille fuit in causa, qui C sese paraverat ad recipiendum efficaciam et vim illius occultam, qua impleretur. Nonne cum nondum alienatus **50** maneret, tibi manebat? Nunquid enim necessitatis vis erat? Nunquid invitos vos trahimus? Quare hoc agere in animum tuum induxisti? Tria exsistebant in eadem re signa : quod ea, qui clam facta erant, noverat : quod ea, quæ in animo habita atque meditata erant, haud ignorabat : et tertium, quod mandato et edicto interficiebat. Multi homines inculti ea quæ circa Ananiam et Sappheiram acta sunt præferentes, cædis accusant principem apostolorum. Verum accusatio non ad Petrum, sed potius pertinet ad Spiritum sanctum, qui juste adversus illos sententiam tulerat. Nam D Petrus mendacium duntaxat arguit : at Spiritus, qui vitæ necisque potestatem habet, eos qui in sese peccaverant interficit. Atque idem etiam de Sappheira dici potest : nempe, Petrum non interfecisse illam : sed quoniam amborum fuerat delictum, judex utrumque æqualiter condemnavit. Idcirco etiam Petrus, cum hoc non ignorasset, ut qui per Spiritum sanctum ubique loquebatur, hanc vocem ab illo acceptam elocutus est.

Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς, εἰσῆλθεν.

VERS. 7. *Intercesserat autem spatium ferme trium horarum, cum uxor ejus ignorans quod viro ejus acciderat, ingressa est.*

Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος· Εἰπέ μοι· εἰ τοσ-

VERS. 8. *Ad quam Petrus, Dic mihi, inquit :*

Variæ lectiones et notæ.

[55] ὁ, *desideratur in vulgato.* [56] ἀμελῶν, *Isc.*

[r] *Verbum pro verbo redditum sonat :* « *Quid est, quod hoc factum posuisti in corde tuo ?* » [s] *V. amoverunt eum.*

an tanti fundum vendidistis? Illa respondit : Ita, A *tanti.*

VERS. 9. *Petrus autem dixit ad illam : Cur inter vos convenit, ut tentaretis Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, sunt prædoribus, et efferent te.*

VERS. 10. *Ac statim collapsa est juxta pedes ejus, et exspiravit. Ingressi autem juvenes, invenerunt eam mortuam, quam elatam sepelierunt juxta virum suum.*

VERS. 11. *Et magnus terror invasit totam Ecclesiam, et omnes, qui audiebant hæc.*

Trium horarum spatium præterierat : necdum uxor resciverat, neque quisquam ex iis, qui interfuerant, rem protulerat : metuebant enim. Hoc igitur scriptor admirans, utrumque posuit, et horarum ferme trium spatium intercessisse, et ignaram rei, quæ acciderat, mulierem introiisse. Porro animadverte, Petrus non vocat eam, sed exspectat potius, ut illa, quando vellet, intraret : spatium ei dans, ut, si vellet, eam pœniteret ac resipisceret. Non ausus est autem quisquam ei rem gestam enuntiare ; hoc fiebat partim quod metuerint magistrum, partim quod ei obtemperarent et obedirent. Dic mihi, an tanti fundum vendidistis ? hanc volebat servare : ille enim auctor fuerat peccati : idcirco huic dat certum spatium sui defendendi ac pœnitendi, Dic mihi, inquiens, an tanti ? Forsitan autem quispiam dixerit, a Petro illos aspere atque acerbe tractatos fuisse. Sed qualis asperitas **51** C ea fuit ? Si quis contra legem ligna collegit, lapidatur : multo potius sacrilegus : nam illæ pecuniæ sacræ erant. *Collapsa est juxta pedes ejus.* Qui collapsa est juxta pedes ejus ? quia prope eum steterat. Prope se autem eam statuerat, ut si vellet resipiscere et confiteri, non vereretur alios, tanquam audituros. *Ingressi autem juvenes, invenerunt eam mortuam : et elatam sepeliverunt.* Animadverte illos posthac non amplius juxta legis præscriptum cavere, ne immunda contingant : sed simpliciter et absque qualicunque observatione mortuos attingebant. Nota porro etiam hoc, nempe in domesticis quidem illos esse vehementes et acres : in alienis vero pœna atque supplicio non utuntur, utrumque recte atque convenienter : hoc D quidem, ne viderentur etiam homines invitos metu pœnæ vi cogere ut accederent ad fidem ; illud autem idcirco, quod eos, qui semel accessissent, et digni habiti essent, qui doctrinam ac gratiam spiritualem consequerentur, contemptores atque sacrilegos esse non sinebant : idque maxime in principio. Hoc enim calumniandi prædicationem præbere potuisset occasionem. Et magnus terror invasit totam Ecclesiam. Illi pœnas dederunt : et alii lucrum fecerunt. Atqui prius etiam signa edita erant, sed non erat tantus terror. Verum est igitur, quod dicitur : *Cognoscitur Dominus dum judicia facit.*

VERS. 12. *Per manus autem apostolorum edita sunt*

οὕτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε ; Ἡ δὲ εἶπε· Ναὶ, τοσούτου.

Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτὴν, τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειρᾶσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου ; Ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου ἐπὶ τῇ θύρᾳ, καὶ ἐξοίσουσί σε.

Ἔπεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ ἐξέψυξεν. Εἰσελθόντες δὲ οἱ νεανίσκοι, εὗρον αὐτὴν νεκράν· καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς.

Καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούσαντας ταῦτα.

Τριῶν ὡρῶν διῆλθε διάστημα· καὶ οὐκ ἔμαθεν ἡ γυνὴ, οὐδὲ ἐξεῖπε τις τῶν παρόντων· ἐφοβοῦντο B γάρ. Τοῦτο γοῦν θαυμάζων ὁ συγγραφεὺς, ἄμφω τέθεικε· καὶ τὸ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ ὅτι μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς, εἰσῆλθεν. Ὅρα δὲ ὅτι οὐ καλεῖ αὐτὴν ὁ Πέτρος· ἀλλ' ἀναμένει μᾶλλον, ὥστε ἐκείνην ὅτε βούλοιτο [47] εἰσελθεῖν· διδοὺς εἴπερ ἤθελε μεταμεληθῆναι. Οὐκ ἐτόλμησε δέ τις αὐτῇ τὸ γεγονὸς ἐξειπεῖν. Τοῦτο φόβος διδασκάλου, τοῦτο ὑπακοή. Εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε ; Ταύτην ἐβούλετο σῶσαι· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ ἀρχηγὸς τῆς ἁμαρτίας. Διὰ τοῦτο αὐτῇ δίδωσι προθεσμίαν ἀπολογίας καὶ μεταμέλειαν, λέγων, εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου ; Ἴσως δὲ εἴποι τις, ὅτι πικρῶς αὐτοῖς ἐχρήσατο. Ἀλλὰ ποία πικρία ; Εἰ ξύλα τις συλλέξας παρὰ τὸν νόμον καταλεύεται· πολλῷ μᾶλλον ὁ ἱερόσυλος· ταῦτα γὰρ ἱερὰ τὰ χρήματα ἦν. Πῶς παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσεν ; Ὅτι πλησίον αὐτοῦ εἱστήκει. Πλησίον δὲ αὐτοῦ ἔστηκεν [48], ἵνα εἰ βούλοιτο μετανοῆσαι καὶ ὁμολογῆσαι, μὴ αἰσχύνοιτο τοὺς ἄλλους ὡς ἀκούοντας. *Εὗρον δὲ αὐτὴν νεκράν· καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.* Σκόπει ὅτι οὐκέτι λοιπὸν ἀκαθάρτων ἅπτεσθαι κατὰ τὸν νόμον ἐφυλάττοντο· ἀλλ' ἁπλῶς καὶ χωρὶς τῆς οἱασοῦν παρατηρήσεως ἥπτοντο νεκρῶν. Ὅρα δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις εἰσὶ σφοδροὶ· ἐν δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις οὐ κέχρηνται τιμωρίᾳ· ἑκάτερον οἰκείως· τὸ μὲν, ἵνα μὴ δόξωσι καὶ μὴ θέλοντας τοὺς ἀνθρώπους φόβῳ τιμωρίας ἐκβιάζεσθαι αὐτοὺς προσέρχεσθαι τῇ πίστει· τὸ δὲ, ὅτι τοὺς ἅπαξ προσελθόντας καὶ ἀξιωθέντας διδασκαλίας καὶ χάριτος πνευματικῆς, οὐκ ἀφῆκαν [49] καταφρονητὰς καὶ ἱεροσύλους· καὶ μάλιστα D ἐν τῇ ἀρχῇ. Τοῦτο γὰρ εἰς διαβολὴν ἐγεγόνει ἂν τοῦ κηρύγματος. Καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐκεῖνοι ἐτιμωρήθησαν, καὶ ἄλλοι ἐκέρδησαν. Καίτοι πρότερον καὶ σημεῖα ἐγένοντο· ἀλλ' οὐκ ἦν φόβος τοιοῦτος. Ἀληθὲς οὖν ἐστιν ὅτι *Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν.*

Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγένετο [50]

Variæ lectiones et notæ.

[47] ἐβούλωτο, *erat.* [48] ἔστηκεν, *erat.* [49] ἀφῆκε, *erat.* [50] ἐγίνετο, *est in vulgato.*

σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά. Καὶ ἦσαν A
ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος [51].

in populo signa et prodigia multa. Et erant cuncti unanimiter in porticu Salomonis.

Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός.

VERS. 13. *Ac nemo cæterorum audebat se eis adjungere : sed populus eos magnificiebat.*

Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο [52] πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.

VERS. 14. *Accedebat autem major in dies Domino credentium et virorum et feminarum multitudo.*

Ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραβάττων, ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.

VERS. 15. *Adeo ut per plateas exportarent ægrotos et ponerent in lectis et grabbatis, ut transeuntis Petri vel umbra quempiam obumbraret eorum.*

Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ, φέροντες ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες. B

VERS. 16. *Confluebat item ex vicinis quoque oppidis Hierosolymam multitudo hominum portantium ægrotos et eos, qui vexabantur a spiritibus immundis : qui sanabantur universi.*

Μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν φόβον αὐτῶν, πλείονα σημεῖα ἐποίει αὐτὸς καὶ οἱ λοιποί. Ἦσαν δὲ ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος. Οὐκέτι ἐν οἰκίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ διέτριβον. Ἐπειδὴ εἶπεν, ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος, ἵνα μὴ θαυμάσῃς πῶς συνεχώρουν οἱ ὄχλοι, φησὶν, Ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς προσεγγίσαι ἐτόλμα· ἀλλ' ἐμεγάλυνε τοὺς ἀποστόλους ὁ Ἰουδαϊκὸς λαός. Ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς. Τοῦτο ἐπὶ Χριστοῦ οὐ γέγονεν, ἵνα διὰ τῶν πλατειῶν καὶ τῆς σκιᾶς ἕλκωσι τὰς ἰάσεις οἱ νοσοῦντες· καὶ μηδένα τολμᾷν προσεγγίζειν. Πῶς οὖν ἐνταῦθα γίνεται; Ὅτι αὐτοῦ ἦν ἔργον, τοῦ εἰπόντος· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ποιῶ ἐγὼ, κἀκεῖνος ποιήσει· καὶ μείζονα τούτων ποιήσει.* Πανταχόθεν δὲ αὐτοῖς ηὔξανε τὸ θαῦμα· ἀπὸ τῶν πιστευσάντων· ἀπὸ τῶν θεραπευθέντων· ἀπὸ τῶν κολασθέντων· ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ κήρυγμα παῤῥησίας. Καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης ἀρετῆς καὶ ἐπιμελείας τῆς κατὰ τὸν βίον. Οὐ γὰρ δὴ τῶν σημείων μόνον ἦν τὸ γενόμενον· ἀλλὰ καὶ ὁ βίος καὶ ἡ ἀρετὴ τῶν ἀνδρῶν πολλὴ ἦν, καὶ ἀληθῶς ἀποστολική.

Posteaquam cœpissent homines eos metuere, plura signa cum ipse Petrus tum reliqui apostoli faciebant. *Et erant in porticu Salomonis.* Non jam amplius posthac domi, sed in templo versabantur. Cum dixit : *in porticu Salomonis :* ne mireris ut hoc turbæ permitterent : nullus, inquit, ad eos propius accedere audebat : sed populus Judaicus apostolos magnificiebat. Adeo ut vicatim efferrent ægrotos. Hoc tempore Christi non accidit, ut per plateas et **52** umbram traherent ægroti sanationes, neu quisquam proprius accedere auderet. Qui igitur hic fit ? Quia illius erat opus, qui dixerat : *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, etiam ille faciet : et majora quam hæc faciet.* Ab omnibus autem C partibus eis miraculum crescebat : ab iis, qui crediderant : ab iis, qui curati erant : ab iis, qui puniti erant : ab eo, quod confidenter opus prædicationis capessebant : ab alia item virtute ac vitæ honestioris cura atque exercitatione. Non enim signorum solummodo nimirum erat id, quod factum est : sed et vita et virtus virorum magna erat et vere apostolica.

Ἀναστὰς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ, ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθησαν ζήλου.

VERS. 17. *Itaque surgens pontifex cum omnibus suis quæ est secta ac factio Sadducæorum, invidiæ pleni,*

Καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας [53] ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους· καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ.

VERS. 18. *Manus apostolis injecerunt, et eos in custodiam publicam tradiderunt.*

Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς εἶπε· D

VERS. 19. *Sed angelus Domini nocte fores carceris aperuit : eductisque illis,*

Πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.

VERS. 20. *Ite, inquit, et stantes in templo loquimini populo omnia verba vitæ hujus.*

Ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκον. Παραγενόμενος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον, καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμωτήριον συναχθῆναι [54] αὐτούς.

VERS. 21. *Quibus illi auditis sub diluculum in templum ingressi docebant. Cum venisset autem pontifex cum suis, convocaverunt concilium, et omnem seniorum ordinem Israelitarum, miseruntque in carcerem qui illos simul adducerent.*

Variæ lectiones et notæ.

[51] Σολομῶνος, *est in vulgato.* [52] προσετίθοντο, *erat.* [53] *In vulgato post,* χεῖρας, *adjectum est* αὐτῶν. [54] ἀχθῆναι, *est in vulgato.*

VERS. 22. *Quo cum ministri venissent, nec eos in carcere invenissent, reverterunt.*

A *Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι, οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν,*

VERS. 23. *Ac carcerem quidem summa diligentia atque cautione clausum custodesque pro foribus stantes sese reperisse, sed apertis foribus neminem sese intus invenisse renuntiaverunt.*

Λέγοντες, ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας[55] *ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, ἔσω οὐδένα εὕρομεν.*

VERS. 24. *Ut autem hæc verba audierunt, et summus pontifex et templi præsidii præfectus, cæterique pontifices, solliciti ambigebant de illis, quidnam rei hoc esse potuisset.*

Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ τε ἀρχιερεὺς[56] *καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διηποροῦντο περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο.*

VERS. 25. *Adveniens autem quidam ad eos, Ecce, inquit, viri, quos tradideratis in custodiam, stant in templo ac populum docent.*

Παραγενόμενος δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἄνδρες, οὓς ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ ἑστῶτες καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν.

Quid, est, quod dicit, surgens? excitatus, motus ob ea quæ dicebantur. Ac nunc vehementius et acrius eos aggrediuntur, sed non statim eos adducunt in judicium : quia putabant se magis eos perterrefacturos esse publica custodia. Animadverte autem mihi, ut apostolorum vita pertexeretur. Primum propter sublationem Christi animi consternatio atque mœror fuit : deinde propter Spiritus descensum animi tranquillitas atque lætitia : rursus tristitia propter eos, a quibus deridebantur : deinde lætitia **53** propter fideles et signum : rursus tristitia propterea, quod detinerentur in custodia : deinde lætitia propter defensionem : rursus hic propter splendorem et signa, lætitia : sed ab summo pontifice et iis a quibus comprehensi sunt, mœrore affecti sunt. Nam eos, qui juxta Dei præcepta vivunt, ita tractari et exerceri reperire quis posset. Sed angelus Domini noctu fores carceris aperuit. Angelus illos eduxit, et ad ipsorum consolationem, et ad commodum Judæorum.

B Τί ἐστιν, ἀναστάς; διεγερθείς, κινηθεὶς ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Νῦν δὲ σφοδρότερον αὐτοῖς ἐπιτίθενται, οὐκ εὐθέως δὲ αὐτοὺς κρίνουσι, νομίζοντες μᾶλλον τῇ δημοσίᾳ καταπλήξειν φρουρᾷ. Ὅρα δέ μοι πῶς ὁ τῶν ἀποστόλων ὑφαίνετο βίος. Ἀθυμία πρῶτον γέγονε, διὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ· εἶτα εὐθυμία διὰ τὴν τοῦ Πνεύματος κάθοδον· πάλιν ἀθυμία διὰ τοὺς χλευάζοντας· εἶτα εὐθυμία διὰ τοὺς πιστοὺς καὶ τὸ σημεῖον· πάλιν ἀθυμία διὰ τὸ κατασχεθῆναι· εἶτα εὐθυμία διὰ τῆς ἀπολογίας· πάλιν ἐνταῦθα, διὰ τῆς λαμπρότητος καὶ τῶν σημείων, εὐθυμία· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν συλλαβόντων, ἀθυμία. Ὅσοι γὰρ κατὰ Θεὸν ζῶσιν, οὕτως εὕροι τις ἂν αὐτοὺς ἔχοντας. Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς. Ἄγγελος ἐξάγει C αὐτούς· καὶ εἰς αὐτῶν παραμυθίαν, καὶ εἰς ὠφέλειαν τῶν Ἰουδαίων.

VERS. 26. *Tunc is, qui templi præsidio præfectus erat, eo profectus cum ministris adduxit illos, nulla adhibita vi. Metuebant enim populum, ne lapidarentur (ab eo).*

Τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις ἤγαγεν αὐτοὺς, οὐ μετὰ βίας· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν· ἵνα μὴ λιθασθῶσιν.

VERS. 27. *Adductosque eos statuerunt in concilio: quos summus pontifex his verbis interrogavit :*

Ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ ἀρχιερεύς,

VERS. 28. *Nonne etiam atque etiam præcepimus vobis et interdiximus, ne in nomine isto doceretis? Et ecce replevistis Hierosolymam vestra doctrina, et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.*

Λέγων· οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; Καὶ ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἰερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν· καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου.

VERS. 29. *Respondens autem Petrus et apostoli dixerunt : Obtemperare oportet Deo magis quam hominibus.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις.

VERS. 30. *Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum· quem vos interfecistis suspensum in ligno.*

Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες[57] *ἐπὶ ξύλου.*

VERS. 31. *Hunc Deus principem et Servatorem dextera sua exaltavit ad dandam pœnitentiam Israeli et remissionem peccatorum.*

Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ Σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Variæ lectiones et notæ.

[55] *Post*, φύλακας, *in vulgato adjectum est*, ἔξω. [56] *In vulgato*, ἱερεὺς, *est.* [57] κρεμμάσαντες, *erat.*

[53] V. *ut adducereniur.*

Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων A *τούτων, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ.*

Δέον μετὰ τὸ [58] τὸν Θεὸν φοβηθῆναι, τὸν καθάπερ πτηνοὺς ἀεὶ τῶν χειρῶν ἐξαρπάζοντα τῶν ἐκείνων. Καίτοι ἡ ασφάλεια τῆς φυλακῆς διπλῆ ἦν· καὶ ἡ σφραγὶς, καὶ οἱ ἄνθρωποι· καὶ ἅπαντα ἱκανὰ ἦν δυσωπῆσαι, θείαν ἐνέργειαν εἶναι τὰ γινόμενα· οἱ δὲ, οὐ παραγγελίᾳ, φησὶ, παρηγγείλαμεν; Τί δὲ, εἰ καὶ παρηγγείλατε; Εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ ἐπείσθησαν τότε καὶ συνέθεντο ὑπακούειν, καλῶς νῦν εὐθύνετε· εἰ δὲ εἶπον μὴ πεισθήσεσθαι, ποῖαι νῦν εὐθῦναι; Καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Ἔτι αὐτοῖς ψιλὸς ἄνθρωπος εἶναι δοκεῖ. Τοῦτο δέ φασι θέλοντες δῆθεν δεῖξαι, ὅτι ἀναγκαία αὐτοῖς ἡ παρακέλευσις γέγονε, καὶ φειδοῖ τῆς οἰκείας σωτηρίας ταῦτα ἐπιτάττουσιν· ἵνα δὲ μᾶλλον τραχύνωσι κατ' αὐτῶν τὸ πλῆθος, ταῦτα ἔλεγον. Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Οὐ θρασέως ἀποκρίνονται οἱ ἀπόστολοι. Διδάσκαλοι γὰρ ἦσαν· οὐδὲ γὰρ ὠργίζοντο, ἀλλ' ἠλέουν αὐτοὺς, καὶ ἐσκόπουν ὅπως αὐτοὺς ἀπαλλάξωσι τῆς πλάνης καὶ τοῦ θυμοῦ. *Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων.* Ποίων; ὅτι ἄφεσιν καὶ μετάνοιαν ἐπηγγείλατο. Ἡ γὰρ ἀνάστασις ἦν λοιπὸν ἤδη ὁμολογουμένη. Ὅτι ἄφεσιν δίδωσι, καὶ ἡμεῖς μαρτυροῦμεν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὃ οὐκ ἂν ἐπῆλθεν, εἰ μὴ πρότερον αἱ ἁμαρτίαι ἐλέλυντο. Καὶ ὅρα πῶς μνημονεύοντες τοῦ τολμήματος, ἐπάγουσι τὴν ἄφεσιν, δεικνῦντες ὅτι τὰ μὲν γεγενημένα ἄξια θανάτου, τὰ δὲ διδόμενα, ὡς εὐεργέτου ἐδίδοντο. Εἶπε [59] δὲ, *Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ Σωτῆρα,* ἀνατιθέντες τῷ Πατρὶ τὸ πᾶν, ἵνα μὴ δόξῃ ἀλλότριος εἶναι τοῦ Πατρός. Διὰ τί δὲ εὐθέως οὐκ ἔμαθον, ὅτι ἐξῆλθον τῆς φυλακῆς; Ἵνα πρότερον ἐν ἀπορίᾳ γενόμενοι, εἰ θέλοιεν καταλήψωνται [60] καὶ παιδευθῶσι θείαν εἶναι τὴν δύναμιν. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. Καὶ οὐκ εἶπεν [61], ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς πειθομένοις· ἅμα μὲν καὶ μετριάζοντες, ἅμα δὲ καὶ μέγα δεικνῦντες· ἔτι δὲ καὶ δηλοῦντες ὅτι καὶ αὐτοὶ ἐδύναντο [62] λαβεῖν. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο συνεχώρει ὁ Θεὸς ἄγεσθαι τοὺς ἀποστόλους εἰς δικαστήριον, ἵνα ἐκεῖνοι παιδεύωνται, καὶ εἰς παῤῥησίαν ἀλείφωνται, καὶ πάντες μανθάνωσιν.

VERS. 32. *Et nos ei testes sumus horum verborum, itemque Spiritus sanctus, quem dedit Deus obtemperantibus sibi.*

Nonne etiam atque etiam interdiximus? Cum posthac Deum timere oporteret qui tanquam volucres semper raperet de manibus illorum. Atqui munitio custodiæ duplex erat: et sigillum, et homines. Quibus omnibus satis eis persuaderi potuisset latente vi quadam divina effectum esse id quod acciderat. At illi, Nonne, inquiunt, etiam atque etiam vobis interdiximus? Quid autem ad rem facit, etiamsi interdixistis? Nam si et illi tunc quidem paruissent et constituissent obedire, recte nunc quæstionem exercueretis, et actorum rationem reposceretis; sin autem dixerunt, [a] se non B obtemperaturos, quales nunc vestræ quæstiones et postulationes? Et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Etiam nunc nudus illis homo esse videtur. Hoc autem dicunt volentes videlicet ostendere, necessarium sibi fuisse interdictum: seque ea præcipere, ut saluti ac vitæ suæ parcant. Hæc autem dicebant magis adversus eos exacerbandæ multitudinis causa. Obtemperare magis oportet Deo, quam hominibus. Non ferociter et **54** contumaciter apostoli respondent. Nam doctores erant; nec enim irascebantur, sed miserabantur illos, et considerabant qua ratione eos ab errore deducerent, et ab illa perturbatione liberarent. *Et nos ei testes sumus horum verborum.* Quorum? Quod remissionem ac pœnitentiam promiserit. Nam de resurrectione jam deinceps nulla erat in posterum controversia. Remissionem illum dare et nos testificamur et Spiritus sanctus, qui non supervenisset, nisi prius peccata fuissent remissa. Ac vide tu facinoris mentionem facientes subjungunt remissionem: ostendentes facinora quidem morte digna fuisse, sed ea, quæ donata sint, tanquam a benefactore condonata fuisse. Dixit autem: *Hunc Deus principem et Servatorem:* Patri videlicet totum tribuentes, ne videatur a Patre esse alienus. Sed cur statim non resciverunt eos exisse de carcere? Ut prius eo redacti, ut quod dicerent quamve causam rei gestæ afferrent, nihil excogitare possent, si vellent, deprehenderent ac D discerent potentiam ac vim esse divinam. Itemque Spiritus sanctus, quem dedit Deus obtemperantibus sibi. Ac non dixit: Quod Deus dedit nobis: sed, obedientibus, simul et modeste ac verecunde loquentes: simul et magnam esse rem ipsam ostendentes: propterea autem etiam significantes illos quoque ipsos accipere potuisse. Etenim idcirco permittebat Deus apostolos in judicium duci, ut illi erudirentur: et [y] hi ad libere et ingenue loquendum exercerentur: et omnes discerent.

Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς.

VERS. 33. *His auditis disrumpebantur* [x], *ac de iis interficiendis consultabant.*

Ἀναστὰς δέ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ Φαρισαῖος ὀνόματι Γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκαλος τίμιος παντὶ

VERS. 34. *Sed cum surrexisset in concilio quidam Pharisæus nomine Gamaliel legis doctor in honore*

Variæ lectiones et notæ.

[58] *Isc.* τοῦτο, ἢ ταῦτα, ἢ *λείπει τι.* [59] εἶπον, *Isc.* [60] καταλήψονται, *erat.* [61] *Isc.* εἶπον. [62] δυνατὸν, *erat.*

[a] *sup. c.* IV. [y] *Aliquid hoc loco desiderari videtur.* [x] V. *dissecabantur.*

habitus ab omni populo, jussit ut apostoli foras paululum summoverentur.

VERS. 35. *Ac dixit ad illos.: Viri Israelitæ, etiam atque etiam apud vos deliberate, quid hominibus istis facturi sitis* [y].

VERS. 36. *Nam ante hos dies exstitit Theudas, dicens se esse nescio quem : cum quo se conjunxit numerus hominum ferme quadringentorum : qui occisus est, et omnes, qui parebant* [z] *ei, dissipati et ad nihilum redacti sunt.*

Illi quidem alii audientes, animo compungebantur : hi vero disrumpebantur, et deliberabant de eis interficiendis. Porro Gamaliel hic Pauli magister erat : ac mirari operæ pretium est, qui factum sit, ut cum et legisperitus esset, et animi judicio præditus, nondum crederet : quia necdum Paulus quidem crediderat. Etiam atque etiam apud vos deliberate, quid hominibus istis, etc. **55** Animadverte prudentem orationem, ut eis statim terrorem incutiat : ac ne ipse suspectus esset, ut qui sentiret cum illis tanquam cum ejusdem secum sententiæ hominibus, sermocinatur, et non magna utitur vehementia, sed ita : Etiam atque etiam, inquit, vobiscum deliberate, quid sitis facturi. Nam ante hos dies. Duo ponit exempla, ac veterà non commemorat, sed nova exempla, quia hæc ad persuadendum plus roboris habent. Quamobrem etiam ille de his significare volens dicebat : ante hos paucos dies. Ac cum etiam alia proferre posset, his contentus fuit. In duobus enim testibus consistet omne verbum. Non dicit autem, a quibus illi sint occisi : sed eos hic dicit dissipatos fuisse. De Theuda mentionem facit etiam Josephus in decimo nono libro *Antiquitatum*, ut ait Eusebius in secundo libro Ecclesiasticæ historiæ his verbis: Cum Fadus esset Judææ procurator, vir quidam impostor, nomine Theudas, persuadet turbæ, ut sublatis suis facultatibus, sequerentur eum ad flumen Jordanem. Prophetam enim se esse dicebat, et jussu suo flumen se scissurum, atque ita facilem transitum præbiturum : ac multos decepit. At Fadus eos non passus est sua amentia frui : sed adversus eos equitum turmam emisit, quæ multos interfecit et vivos cepit ex illis. Atque ipsius Theudæ caput amputatum Hierosolymam portant.

VERS. 37. *Post hunc exstitit Judas Galilæus in diebus professionis, ac satis multos homines ad se traduxit* [a]. *Ille quoque periit : et omnes, qui ei parebant, dissipati sunt.*

VERS. 38. *Et nunc dico vobis : abstinete ab hominibus istis, et missos facite illos. Nam si humanum fuerit hoc consilium aut hoc opus, labefactabitur.*

τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω τοὺς ἀποστόλους βραχύ τι ποιῆσαι [63].

Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις τί μέλλετε πράσσειν.

Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν· ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν.

Οἱ μὲν ἄλλοι ἀκούοντες κατενύγησαν, οὗτοι δὲ διεπρίοντο καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς. Ὁ δὲ Γαμαλιὴλ οὗτος ὁ Παύλου διδάσκαλος ἦν· καὶ θαυμάσαι ἄξιον, πῶς καὶ νομομαθὴς ὢν, καὶ τὰς κατὰ νοῦν κρίσεις ἔχων, οὐδέπω ἐπίστευσεν· ἐπεὶ οὐδὲ Παῦλος. Προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις τί μέλλετε πράσσειν. Ὅρα τὴν σύνεσιν τῆς δημηγορίας, πῶς αὐτοὺς εὐθέως εἰς φόβον ἐνέβαλε, καὶ ὥστε μὴ ὑποπτευθῆναι αὐτὸν ὡς τὰ ἐκείνων φρονοῦντα, ὡς πρὸς ὁμογνώμονας διαλέγεται, καὶ οὐ πολλῇ τῇ σφοδρότητι κέχρηται· ἀλλ' οὕτω φησὶ, προσέχετε ἑαυτοῖς τί μέλλετε πράσσειν. Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν. Δύο τίθησι παραδείγματα, καὶ οὐ μνημονεύει παλαιῶν, ἀλλὰ νέων παραδειγμάτων, ὅτι τὰ τοιαῦτά ἐστιν ἐν τῷ πείθειν δυνατώτερα. Διὸ καὶ ἐκεῖνος τούτων αἰνιττόμενος ἔλεγε, πρὸ ὀλίγων τούτων τῶν ἡμερῶν. Ἔχων δὲ καὶ ἄλλα εἰπεῖν, ἠρκέσθη τούτοις. Ἐπὶ δύο γὰρ μαρτύρων πᾶν ῥῆμα σταθήσεται. Οὐκ εἶπε δὲ ὑπὸ τίνων ἐκείνοι ἀνῃρέθησαν, ἀλλ' ὅτι ἐνταῦθα διελύθησαν. Περὶ Θευδᾶ μέμνηται καὶ Ἰώσηπος ἐν τῷ ιθ' βιβλίῳ τῆς Ἀρχαιολογίας, ὥς φησιν Εὐσέβιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας οὕτω· Φάδου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, γόης τις ἀνὴρ Θευδᾶς ὀνόματι, πείθει τὸν ὄχλον, ἀναλαβόντας τὰς κτήσεις αὐτῶν, ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμόν. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας δίοδον ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾴδιον, καὶ πολλοὺς ἠπάτησεν· οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης ὀνασθαι Φάδος· ἀλλ' ἐξέπεμψεν ἵλην ἱππέων ἐπ' αὐτοὺς, ἥτις πολλοὺς ἀνεῖλε καὶ ἐζώγρησεν ἐξ αὐτῶν, αὐτοῦ τε τοῦ Θευδᾶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσι καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα.

Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν.

Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, Ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη [64] ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται.

Variæ lectiones et notæ.

[63] *In vulgato est,* ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι. [64] αὕτη, *desideratur in vulgato.*

[y] V. *attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis.* [z] V. *credebant. Sup. cap.* IV. [a] V. *et Ex, averlit post se.*

Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι **A** *αὐτό· μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε.*

Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς ἀποστόλους δείραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς.

Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ [68] κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι.

Πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες, καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

Ἐοίκασιν οἱ Γαλιλαῖοι κατὰ τοὺς χρόνους Πιλάτου ἐστασιακέναι δόγμασιν ἐπόμενοι Ἰούδα τοῦ **B** Γαλιλαίου. Ἦν δὲ τὸ δόγμα τοῦ Ἰούδα τοῦτο· Κύριον μηδὲ μέχρι στόματος ἔφασκε δεῖ τινα λέγειν, μηδὲ κατά τινα τιμὴν καὶ φιλοφροσύνην· οὕτω δὲ μήτε τὸν βασιλεύοντα· καὶ πολλοὶ αὐτῶν παρὰ τοῦ [66] μὴ εἰπεῖν Καίσαρα Κύριον, χαλεπωτάτας αἰκίας ὑπέμειναν, διδάσκοντες μὴ δεῖν παρὰ τὰς ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως θυσίας, ἑτέρας ἀναφέρεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ ἐκώλυον τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ καὶ βασιλέως καὶ τῶν Ῥωμαίων ἔθνους ὑπὲρ σωτηρίας γινομένας· εἰκὸς οὖν ἐπὶ τούτοις ἀγανακτοῦντα πρὸς Γαλιλαίους τὸν Πιλάτον, κελεῦσαι παρ' αὐταῖς, αἷς ἐδόκουν κατὰ τὸν νόμον προσφέρειν θυσίαις [67] ἀναιρεθῆναι· ὡς τόγε [67*] ἀναμιχθῆναι ταῖς προσφερομέναις θυσίαις τὸ αἷμα τῶν προσαγόντων, καθὰ καὶ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ ἐμφέρεται. **C** Ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων. Εἰπὼν παραδείγματα τῶν διαλυθέντων, δίδωσιν αὐτοῖς καὶ περὶ ἑαυτῶν ἐννοεῖν, ὅτι μήποτε ἄλλους μελετῶντες καταλύειν, διαλυθήσεσθε· πρὸς γὰρ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ὁ μαχόμενος οὐκ ἐκεῖνον [68], ἀλλ' ἑαυτὸν καταλύει. Εἰ μὲν γὰρ ἀνθρώπινόν ἐστι, φησὶ, τί δεῖ πραγμάτων ὑμῖν; ἀλλὰ θεῖόν ἐστιν· οὐ δὲ μετὰ πραγμάτων δυνήσεσθε αὐτὸ καταλύσειν. Οὐκ εἶπε δὲ ὅτι ἐκ Θεοῦ ἐστιν, ἀλλ' οὐ δὲ ἀνθρώπινον. Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν, ἐκ Θεοῦ, ἀντέλεγον ἐκεῖνοι ἄν· εἰ δὲ, ἐξ ἀνθρώπων, προχείρους αὐτοὺς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐποίει. Διὰ τοῦτο σοφῶς τὸν λόγον οἰκονομήσας, περιμεῖναι τὸ τέλος κελεύει. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν· Ἐὰν μὴ καταλύσητε αὐτὸ, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· Ἀλλ', **D** ἐὰν ἐκ τοῦ Θεοῦ ᾖ, οὐ καταλυθήσεται. Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ. Διὰ τοῦτο ἐπείσθησαν, ὅτι μὴ παρόντων τῶν ἀποστόλων ἔλεγε ταῦτα, καὶ ὡς τὰ αὐτὰ κἀκεῖνος αὐτοῖς φρονῶν. Πῶς οὖν ἔδειραν, εἰ ἐπείσθησαν; Ἐπείσθησαν μὲν ἀποστῆναι τῆς σφαγῆς αὐτῶν· τοῦτο γὰρ ἠβούλοντο· καὶ τὴν μὲν βουλὴν ἀφῆκαν· ὅμως τὸν οἰκεῖον θυμὸν ἐπλήρουν μαστίζοντες.

Vers. 39. *Sin autem divinum, non potestis id rescindere: ne forte etiam Deo repugnare videamini.*

Vers. 40. *Paruerunt autem ei, et cum advocassent apostolos, cæsis eis præceperunt, ne loquerentur in nomine Jesu, ac dimiserunt eos.*

Vers. 41. *Et illi quidem ex conspectu concilii discedebant lætantes, quod digni habiti essent, qui pro nomine Domini Jesu contumelia afficerentur.*

Vers. 42. *Ac quotidie in templo et in privatis ædibus docere, et Jesum Christum annuntiare non intermittebant.*

Videntur Galilæi Pilati temporibus sequentes doctrinam atque traditionem Judæ Galilæi tumultuati esse atque seditionem movisse. Erat autem Judæ doctrina hæc: **56** Dominum, aiebat, ne ore quidem tenus quemquam dicere oportet, neque honoris alicujus ac blandæ appellationis causa: atque ita ne regem quidem. Ac multi illorum, propterea quod Cæsarem dominum dicere noluissent, gravissimis verberibus affecti sunt, docentes non oportere præter ea quæ in lege Mosis traduntur, alia Deo sacrificia fieri: ac vetabant pro populi et imperatoris et Romanæ gentis salute hostias et victimas offerri. Verisimile est igitur hisce de causis Galilæis iratum Pilatum jussisse, ut juxta ea, quæ ex legis præscripto videbantur sacrificia facere, interficerentur: adeo ut tunc hostiis, quæ offerebantur, permisceretur sanguis offerentium, quemadmodum etiam in Evangelio Lucæ continetur. Abstinete ab hominibus his. Cum exposuisset exempla eorum, qui labefactati erant: suggerit eis, ut de se quoque cogitent: nempe: Ne forte alios labefactare cogitantes, ipsi labefactemini. Nam præterquam quod Deo videtur repugnare, qui repugnat, non illum, sed ipsum labefactat. Nam si quidem res, inquit, est humana, quid vobis molestiis opus est? At negotium divinum est. Ne susceptis quidem molestiis poteritis illud labefactare. Non dixit autem: Ex Deo est: at ne humanum quidem esse dicebat. Nam si quidem dixisset esse divinum, contradicere illi potuissent: sin autem, humanum, promptos eos et faciles adversus apostolos effecisset. Idcirco prudenter dispositis oratione eventum eos et finem jubet exspectare. Ac vide, non dixit, Nisi labefactaveritis et resederitis id, ex Deo est: sed, si ex Deo est, non labefactabitur. Paruerunt autem ei. Idcirco parebant, quia non præsentibus apostolis hæc dicebat: et tanquam eadem etiam ipse sentiens cum illis. Qui ergo fiebat, ut verberarent apostolos, si paruerunt? Parebant quidem in hoc, ut a cæde eorum abstinerent. Nam id facere in animo habebant: ac voluntatem quidem illam obtinuerunt, attamen iracundiam suam eos flagellantes explebant.

Variæ lectiones et notæ.

[66] *In vulgato pro*, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, *est*, αὐτοῦ. [66] *Isc.* τό. [67] θυσίας *erat.* [67*] *Isc.* τότε. [68] ἐκείνων *erat, supra correctum*, ἐκεῖνον.

CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

A

Vers. 1. *In diebus illis crescente numero discipulorum, exstitit murmur Græcanicorum adversus Hebræos, quod eorum viduæ in ministerio quotidiano despicerentur ac præterirentur.*

Non illis ipsis diebus: sed in quibusdam post illos. Est autem mos Scripturæ ita loquendi. Porro Græcissatores, sive Græcanicos vocat eos, qui Græce loquebantur. In ministerio quotidiano. Quotidianum igitur viduis erat ministerium. Diaconian, id est, ministerium, vocat munus eleemosynæ distribuendæ. Non **57** fiebat autem malitia, ut viduæ præterirentur, sed negligentia vulgi. Quamobrem cura in medium collata, nihil erat amplius, quod illos male haberet.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν.

Οὐκ ἐν ἐκείναις αὐταῖς ταῖς ἡμέραις· ἀλλ' ἔν τισι μετ' ἐκείνας. Ἔθος δὲ τῇ Γραφῇ οὕτω λέγειν. Ἑλληνιστὰς δέ, οἶμαι, καλεῖ τοὺς ἑλληνιστὶ φθεγγομένους. Τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ· καθημερινὴ ἄρα διακονία ἦν ταῖς χήραις. Διακονίαν καλεῖ τὸ τῆς ἐλεημοσύνης ἔργον. Οὐκ ἦν δὲ κακίας, τὸ παρορᾶσθαι τὰς χήρας, ἀλλὰ ῥᾳθυμίας τῶν πολλῶν. Διὸ καὶ φροντίδος εἰς μέσον καταβληθείσης, ἐπαύσατο τὸ λυποῦν.

Vers. 2. *Cum advocassent igitur duodecim illi multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est consultum*[b] *ut nos, obmisso verbo Dei, ministremus mensis.*

B

Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, εἶπον· Οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς, καταλείψαντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, διακονεῖν τραπέζαις.

Vers. 3. *Considerate ergo, fratres, viros ex vobis bene audientes septem, Spiritus sancti sapientiæque plenos, quos huic negotio præficiamus.*

Ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοί, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ, πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας· οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης.

Vers. 4. *Nos vero sedulam et assiduam operam dabimus orationi et ministerio verbi.*

Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

Vers. 5. *Placuit hæc oratio universæ multitudini. Et elegerunt Stephanum virum plenum fidei et Spiritus sancti, et Philippum, et Prochorum et Nicanorem et Timonem, et Parmenam et Nicolaum proselytum Antiochenum:*

Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους, καὶ ἐξελέξαντο Στέφανον, ἄνδρα πλήρη πίστεως καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον, καὶ Πρόχορον, καὶ Νικάνορα, καὶ Τίμωνα, καὶ Παρμενᾶν, καὶ Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα·

C

Vers. 6. *Quos statuerunt in conspectu apostolorum: et precati manus eis imposuerunt.*

Οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν Ἀποστόλων, καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας.

Vers. 7. *Et verbum Dei crescebat, et valde augebatur in Jerusalem numerus discipulorum: magnaque multitudo sacerdotum fidei obediebat.*

Καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν Ἰερουσαλὴμ σφόδρα· πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.

Non ipsi eligunt, sed multitudini electionem permittunt: qui etiam commodum erant ex illorum curatione et functione percepturi atque ipsi eligunt et producunt, et manibus impositis ordinant, creant atque declarant: Non est consultum, ut nos, obmisso verbo Dei, ministremus mensis. Necessaria namque non necessariis potiora. Viros ex vobis bene audientes plenos spiritu. Non simpliciter dicit eos spirituales: sed plenos spiritu sapientiaque. Maximæ enim opus erat philosophiæ, ferre querelas viduarum. Et precati manus eis imposuerunt. Vide, ut non sit supervacuus. Non enim dicit, quomodo: sed solummodo illos per precationem fuisse declaratos et ordinatos. Hoc enim est χειροτονία, id est, manuum extensio et impositio. Manus viro imponitur, totum vero negotium Deus efficit et operatur. Sed quam illi septem ordinationem acceperunt? numquid diaconorum? verum presbyterorum arbitror nomen fuisse ac dignitatem illorum: sed tunc ad hoc, (nempe) ad ministrandum fidelibus

Οὐκ αὐτοὶ ἐκλέγονται· ἀλλὰ τῷ πλήθει τὴν ἐκλογὴν ἐπιτρέπουσιν, οἳ καὶ ὄφελον[69] ἀπολαύειν τῆς προστασίας αὐτῶν. Αὐτοὶ δὲ ἐκλέγονται καὶ προχειρίζονται καὶ χειροτονοῦσιν, οὐκ ἀρεστὸν ἡμᾶς[70] καταλείψαντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, διακονεῖν τραπέζαις. Τῶν γὰρ μὴ ἀναγκαίων τὰ ἀναγκαῖα προτιμότερα. Ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους, πλήρεις πνεύματος. Οὐχ ἁπλῶς πνευματικοὺς αὐτούς φησιν· ἀλλὰ πλήρεις πνεύματος καὶ σοφίας. Μεγίστης γὰρ φιλοσοφίας ἦν, φέρειν κατηγορίας χηρῶν. Καὶ προσευξάμενοι, ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Ὅρα πῶς οὐκ ἔστι περιττός· οὐ γὰρ λέγει πῶς, ἀλλ' ὅτι μόνον ἐχειροτονήθησαν διὰ τῆς προσευχῆς. Τοῦτο γὰρ ἡ χειροτονία ἐστὶν, ἡ χεὶρ ἐπίκειται τοῦ ἀνδρός· τὸ δὲ πᾶν ὁ Θεὸς ἐργάζεται. Ποίαν δὲ χειροτονίαν ἐδέξαντο οὗτοι οἱ ἑπτά; Ἆρα τῶν διακόνων; Ἀλλὰ τῶν Πρεσβυτέρων οἶμαι τὸ ὄνομα εἶναι καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτῶν· ἀλλὰ τέως εἰς τοῦτο, εἰς τὸ διακονεῖν τοῖς πιστοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐχειροτονήθησαν. Καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν σφόδρα ἐν Ἰερουσαλήμ. Οὐχ

D

Variæ lectiones et notæ.

[69] *Isc.* ὤφειλον. [70] ὑμῖν *erat.*

[b] V. *Non est æquum.*

ἁπλῶς εἶπε τοῦτο, ἀλλ' ἔδειξεν, ὅση τῆς ἐλεημοσύνης ἡ ἰσχὺς καὶ τῆς διατάξεως.

A res necessarias ordinati fuerunt. Et valde augebatur Hierosolymæ numerus discipulorum. Non simpliciter hoc dixit, sed ostendit quanta sit vis eleemosynæ atque constitutionis.

Στέφανος δὲ, πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως, ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα[71] *ἐν τῷ λαῷ.*

VERS. 8. *Stephanus autem, plenus fidei atque virtutis*[c], *faciebat prodigia et signa magna in populo.*

58 *Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς, τῆς λεγομένης Λιβερτίνων καὶ Κυρηναίων καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ.*

VERS. 9. *Concitati sunt autem quidam de Synagoga, quæ Libertinorum appellatur, et Cyrenensium et Alexandrinorum, et eorum, qui erant ex Cilicia et Asia, qui cum Stephano disputabant.*

Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει.

VERS. 10. *Qui cum non possent resistere sapientiæ atque Spiritui, qui loquebatur,*

Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν.

VERS. 11. *Allegaverunt et subornarunt homines, qui dicerent se audivisse illum proferentem verba, quibus et Moyses contumelia afficeretur, et divina* B *majestas læderetur.*

Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν καὶ τοὺς Πρεσβυτέρους καὶ τοὺς Γραμματεῖς· καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον.

VERS. 12. *Itaque commoverunt plebem et seniores, et Scribas, et adorti eum, rapuerunt et adduxerunt in concilium.*

Ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου[72] *καὶ τοῦ νόμου.*

VERS. 13. *Ac falsos testes produxerunt, qui ita dixerunt: Homo iste non desinit verba contumeliosa adversus locum sanctum et legem proferre.*

Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι[73] *Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωσῆς.*

VERS. 14. *Audivimus enim eum dicentem: Jesus Nazarenus hic demolietur hunc locum, et mutabit ritus et instituta, quæ tradidit nobis Moses.*

Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες οἱ καθεζόμενοι[74] *ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.*

VERS. 15. *Cumque intuiti essent eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam angeli.*

Ὅρα πῶς καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ ἦν τις πρόκριτος. Εἰ γὰρ καὶ ἡ χειροτονία κοινὴ ἦν, ἀλλ' ὅμως οὗτος ἐπεσπάσατο χάριν πλείονα. Καὶ ὅρα πῶς πρὸ τούτου τέρατα οὐκ ἐποίει, ἀλλ' ὅτε δῆλος γέγονεν, ἵνα δειχθῇ ὅτι οὐκ ἀρκεῖ ἡ χάρις μόνη, ἀλλὰ δεῖ[75] καὶ χειροτονίας, ὥστε προσθήκη Πνεύματος ἐγένετο, ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ἐκλογῇ πρὸ τῆς χειροτονίας πλήρη Πνεύματος αὐτὸν μαρτυρεῖ, διάφορα δὲ τὰ χαρίσματα. Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς Συναγωγῆς. Ἀνάστασιν τὸν παροξυσμὸν αὐτῶν λέγει καὶ τὴν ὀργήν. Διάφοροι δὲ ἦσαν αἱ συναγωγαί. Συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ. Διὰ τοῦτο συνεζήτουν, ἵνα ἀναγκάσωσιν αὐτόν τι εἰπεῖν· ὁ δὲ γυμνότερον ἴσως διελέγετο, καὶ τὴν παῦλαν ἔλεγε τοῦ νόμου· ἢ οὐκ ἔλεγε μὲν, ἠνίττετο δέ· ἐπεὶ εἰ ἔλεγε φανερῶς, οὐκ ἂν τῶν ψευδομαρτύρων ἐδέοντο. Ὅρα δὲ αὐτὸν οὐκ ἐπιτρέποντα τῷ διδάσκειν, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον ὑπὸ τῶν συζητούντων. Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας. Οὐκ αὐτοὶ οἱ συζητοῦντες μαρτυροῦσιν· ἠλέγχθησαν γὰρ αὐτίκα φθόνῳ συκοφαντοῦντες· ἀλλ' ἑτέρους μισθοῦνται, ἵνα μὴ δόξῃ τὸ πρᾶγμα ἐπήρεια εἶναι. Τὸν μὲν γὰρ Θεὸν, ἐφ' οἷς ἐμιαιφόνουν, οὐκ ἐφοβοῦντο. Πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν ἀπέβλεπον. Ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας. Πανταχοῦ ἡ ψευδομαρτυρία. Οὐ γὰρ ἐβούλοντο ἁπλῶς ἀναιρεῖν, ἀλλὰ μετὰ ψήφου, ἵνα καὶ τὴν δόξαν, ὡς ἐνόμιζον, τῶν ἀναιρου-

Vide ut etiam ex illis septem quidam erat eximius atque prælatus. Nam etiamsi ordinatio communis erat, attamen hic gratiam majorem adeptus est. Ac vide ut antehac prodigia non fecerit, sed posteaquam notus et clarus evasit: ut ostendatur solam gratiam non sufficere, sed ordinatione etiam opus esse, itaque incrementum Spiritus factum est: nam etiam in electione ante ordinationem testatur eum Spiritu plenum fuisse; sed dona sunt varia atque diversa. Concitati sunt autem quidam de Synagoga. Concitationem, exacerbationem eorum vocat, et iram. Erant autem diversæ Synagogæ. Qui disputabant cum Stephano. Idcirco disputabant ut cogerent illum aliquid dicere. Ille vero apertius fortasse disserebat, ac legem finem habere dicebat: aut, non dicebat quidem, sed innuebat ac D tecte significabat. Nam si plane ac palam dixisset, falsis testibus opus non habuissent. Vide autem ipsum non committere, nec occasionem præbere docendo, sed a disputantibus cogi. Allegaverunt et subornaverunt viros, qui dicerent. Non ipsi disputantes testificantur: statim enim deprehensum et animadversum esset, illos invidia motos calumniari falsumque crimen intentare: sed alios conducunt: ne res videatur esse importuna, contumeliosa atque injuriosa. Nam Deum quidem ob impiam ac

C

Variæ lectiones et notæ.

[71] *Desideratur in apographo*, μεγάλα. [72] *Desideratur item in apographo*, τούτου. [73] *In vulgato hic adjectus est articulus*, ὁ. [74] *In vulgato est* ἅπαντες οἱ καθιζόμενοι. [75] δὴ, *erat.*

[c] V. *fortitudine.*

nefariam cædem, qua se cruentabant, non timebant, sed existimationem hominum respiciebant. Ac falsos testes 59 perduxerunt, qui dicerent. Ubique falsum testimonium intentatur. Non enim simpliciter volebant interficere, sed lata sententia: ut etiam existimationem, ut rebantur, læderent eorum, qui interficerentur. Non dicebant autem : profert : sed, non desinit perferre. Audivimus enim eum dicentem : Jesus Nazarenus. Contumeliose, Nazarenus, inquit, demolietur hunc locum. Hoc item de Christo dicebant : qui destruis templum hoc. Maxime enim templo metuebant. Est autem crimen ac disceptatio duplex : an mutaturus sit ritus et instituta, et alia pro iis instituturus et introducturus. Intuentes autem eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem angeli. Venustum et amabilem illum Deus effecerat. Quoniam enim nonnulla dicturus erat, ut statim ipso aspectu perterrefaceret eos, illustravit ejus faciem. Sunt enim etiam vultus spiritualis gratiæ pleni, amabiles diligentibus et reverendi inimicis.

μένων βλάψωσιν. Οὐκ εἶπον δὲ, ὅτι λαλεῖ, ἀλλ', οὐ παύεται λαλῶν. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος. Ὀνειδιστικῶς, ὁ Ναζωραῖος, φησὶ, καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον. Τοῦτο καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔλεγον· ὁ καταλύων τὸν ναὸν τοῦτον. Πολλὴ γὰρ ἦν αὐτοῖς εὐλάβεια περὶ τοῦ ναοῦ. Διπλῆ δὲ ἡ κατηγορία· εἰ ἀλλάξει τὰ ἔθη, καὶ ἕτερα ἀντεισάξει. Ἀτενίσαντες δὲ εἰς αὐτὸν πάντες οἱ ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου. Ἐπίχαριν ἐποίησεν αὐτὸν ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλέ τινα ἐρεῖν, ἵνα εὐθέως τῇ προσόψει καταπλήξῃ αὐτοὺς, ἐδόξασεν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον. Ἔστι γὰρ καὶ πρόσωπα χάριτος γέμοντα πνευματικῆς, ἐπέραστα τοῖς ποθοῦσιν, αἰδέσιμα δὲ τοῖς ἐχθροῖς.

CAPUT VII.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Vers. 1. *Pontifex autem dixit : An utique hæc ita sunt ?*

Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς· Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει;

Vers. 2. *At ille dixit : Viri fratres et patres, audite : Deus gloriosus apparuit patri nostro Abrahamo cum esset in Mesopotamia, antequam habitaret in Charran.*

Ὁ δὲ ἔφη· Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε· ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ Πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν.

Vers. 3. *Ac dixit ad eum : Relinque patriam tuam, et cognatos tuos, ac veni in regionem, quam tibi ostendam.*

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω.

Vers. 4. *Tunc egressus de regione Chaldæorum, habitavit in Charran. Atque illinc, ubi mortuus erat ejus pater, traduxit eum in hanc regionem, quam vos nunc incolitis.*

Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, ᾤκησεν εἰς Χαρράν [76]. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκησεν εἰς τὴν γῆν ταύτην [77], εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε.

Vers. 5. *Et non dedit ei in illa jure hæreditario possessionem, nec ubi pedis [d] quidem vestigium poneret, ac pollicitus est se illam ei posterisque ejus obtinendam post illum esse daturum, cum sobolem [e] non haberet.*

Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός· καὶ ἐπηγγείλατο δοῦναι αὐτῷ εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ [78] μετ' αὐτὸν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου.

Vers. 6. *Locutus est autem ita Deus, fore, ut posteri ejus inquilini essent in regione aliena, et ab alienigenis in servitutem redigerentur ac tradendi essent, incommodisque et injuriis afficiendi annos quadringentos.*

Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεὸς, ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸ [79] καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια.

Vers. 7. *Ac in nationem [f] cui servierint, ego animadvertam [g], dixit Deus.*

Καὶ τὸ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ Θεός.

[88] ἀπεστάλθαι *erat. Isv.* ἐπέσταλται. [89] *In vulgato est*, ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, εἶπεν. [91] *In vulgato est*, καὶ μαρτυρούμενός τε. [92] *In vulgato additur*, ἀναστὰς, *hoc loco.* [93] *In vulgato*, καὶ τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον.

si et hoc factum est, et nihilominus scandalizantur et offenduntur : si hoc non ita esset, quid non futurum fuisset ? Cæterum quod dicit, *Ut arcesseret te domum suam :* non tanquam despiciens, inquit, misit, sed ita jussus est : ne igitur negligas atque contemnas. Recte igitur prius homines, ut qui itineris labore fessi essent, benigne invitat et hospitio accipit, atque ita sibi conciliat ac demeretur. Porro ut ex Joppe quidam una proficiscerentur, hoc accidit divina providentia, ut testes nimirum posthac essent, cum Petrus opus haberet purgatione atque defensione.

A ἦν, τί οὐκ ἂν ἐγένετο; Τὸ δὲ, *Μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ*, οὐχ ὡς καταφρονῶν, φησὶν, ἔπεμψεν, ἀλλ' ἐκελεύσθη οὕτω· μὴ οὖν καταφρονήσῃς. Καλῶς οὖν πρότερον φιλοφρονεῖ τοὺς ἄνδρας, ἅτε ἀπὸ καμάτου ὄντας, καὶ οἰκειῶν ἑαυτῷ. Τὸ δὲ συνέλθεῖν αὐτῷ τινας ἐξ Ἰόππης, οἰκονομικῶς ἦν, ὥστε εἶναι μάρτυρας μετὰ ταῦτα, ὅταν ἀπολογήσασθαι δέῃ Πέτρον.

At Cornelius, convocatis suis cognatis ac necessariis amicis, expectabat illos.

Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτούς, συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους.

Vers. 25. *Et autem Petrus ingressurus erat, occurrit ei Cornelius, ac procumbens ad pedes eum veneratus est.*

Ὡς δὲ ἐγένετο τοῦ[1] εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς B *πόδας, προσεκύνησεν.*

Vers. 26. *Sed Petrus eum erexit ac sublevavit : Surge, inquiens, nam et egometipse homo sum.*

Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε λέγων· Ἀνάστηθι, κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι.

Vers. 27. *Et colloquens cum eo ingressus est, ac reperit multos congregatos.*

Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ, εἰσῆλθε, καὶ εὑρίσκει συνελθόντας[2] πολλούς.

Clarus ac splendidus erat vir Cornelius, et in celebri ac nobili urbe domicilium habebat. *Convocatis cognatis et necessariis amicis.* Revera autem hoc erat amici Deum colentis, talibus bonis oblatis, omnium socios, atque participes facere necessarios amicos. Necessarios autem amicos, ut quibus semper confideret, recte convocaverat, cum de talibus rebus ei certamen esset i***. Atque amici et cognati mihi etiam apud eum epulati atque convivio accepti esse videntur. Ac vide ut omnino crederet Petrum venturum, quia non in somno viderat angelum, sed vigilans et interdiu. *Sed Petrus eum sublevavit, Surge, inquiens, nam et egometipse homo sum.* Hac voce et alios docebat, et Deo gratias agebat, et animi sui humilitatem ostendebat. Animadverte autem, ante omnia hoc eos docet, ne quid amplum de seipsis animo conciperent atque cogitarent.

Ἐπίσημος ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ ἐν ἐπισήμῳ πόλει τυγχάνων. *Συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς.* Τῷ ὄντι δὲ τοῦτο, φίλου θεοσεβοῦς, ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγαθοῖς πάντων ποιεῖσθαι κοινωνοὺς τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Ἀναγκαίους δὲ φίλους εἰκότως οἷς ἐθάῤῥει ἀεὶ, περὶ τῶν τοιούτων ὄντος αὐτῷ τοῦ ἀγῶνος. Καὶ φίλοι δὲ καὶ συγγενεῖς ἐμοὶ δοκοῦσι παρ' αὐτῷ εὐωχεῖσθαι. Ὅρα δὲ πῶς ἐπίστευσεν ὅτι πάντως ἥξει ὁ Πέτρος· ὅτι οὐκ ἐν ὕπνῳ ὤφθη αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ἀλλ' ἐγρηγορότι καὶ ἐν ἡμέρᾳ. *Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν* C *ἤγειρε λέγων· Ἀνάστηθι, κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι·* τούτῳ καὶ τοὺς ἄλλους παιδεύων, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶν[3], τὸ ταπεινὸν αὐτοῦ ἐπιδεικνύμενος. Ὅρα δὲ, πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο αὐτοὺς παιδεύει, μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτῶν φαντάζεσθαι.

Vers. 28. *Ac aixit ad eos : Vos scitis quam nefarium et non licitum sit homini Judæo se adjungere et accedere ad alienigenam : sed mihi Deus ostendit neminem communem aut impurum hominem esse dicendum.*

Ἔφη τε πρὸς αὐτούς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον.

Vers. 29. *Quamobrem etiam sine recusatione veni accersitus. Quæro igitur, qua de causa accerseriteris me?*

Διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. Πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με;

Vers. 30. *Et Cornelius : Nudius quartus, inquit, usque ad hanc horam eram jejunus,* **92** *et hora nona precabar domi meæ : et ecce vir stetit coram me in veste splendida.*

D *Καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη· Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ,*

Vers. 31. *Et ait : Corneli, exaudita sunt preces tuæ et eleemosynæ tuæ in memoria habitæ sunt coram Deo.*

Καὶ φησι· Κορνήλιε, εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Vers. 32. *Mitte igitur Joppen nuntios, et accerse Simonem, qui cognominatur Petrus : hic habet hos-*

Πέμψον οὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα, ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος· οὗτος ξενίζεται

Variæ lectiones et notæ.

[1] τοῦ, *non est in vulgato.* [2] *In vulgato est,* συνεληλουθότας. [3] *Locus mutilus videtur.*

i*** *laboraret.*

ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν, ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι.

Ἐξ αὐτῆς οὖν ἔπεμψα πρός σέ [a-b] · σὺ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ παρεστήκαμεν [c] ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν. Εὐθέως περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας διαλέγεται, καὶ δείκνυσιν ὅτι μεγάλα αὐτοῖς ἐχαρίσατο ὁ Θεός· ὁμοῦ δὲ καὶ μεγάλα φθέγγεται καὶ μετριάζει. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἄνθρωποι, μηδενὶ καταξιοῦντες κολλᾶσθαι, ἤλθομεν πρὸς ὑμᾶς· ἀλλὰ τί; Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ὁ Θεὸς τοῦτο ἐκέλευσε, παράνομον εἶναι κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε μηδένα κοινὸν, ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον. Σημειωτέον ὅτι ὁ αὐτὸς Θεὸς ἐπέτρεψε τῷ Χριστιανῷ λαῷ μηδένα ἄνθρωπον κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν, ἀλλὰ συνεῖναι αὐτοῖς, ἅτε ἐλπίδας ἔχουσι τοῦ πιστεύειν μάλιστα εἰς Χριστόν. *Πυνθάρομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με;* Ἤδη τὸ πᾶν ὁ Πέτρος ἤκουσε καὶ παρὰ τῶν στρατιωτῶν· ἀλλὰ βούλεται [f] πρῶτον αὐτοὺς ὁμολογῆσαι καὶ ὑπευθύνους ποιῆσαι τῇ πίστει. *Τὴν ἐννάτην ὥραν*, φησὶ, *προσευχόμενος.* Τί ἐστι τοῦτο; Ἐμοὶ δοκεῖ καιροὺς οὗτος ὡρικέναι ἑαυτῷ βίου ἀκριβεστάτου, καὶ ἐν τισιν ἡμέραις. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν· *Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας.* Ὅρα πόσον ἐστὶν εὐχή! Ὅτε ἐπέδωκεν εἰς εὐλάβειαν, τότε φαίνεται αὐτῷ ὁ ἄγγελος. Αὕτη μία ἡμέρα· καὶ ἦν ἀπῆλθον οἱ πεμφθέντες παρὰ Κορνηλίου, μία· καὶ ἦν ἦλθον, μία, καὶ τέταρτον ἐφάνη, ὡσεὶ τρίτην ὥραν μεθ' ἣν προσηύξατο. *Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου.* Οὐ λέγει, Ἄγγελος, ἀλλ', *Ἀνήρ*· οὕτως ἐστὶν ἄτυφος. Ἴδετε δὲ διάνοιαν διεγηγερμένην· ἴδετε πῶς ἄξιος ἦν τούτων πάντων. *Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ παρεστήκαμεν.* Οὐκ εἶπεν, Ἐνώπιον ἀνθρώπου, ἀλλὰ *τοῦ Θεοῦ.* Οὕτω δεῖ προσέχειν τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις.

Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα αὐτοῦ [g] *εἶπεν· Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός·*

Ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι.

Τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, αὐτός ἐστι πάντων Κύριος.

Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης,

Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ [h], *ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ.*

pitium in domo Simonis coriarii juxta mare : qui ubi venerit, loquetur tibi.

Vers. 33. *Itaque extemplo misi ad te* [i] : *ac tu bene fecisti, qui adveneris. Nunc igitur nos omnes astamus in conspectu Dei, parati audire omnia, quæ tibi mandata sunt a Deo.*

Vos scitis quam non licitum sit, etc. Statim de Dei adversus homines studio atque humanitate loquitur, et ostendit Deum magna eis largitum esse. Simul autem et magna loquitur, et modestiam adhibet sermonis. Non enim dixit, Homines, qui nemini nos adjungere atque aggregare dignamur, venimus ad vos, sed quid? Vos scitis Deum id jussisse : lege vetitum esse conjungi et aggregari nos, aut accedere ad alienigenam. Sed mihi Deus ostendit, neminem profanum aut impurum hominem esse dicendum. Notandum eumdem Deum permisisse populo Christiano, neminem hominem profanum aut impurum dicere, sed una vivere cum eis, ut qui spem habeant fore, ut maxime credant in Christum. *Quæro igitur qua de causa accersivistis me?* Jam omnem rem Petrus audiverat etiam a militibus : sed vult eos primum confiteri, et fidei reddere obnoxios. *Nona*, inquit, *hora precabar.* Quid hoc est? Mihi videtur hic sibi temporis articulos statuisse exactissimæ atque attentissimæ vitæ, idque certis diebus; nam idcirco dixit : *Nudiusquartus.* Vide quanta res sit precatio : quando religione profecerat, tunc angelus ei apparet. Hic unus est dies : et quo abierunt qui missi erant a Cornelio, unus : et quo venerunt, unus, et quarto apparet, circiter horam tertiam : postquam horam precatus erat. *Et ecce vir stetit coram me.* Non dicit, angelus : sed *vir.* Adeo non est gloriosus, nec jactator. Videte autem mentem excitatam et erectam : videte quemadmodum his omnibus dignus erat. *Nunc igitur nos omnes in conspectu Dei astamus.* Non dixit, In conspectu hominis : sed *Dei.* Ita oportet attendere et auscultare servis Dei.

Vers. 34. *Aperiens autem Petrus os suum dixit. Re ipsa comperio, Deum non respicere solere personas :*

Vers. 35. *Sed in qualibet natione qui timet eum, et justitiam exercet, is illi acceptus est.*

Vers. 36. *Quem* 93 *sermonem misit filiis Israelis, annuntians pacem per Jesum Christum, hic est omnium Dominus.*

Vers. 37. *Vos scitis verbum, quod divulgatum est in tota Judæa, cum initium sumpsisset a Galilæa post baptisma quod prædicavit Joannes,*

Vers. 38. *Jesum a Nazareth, ut eum Deus Spiritu sancto, et potestate unxerit : qui peragravit illas partes benefaciens et sanans omnes qui opprimebantur a diabolo, quia Deus erat cum illo.*

Variæ lectiones et notæ.

[a-b] *In vulgato est*, πρός σε. [c] *In vulgato est*, πάρεσμεν. [f] βούλετε *erat.* [g] αὐτοῦ *non est in vulgato.* [h] *In vulgato est*, Ναζαρέθ.

[i] *ac gratiam habeo tibi, qui adveneris.*

VERS. 39. *Et nos sumus testes omnium, quæ fecit* A *ei in regione Judæorum, et in Jerusalem, quem etiam suspensum in ligno occiderunt :*

Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ· ὃν καὶ [10] ἀνεῖλον κρεμάσαντες [11,12] ἐπὶ ξύλου·

VERS. 40. *Hunc Deus suscitavit tertio die, et exhibuit eum, ut manifestus fieret*

Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι,

VERS. 41. *Non omni populo, sed testibus antea a Deo designatis nobis, qui et comedimus, et bibimus una cum eo postquam a mortuis resurrexerat.*

Οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἡμῖν οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

VERS. 42. *Et præcepit nobis ut prædicaremus populo, et testificaremur ipsum esse a Deo constitutum judicem vivorum et mortuorum.*

Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν.

VERS. 43. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum per nomen ejus accepturos esse omnes, qui crediderint in eum.*

Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. B

Quod dicit : *Revera comperio*, etc., hoc est, non personarum qualitatem respicit, sed rerum differentiam scrutatur. Aperte autem per ea quæ dicit, significat Deum, quem metuebat Cornelius, de quo per legem atque prophetas audiverat, propter quem etiam eleemosynas faciebat, hunc revera Deum esse, sed Filii cognitio in eo desiderabatur. Vide autem, ut animi sui cogitationem reprimat, et ad modestiam revocet. *In omni*, inquit, *natione*, ne exteræ gentes putent se esse loco abjectorum. *Qui exercet justitiam.* Justitiam autem accipit pro omni virtute. Non dixit, In omni natione quicunque justitiam exercet, servatur : sed δεκτός ἐστιν, [id sonat *acceptus est*] : hoc est, dignus est, qui accipiatur atque probetur. *Quem sermonem misit filiis Israelis.* Præcipuam partem tribuit filiis Israelis, atque hæc etiam dicit propter eos qui aderant, ut illis persuaderet. *Ut eum Deus Spiritu sancto unxerit.* Quod ad humanam videlicet attinet naturam : quoniam enim se ipse exinanivit, et similiter atque nos, sanguinis et carnis particeps fuit, ea, quæ natura habuit, ut Deus, accipere dicitur, quod ad humanam attinet naturam. Accipit enim non sibi, sed nobis, tanquam in primitiis, per sese. Imo vero, prout ipse est Deus Verbum, illius erant propria. 94 Porro, quod dicit, *Sanans omnes qui opprimebantur a diabolo*, hoc ostendit multa læsi ac mutilati corporis vitia esse diabolica, depravationesque corporum ab illo factas esse. *Quem etiam suspensum in ligno occiderunt.* Rursus autem humilia dicit : cum ostendisset eum a Deo missum esse, tunc dicit occisum esse. Ne quid absurdi cogites, vides illos nusquam celare crucem, sed una cum aliis etiam modum ac genus mortis ponere. *Quem etiam interfecerunt*, inquit, *suspensum in ligno. Sed testibus antea designatis.* Atqui ille eos elegerat. Verum hoc quoque Deo tribuit, dicendo, *antea designatis. Qui et comedimus et bibimus una cum illo.* Vide unde resurrectionem confirmet. Quare postquam resurrexerat, nullum signum fecit, sed comedit ac bibit?

Τὸ, Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, τουτέστιν, οὐ προσώπων ποιότητα, ἀλλὰ πραγμάτων ἐξετάζει διαφοράν· τρανῶς δὲ δι' ὧν λέγει σημαίνει, ὅτι ὄντως ἐφοβεῖτο Θεὸν ὁ Κορνήλιος, ὃν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν κατήχητο, δι' ὃν καὶ τὰς ἐλεημοσύνας ἐποίει, οὗτος ἐπ' ἀληθείας ἐστὶ Θεός· ἔλειπε δὲ αὐτῷ ἡ τοῦ Υἱοῦ γνῶσις. Ὅρα δὲ πῶς αὐτοῦ καταστέλλει τὸ φρόνημα. Ἐν παντὶ, φησὶν, ἔθνει· ἵνα μὴ δόξῃ τὰ ἔθνη ἐν τάξει ἀπερρίμμενων εἶναι. Ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. Δικαιοσύνην δὲ, ἀντὶ τοῦ, πᾶσαν ἀρετήν. Οὐκ εἶπεν, Ἐν παντὶ ἔθνει ὁ ποιῶν δικαιοσύνην σώζεται, ἀλλὰ, Δεκτός ἐστι, τουτέστιν, ἄξιος δεχθῆναι. Τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Δίδωσι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὸ ἐξαίρετον. Ταῦτα δὲ λέγει καὶ διὰ τοὺς παρόντας, ἵνα ἐκείνους πείσῃ. Ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ· κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δηλονότι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκένωσεν ἑαυτὸν, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, ταῦτα ἅπερ ἔχει κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, λαμβάνειν λέγεται κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Δέχεται γὰρ οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλ' ἡμῖν ὡς ἐν ἀπαρχῇ δι' ἑαυτοῦ· μᾶλλον δὲ, καθὸ Θεὸς Λόγος ἐστὶν, ἴδια ἦν αὐτοῦ. Τὸ δὲ, Ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, δείκνυσι πολλὰς πηρώσεις διαβολικὰς καὶ διαστροφὰς σωμάτων ὑπ' ἐκείνου γεγενημένας. Ὃν καὶ ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου. Πάλιν δὲ τὰ ταπεινὰ λέγει· ὅτε ἔδειξεν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἀπέσταλται, τότε εἶπεν, ὅτι ἀνῃρέθη. Ἵνα μή τι ἄτοπον φαντασθῇς, ὁρᾷς αὐτοὺς οὐδαμοῦ κρύπτοντας τὸν σταυρὸν, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων τιθέντας καὶ τὸν τρόπον Ὃν καὶ ἀνεῖλον, φησὶ κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου. Ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις. Καίτοι γε αὐτὸς αὐτοὺς ἐξελέξατο. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀνατίθησι τῷ Θεῷ τὸ [13] εἰπεῖν, τοῖς προκεχειροτονημένοις, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ. Ὅρα πόθεν τὴν ἀνάστασιν βεβαιοῦται. Διὰ τί μὴ ἀναστὰς οὐκ ἐποίησε σημεῖον, ἀλλ' ἔφαγε καὶ ἔπιε ; Ὅτι ἡ ἀνάστασις μέγα σημεῖον ἦν· ταύτης δὲ οὐδὲν οὕτω, ὡς τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν. Καὶ διαμαρτύρασθαι. Διαμαρτύρασθαί φησι

C

D

Variæ lectiones et notæ.

[10] καὶ, *non est in vulgato.* [11,12] κρεμμάσαντες *erat.* [13] Τῷ ἑσ.

φανερῶς, ἵνα μὴ ἔχωσιν εἰς ἄγνοιαν καταπεσεῖν. *Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν.* Ὅσοι προφῆται, φησὶν, ἐλάλησαν περὶ ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, ἐν τούτῳ τῷ Ἰησοῦ εἶπον αὐτὰς ἀφεῖσθαι. Οὕτω καὶ Ἡσαΐας τὸ αὐτοῦ εἰσφέρων πρόσωπον, λέγει· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἁμαρτίας σου καὶ τὰς ἀνομίας σου.* Οὐκ εἶπε δὲ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὃ μᾶλλον αὐτοὺς ἐφόβει, ἡ καιρία κατασκευὴ ἀπὸ τῶν προφητῶν· μεγάλην γὰρ δόξαν εἶχον ἐκεῖνοι. Ὅτε δὲ τῷ φόβῳ κατέσεισε, τότε ἐπάγει τὴν συγχώρησιν, οὐ παρ' αὐτοῦ λεγομένην, ἀλλὰ παρὰ τῶν προφητῶν· καὶ τὸ μὲν φοβερὸν, παρ' αὐτοῦ, τὸ δὲ ἥμερον, παρὰ τῶν προφητῶν.

quia resurrectio magnum erat signum : ut hujus nullum majus, quam quod comedit ac bibit. *Et testificari.* Testificari, inquit, palam, ne possent decurrere ad ignorantiam. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent.* Quicunque prophetæ, inquit, locuti sunt de peccatorum remissione, per hunc Jesum dixerunt ea remitti. Sic etiam Isaias ejus personam introducens, ait : *Ego sum qui deleo peccata tua ac scelera tua*[97]. Non dixit autem, Ipse est Filius Dei, sed, quod magis eos terrebat, opportuna confirmatio sumitur a prophetis. In magna enim illi gloria, atque existimatione erant. Postquam autem metum iis incussit, tunc subjungit condonationem, quæ non ab ipso proferebatur, sed a prophetis : ac terror quidem ab ipso proficiscebatur : quod autem terrorem mitigabat, a prophetis.

Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον,

Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται.

Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος·

Μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις τοῦ μὴ[16] *βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον, καθὼς καὶ ἡμεῖς;*

Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ[17]*. Τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς.*

B Vers. 44. *Adhuc proferente Petro verba hæc, irruit Spiritus sanctus in omnes, qui audiebant orationem,*

Vers. 45. *Et præ admiratione animo consternati sunt, quicunque ex genere circumcisorum fideles venerant una cum Petro, quod et in externas nationes effusum esset donum Spiritus sancti.*

Vers. 46. *Audiebant enim eos linguis loquentes, et Deum magnificantes. Tunc respondit Petrus :*

Vers. 47. *Nunquid aqua quis prohibere nos potest, ne baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut et nos?*

Vers. 48. *Et jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud eos aliquot dies.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ἤκουσαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

Θεία τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. Οὐκ ἀφῆκεν ἀπαρτισθῆναι τὸν λόγον, οὐδὲ ἐκ προστάγματος τοῦ Πέτρου γενέσθαι τὸ βάπτισμα· ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν διάνοιαν αὐτῶν εἶδε θαυμαστὴν οὖσαν, καὶ τῆς διδασκαλίας ἀρχὴ γέγονε, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι πάντως τὸ βάπτισμα ἄφεσίς ἐστιν ἁμαρτιῶν, τότε ἐπῆλθε τὸ Πνεῦμα. Ἀλλὰ καὶ γλώσσαις ἐλάλουν, ὅπερ ἐξέπληττε τοὺς συνελθόντας· προοικονομοῦντος ἐκ τούτου ἀπολογίαν μεγάλην τῷ Πέτρῳ τοῦ Θεοῦ. *Μήτι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναται τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους;* Καὶ τίς ἦν ἡ τοῦ ὕδατος χρεία, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιπεσόντος αὐτοῖς; Ἐρῶ οὖν ταύτην ἐγὼ, τὸ μυστήριον ἐκκαλύπτων ἡμῖν τὸ ἀποκεκρυμμένον. Θεία τελεῖται ἐν αὐτῷ σύμβολα, τάφος καὶ νέκρωσις, καὶ ἀνάστασις καὶ ζωή. Ὥσπερ εὔκολον ἡμῖν βαπτίσασθαι καὶ ἀνανεῦσαι, οὕτως εὔκολον τῷ Θεῷ, θάψαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀναδεῖξαι τὸν νέον. Τρίτον δὲ τοῦτο γίνεται, ἵνα μάθῃς ὅτι δυνάμει Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τὰ πάντα ἐκεῖ πληροῦνται· καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὸ λεγόμενον, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· *Συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον·* καὶ πάλιν, *Ὁ*

CAPUT XI.

Vers. 1. *Audiverunt autem apostoli et fratres, qui erant in Judæa, etiam nationes exteras recepisse verbum Dei.*

95 Vide divinæ prudentiæ dispensationem. Non permisit absolvi orationem, neque jussu Petri baptisma administrari : sed posteaquam animadverterent mentem eorum admirandam esse, ac doctrinæ initium factum erat, atque crediderant omnino baptisma esse remissionem peccatorum, tunc Spiritus supervenit. Quinetiam linguis loquebantur : quæ res animo consternatos reddebat eos, qui una cum Petro venerant. Atque hoc modo defensionem Petro magnam Deus parabat : *Nunquid aqua quis prohibere nos potest, ne baptizentur hi?* Et quisnam erat aquæ usus, cum Spiritus sanctus delapsus esset super illos? Hunc igitur usum ego dicam, ac mysterium arcanum vobis revelabo. Divina per eam perficiuntur signa : sepultura et mortificatio, itemque resurrectio et vita. Sicut nobis facile est baptizari et emergere : ita Deo facile est veterem hominem sepelire, et novum designare. Hoc autem fit tertium, ut intelligas potentia Patris et Filii et Spiritus sancti illic omnia perfici. Ac non esse conjecturam quod dico, audi Paulum dicentem : *Una cum eo sepulti*

[97] Isa. XLIII, 25.

Variæ lectiones et notæ.

[16] Μὴ *non est in apographo antiquo.* [17] *In vulgato non adjectum est* Ἰησοῦ.

sumus per baptismum in mortem [38]. Et rursus: *Vetus homo noster una crucifixus est* [39]. Et rursus: *Institii evasimus et coaluimus similitudine mortis ejus* [40].

παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη· καὶ πάλιν, Σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ.

Vers. 2. *Et ubi Petrus ascendit Hierosolymam, disceptabant adversus illum, qui erant ex circumcisis,*

Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς,

Vers. 3. *Dicentes: Ad homines præputio obsitos ingressus es, et una cum illis comedisti.*

λέγοντες, ὅτι Πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς.

Vers. 4. *Petrus autem dicere exorsus, exponebat eis ordine omnia singulatim his verbis:*

Ἀρξάμενος δὲ ὁ Πέτρος, ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς λέγων·

Vers. 5. *Ego eram in oppido Joppe orans, ac vidi in extasi* [k] *visionem, nempe vas quoddam descendere, tanquam velum magnum, quod quatuor initiis de cœlo demittebatur, ac pervenit usque ad me:*

Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι, ὡς ὀθόνην μεγάλην τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ·

Vers. 6. *In quod intuens, animadvertebam ac videbam quadrupedes terræ, ac feras, et serpentes, et volucres cœli.*

εἰς ἣν ἀτενίσας, κατενόουν καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

Vers. 7. *Audivi item vocem dicentem mihi: Surge, Petre, macta et comede.*

Ἤκουσα δὲ φωνῆς λεγούσης μοι· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε.

Vers. 8. *Ac dixi: Minime, Domine; quia nihil commune et immundum unquam intravit in os meum.*

Εἶπον δέ· Μηδαμῶς, Κύριε· ὅτι πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον [16] οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου·

Vers. 9. *Respondit autem mihi vox iterum de cœlo: Quæ Deus purgavit, tu communia ne putes.*

Ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκάθαρε [17], σὺ μὴ κοίνου.

Vers. 10. *Atque hoc factum est ter: ac rursus omnia subducta sunt in cœlum.*

Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανόν.

Vidisti zelum studiumque vehemens, quo legem tuebantur. Non dignitatem **96** Petri reveriti sunt: non signa, quæ facta erant: non reputaverunt res quanta, quam bene gesta esset, nempe, ut ab exteris verbum Dei reciperetur: sed de parvis illis disceptabant. Qui erant de genere circumcisorum disceptabant, non apostoli. Absit. Non dicunt autem: Cur annuntiasti? sed, Cur una cibum sumpsisti? At Petrus in hoc, quod frigidum erat, non consistebat, nec immorabatur, sed in illo, quod magnum erat: nempe, Si Spiritum, inquit, sicut et nos, acceperunt, qui hoc illis impartiri non licebat? Ostendit autem per suam defensionem se quidem nusquam, ubique vero causam et auctorem rei gestæ esse Deum, in quem rejicit negotium totum. Vas enim, inquit, ipse ostendit: ego contradixi; ac rursus ipse dixit, ac ne sic quidem obedivi. Spiritus jussit abire: abiens non accurri, neque statim baptizavi: sed Deus rursus totum negotium peregit. *Audivi autem etiam vocem dicentem mihi.* Satis quidam erat etiam hoc ad persuadendum, nempe, quod videram linteum: verum tamen etiam vox adjecta est: *Surge, Petre, macta et comede. Ac dixi, Minime, Domine.* Vides, inquit, me meum fecisse officium. Porro defensio spectat ad id, quod illi dicebant, nempe: *Ingressus es, et una comedisti cum illis.* Causam autem suam

Εἶδες τὸν ζῆλον, ὃν εἶχον ὑπὲρ τοῦ νόμου. Οὐ τὴ ἀξίωμα Πέτρου ᾐδέσθησαν, οὐ τὰ γενόμενα σημεῖα, οὐ τὸ κατόρθωμα ὅσον ἦν τὸ δέξασθαι τὸν λόγον· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μικρῶν ἐκείνων διεκρίνοντο. Οἱ ἐκ περιτομῆς διεκρίνοντο, οὐχ οἱ ἀπόστολοι· μὴ γένοιτο. Οὐ λέγουσι δὲ, Διὰ τί κατήγγειλας; ἀλλὰ, Διὰ τί συνέφαγες; Ὁ δὲ Πέτρος οὐ πρὸς τοῦτο ἵστατο τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνο τὸ μέγα, ὅτι Εἰ Πνεύματος μετέλαβον, φησὶ, πῶς τούτου μεταδοῦναι οὐκ ἦν; Δείκνυσι δὲ διὰ τῆς ἀπολογίας, ἑαυτὸν μὲν οὐδαμοῦ αἴτιον· πανταχοῦ δὲ τὸν Θεὸν, ἐφ' ὃν ἔριψε [18] τὸ πᾶν. Τὸ σκεῦος γὰρ, φησὶν, αὐτὸς ἔδειξεν· ἐγὼ ἀντεῖπον. Καὶ πάλιν αὐτὸς εἶπε· καὶ οὐδὲ οὕτως ἤκουσα. Τὸ Πνεῦμα ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν· ἀπελθὼν, οὐκ ἐπέδραμον, οὐδ' εὐθέως ἐβάπτισα· ἀλλὰ πάλιν ὁ Θεὸς τὸ πᾶν εἰργάσατο. Ἤκουσα δὲ καὶ φωνῆς λεγούσης μοι. Ἱκανὸν μὲν ἦν καὶ τοῦτο πεῖσαι, τὸ θεάσασθαι τὴν σινδόνα, πλὴν ἀλλὰ καὶ φωνὴ προσετέθη· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. Εἶπον δέ· Μηδαμῶς, Κύριε. Ὁρᾷς ὅτι τὸ ἐμὸν ἐποίησα, φησί. Πρὸς τοῦτο δὲ ἡ ἀπολογία, ὃ ἔλεγον ἐκεῖνοι, ὅτι Εἰσῆλθες καὶ συνέφαγες αὐτοῖς. Ἀπολογεῖται δὲ, καὶ οὐκ ἀξιοῖ τῷ τοῦ διδασκάλου ἀξιώματι κεχρῆσθαι. Ὅσῳ γὰρ ἐπιεικέστερον φθέγγεται, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτοὺς χειροῦται.

[38] Rom. VI, 4. [39] ibid., 6. [40] ibid., 5.

Variæ lectiones et notæ

[16] *In vulgato est*, ἢ καὶ ἀκάθαρτον. [17] *In vulgato est*, ἐκαθάρισε. [18] ἔρριψε, *Isc.*

[k] *V. In excessu mentis meæ.*

dicit, et non vult uti dignitate magistri. Quanto enim mitius ac benignius loquitur, tanto magis eos in suam potestatem atque sententiam adducit.

Καὶ ἰδοὺ ἐξ αὐτῆς τρεῖς ἄνδρες ἐπέστησαν A *ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ἐν ᾗ ἦμην, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με.*

Εἶπε δέ μοι τὸ Πνεῦμα, συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενον· ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἐξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός·

Ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν πῶς εἶδε τὸν ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ· Ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον,

Ὃς λαλήσει ῥήματα πρὸς σέ, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου.

Ἐν δὲ τῷ[19] *ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς* B *ἐν ἀρχῇ.*

Ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος[20] *τοῦ Κυρίου, ὡς ἔλεγεν ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.*

Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἡμῖν πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν;

Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες· Ἄρά γε[21] *καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν.*

Ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἐξ ἀδελφοὶ οὗτοι. Οὐδὲν ταπεινότερον, ὅταν τῶν ἀδελφῶν τὴν μαρτυρίαν ἐπάγηται· οὔτε τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου ῥηθέντα, C ἃ εἶπε τῷ Κορνηλίῳ· *Αἱ εὐχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου·* οὔτε περὶ τῆς ἐπιεικείας διέξεισι τοῦ ἀνδρός· οὐδὲ λέγει, ὅτι τοῦ Πνεύματος πέμψαντος, τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος διὰ τοῦ ἀγγέλου ἐκεῖθεν καλέσαντος· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑστέρου ἰσχυρίζεται· ὃ καὶ καθ' αὑτὸ ἀναμφισβήτητον ἦν τεκμήριον. Οὐκ ἀρκεῖται δὲ τοῖς εἰρημένοις, ἀλλὰ καὶ ῥήματος ἀναμιμνήσκει τοῦ Κυρίου, τὸ[22], *Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Οὐδὲν, φησὶ, καινότερον γέγονεν· ἀλλ' ὅπερ προεῖπεν. Ἀλλ' οὐκ ἔδει βαπτίσαι· ἀλλ' ἀπῆρτιστο τὸ βάπτισμα. Καὶ οὐ λέγει, Ἐκέλευσα αὐτοὺς βαπτισθῆναι, ἀλλὰ δείκνυσιν αὐτὸν οὐδὲν ποιήσαντα. Ὅπερ ἐσχήκαμεν, φησὶν, ἡμεῖς, ἔλαβον ἐκεῖνοι. *Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἡμῖν*, Ἵνα D ἐμφράξῃ αὐτῶν τὰ στόματα, προσέθηκε· *Τὴν ἴσην δωρεάν.* Οὐκ ἀφίησι, φησὶν, αὐτοῖς[23] ἔλαττον σχεῖν, εἰ πιστεύσασι τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκε. Καὶ οὐ λέγει, Ὡς καὶ ὑμῖν, ἀλλ', *ὡς καὶ ἡμῖν.* Τί ἀναξιοπαθεῖτε, ὅταν ἡμεῖς κοινωνοὺς αὐτοὺς λέγωμεν; *Ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνάμενος κωλῦσαι τὸν Θεόν;* Ἐγκαλοῦσιν ἀπολογεῖται σφόδρα ἐντρεπτικῶς καὶ βαρέως· οὐκ

Vers. 11. *Et ecce extemplo viri tres præsto fuerunt in ædibus, in quibus eram, a Cæsarea missi ad me.*

Vers. 12. *Ac dixit mihi Spiritus, ut irem cum illis nihil hæsitans. Venerunt autem mecum etiam isti fratres sex, et ingressi sumus domum viri,*

Vers. 13. *Qui exposuit nobis, quemadmodum domi suæ vidisset angelum stantem ac dicentem sibi: Mitte viros in Joppen, et accerse Simonem, cognomento Petrum,*

Vers. 14. *Qui loquetur verba ad te, quibus serva-beris tu et tota domus tua.*

Vers. 15. *Cum autem cœpissem loqui, irruit Spiritus sanctus*[1] *in illos, quemadmodum etiam in initio in nos.*

Vers. 16. *Tum recordatus sum verbi Domini, cum diceret: Joannes quidem aqua baptizavit: vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.*

Vers. 17. *Si igitur idem donum dedit eis Deus, quod et nobis, qui credideramus in Dominum Jesum Christum: ego vero qui potuissem prohibere Deum?*

Vers. 18. *Quibus illis auditis, conticuerunt, et glorificaverunt Deum dicentes: Ergo exteris* **97** *quoque nationibus Deus pœnitentiam dedit ad vitam.*

Venerunt autem mecum etiam isti fratres sex. Nihil potuit fieri humilius, quam cum fratrum testimonium producit. Neque exponit ea, quæ dixerat angelus ad Cornelium, nempe *Preces tuæ et eleemosynæ tuæ:* neque verba facit de probitate ac benignitate viri, neque dicit, se missu Spiritus, jussu Dei per angelum illinc evocantis profectum esse: sed a posteriore factum suum comprobat atque confirmat. Quod et per se certum erat et minime ambiguum argumentum. Sed his dictis non est contentus. Quinetiam verbi Dominici mentionem facit: nempe, *Vos baptizabimini in Spiritu sancto.* Nihil novum, inquit, accidit: sed, quod prædixit. At non oportebat baptizare: at baptisma erat absolutum. Ac non dicit, Jussi eos baptizari: sed ostendit se nihil fecisse. Quod nos, inquit, consecuti sumus, illi acceperunt. *Si igitur idem illis donum Deus dedit quod etiam nobis.* Ut eis ora obturaret, adjecit, *idem donum.* Non sinit, inquit, illos minus habere, quam nos, si postquam crediderant, idem donum dedit, quod nobis. Ac non dicit, quod etiam vobis: sed, *quod etiam nobis.* Quid indignamini, cum nos illos participes ac socios dicimus? *Ego vero qui potuissem prohibere Deum?* Expostulantibus secum graviter respondet,

Variæ lectiones et notæ.

[19] τὸ *erat.* [20] *In vulgato, ante* Κυρίου *non est articulus* τοῦ, *nec* ὅτι *ante* Ἰωάννης. [21] *In vulgato est,* ἄραγε. [22] *Isp.* τοῦ. [23] αὐτοὺς, *Isp.*

[1] V. *cedidit super eos.*

ac vehementer eos confutat. Non poteram, inquit, prohibere. Atque illi his verbis mitigati, ad animi humilitatem atque demissionem conversi sunt et conticuerunt. Vides ab oratione Petri, qui ea, quæ acta erant, retulerat, omnia bonum habuisse eventum? Hinc deinceps janua exteris nationibus aperta est.

A ἠδυνάμην, φησὶ, κωλῦσαι. Ἐταπεινώθησαν δὲ ἐκεῖνοι ἀπὸ τούτων τῶν λόγων καὶ ἡσύχασαν. Ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ τῆς δημηγορίας τοῦ Πέτρου τὸ πᾶν γέγονε καλῶς, ἀπαγγείλαντος τὰ γεγενημένα; Ἐντεῦθεν ἀνεῴχθη ἡ θύρα πρὸς τὰ ἔθνη λοιπόν.

Vers. 19. *Atque illi quidem, qui ab afflictione, quæ accidit tempore Stephani, dissipati erant, venerunt usque in Phœnicen et Cyprum et Antiochiam, neminі verbum Dei loquentes, nisi solis Judæis.*

Vers. 20. *Erant autem quidam ex illis viri Cyprii et Cyrenenses, qui ingressi Antiochiam, loquebantur ad Græcanicos, annuntiantes Dominum Jesum.*

Οἱ μὲν οὖν [24] *διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνου, διῆλθον ἕως Φοινίκης, καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον, εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις.*

Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι [25], *οἵτινες εἰσελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἕλληνιστὰς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν.*

Vers. 24. *Et erat manus Domini cum illis: magnaque hominum credentium multitudo ad Dominum conversa est.*

B *Καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν· πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας, ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον.*

Vers. 22. *Pervenit autem fama de his rebus ad aures Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis: et emiserunt Barnabam, ut transiret Antiochiam usque.*

Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος, εἰς τὰ ὦτα τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν, καὶ ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας.

Vers. 23. *Quo cum ille venisset et vidisset gratiam Dei, gavisus est, et hortatus omnes, ut proposito* [m] *cordis permanerent apud Dominum.*

Ὃς παραγενόμενος, καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάντας, τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ.

98 Vers. 24. *Erat enim vir bonus, ac Spiritus sancti ac fidei plenus. Ac magna hominum turba Domino adjecta est.*

Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως, καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ.

Vers. 25. *Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut requireret Saulum: quem cum invenisset, duxit Antiochiam.*

Ἐξῆλθε δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον, καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἤγαγεν εἰς C *Ἀντιόχειαν.*

Vers. 26. *Fit accidit ut illi integrum annum versarentur in Ecclesia, ac magnam hominum turbam docerent, et Antiochiæ primum discipuli appellarentur Christiani.*

Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι [26] *τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανὸν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ, τοὺς μαθητὰς, Χριστιανούς.*

Haud exiguæ rei bene gerendæ persecutio præbuit occasionem. Diligentibus enim Deum omnia proficiunt ad bonum. Nam quando Stephanus occisus est, quando Paulus bis periclitatus est [n], quando apostoli verberati sunt, tunc exteræ nationes admissæ atque receptæ sunt. Quod etiam Paulus ait: *Vobis primum necessarium erat loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, et vosmetipsos indignos judicatis, ecce convertimus nos ad exteras gentes* [o].—*Loquebantur ad Græcanicos.* Ἑλληνιστὰς autem, id est, Græcissatores, ut ita dicam, sive Græcanicos dicit. Forsitan idcirco Græcos eos vocabant, quod Hebraice nescirent. Quod autem dicit, *Erat manus Domini cum eis*, hoc significat eos signa fecisse. Vides quamobrem signorum editio etiam nunc necessaria fuerit? nempe ut crederent. *Et ablegaverunt Barnabam, ut transiret Antiochiam usque.* Quare non Paulum, missis ad

Οὐ μικρὸν τὸ κατόρθωμα ὁ διωγμὸς γέγονε· τοῖς γὰρ ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν· ὅτε γὰρ Στέφανος ἀνῃρέθη, ὅτε Παῦλος δὶς ἐκινδύνευσεν, ὅτε οἱ ἀπόστολοι ἐμαστίχθησαν, τότε τὰ ἔθνη ἐδέχθησαν· ὃ καὶ Παῦλός φησιν· *Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη.* —*Ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς.* Ἑλληνιστὰς D δὲ λέγει [p], ἴσως διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς Ἑβραΐστι, Ἕλληνας αὐτοὺς ἐκάλουν. Τὸ δὲ, *Ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν*, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι σημεῖα εἰργάζοντο. Ὁρᾷς διὰ τί καὶ νῦν ἡ τῶν σημείων ἀνάγκη γέγονεν; Ἵνα πιστεύσωσι. *Καὶ ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας.* Διὰ τί μὴ Παῦλον γράφουσιν, ἀλλὰ Βαρνάβαν πέμπουσιν; Οὕπω τοῦ ἀνδρὸς ᾔδεισαν τὴν ἀρετήν. *Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως.* Οὐ

[24] Act. XIII, 46.

Variæ lectiones et notæ.

[24] *In vulgato est*, καὶ οἱ μὲν οὖν. [25] Κηριναῖος *erat.* [26] *In exemplaribus nonnullis exsusis interponitur h'c*, ἐν, *præpositio.*

[m] *quemadmodum in animo suo destinassent, ac provosuissent, Domino addicti atque fideles manerent.* [n] *Sup. cap.* 9. [o] *Aliquid deesse videtur.*

ταυτόν ἐστι, Θεὸν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, καὶ ἄνδρα ἀγαθὸν ὑπάρχειν. Ὁ μὲν γὰρ, κατ' οὐσίαν ἀγαθὸς ὑπάρχει, ἀρχὴ καὶ πηγὴ ὢν τῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ ἀνὴρ, οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλ' ἐν ἀναλήψει ἀρετῆς. *Ἐξῆλθε δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας, ἀναζητῆσαι Σαῦλον.* Πολὺ χρηστὸς ὁ ἀνὴρ, καὶ ἀφελὴς καὶ συγγνωμονικός. Ἐζήτησε, φησὶ, τὸν ἀθλητὴν, τὸν στρατηγόν. *Ἐγένετο δὲ ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν.* Οὐ μικρὸν τῆς πόλεως τὸ ἐγκώμιον, ὅτι τοῦ στόματος ἐκείνου τοσοῦτον ἀπήλαυσε χρόνου πρώτη τῶν ἄλλων ἁπασῶν. *Χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ, τοὺς μαθητὰς, Χριστιανούς.* Παύλου καὶ τοῦτο [27] κατόρθωμα, εἰς τοσοῦτον ἐπᾶραι ὕψος, ὥσπερ τι σημεῖον τὸ ὄνομα. Ἔνθα τρισχίλιοι, ἔνθα πεντακισχίλιοι ἐπίστευσαν, ἔνθα τοσοῦτον πλῆθος, οὐδὲν τοιοῦτον γέγονεν· ἀλλ' οἱ τῆς ὁδοῦ ἤκουον· ἐνταῦθα δὲ πρῶτον τοιούτου ὀνόματος ἠξιώθησαν. Σημειωτέον δὲ ὅτι μᾶλλον διὰ τοῦτο ἡ Ἀντιόχεια ὄρους ἠξιώθη ἀρχοντικοῦ, ἐπειδὴ ἐκεῖ πρῶτον ἐχρημάτισαν Χριστιανοί.

A eum litteris, ire jubent, sed Barnabam mittunt? Nondum noverant viri virtutem. *Erat enim vir bonus, et Spiritus sancti et fidei plenus.* Non idem est, cum dicimus, Deum solum esse bonum, et virum bonum esse. Nam ille natura bonus est, quippe cum principium ac fons bonorum sit: at vir non natura, sed perceptione, cultu atque subsidio virtutis bonus est. *Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut requireret Saulum.* Valde bonus et humanus vir fuit, et candidus, et clemens, ac mitis. Quærebat, inquit, athletam ac pugilem, quærebat ducem. *Accidit autem, ut integrum annum versarentur in Ecclesia, ac magnam hominum turbam docerent.* Haud parva laus civitatis est, quod illi cæterarum omnium primæ, tantum temporis B spatium frui contigit illius ore. *Et Antiochiæ primum discipuli appellarentur Christiani.* Pauli est etiam hoc factum memorabile atque præclarum, qui tanquam signum quoddam nomen Christi in tantam extulit altitudinem. Ubi tria millia, ubi quinque millia crediderant, ubi tanta multitudo, nihil contigit tale: sed vocabantur de via: hic autem primum tale nomen consecuti sunt. Notandum est autem, idcirco magis Antiochiam consecutam esse sedem principalem, quia illic primum discipuli appellati sunt Christiani.

Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν.

Ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος ἐσήμανε διὰ [28] *Πνεύματος λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην· ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος.*

Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς εὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος [29]*, εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς.*

Ὃ καὶ ἐποίησαν ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου.

99 Vers. 27. *In his autem diebus ab Hierosolymis Antiochiam descenderunt prophetæ.*

Vers. 28. *Ac surgens unus ex illis nomine Agabus significabat per Spiritum famem magnam fore per totum orbem terrarum, quæ etiam fuit tempore Claudii Cæsaris.*

C Vers. 29. *Discipuli autem, pro suis quisque facultatibus, statuerunt in subsidium mittere fratribus incolentibus Judæam.*

Vers. 30. *Quod etiam fecerunt, ut mitterent ad seniores per manum Barnabæ ac Sauli.*

Προφῆται. Καὶ πῶς φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου;* Περὶ ἐκείνων φησὶ τῶν προφητῶν τῶν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ προαναφωνησάντων. *Ἐσήμανε διὰ τοῦ Πνεύματος.* Ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι διὰ τοῦτο ὁ λιμὸς γέγονεν, ὅτι Χριστιανισμὸς εἰσῆλθε, προλέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς προεῖπεν. Οὐ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἔδει γενέσθαι, ἀλλὰ διὰ τὰ κακὰ τὰ εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους γενόμενα· ὡς δὲ ἐνέκειντο, λιμὸς μέγας γίνεται, μηνύων τοῖς D Ἰουδαίοις τὰ ἐσόμενα κακά. *Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς εὐπορεῖτό τις.* Ὅρα αὐτοῖς καὶ τὸν λιμὸν αἴτιον σωτηρίας, ἐλεημοσύνης ἀφορμήν. Ὅρα δὲ αὐτοὺς ἅμα πιστεύοντας ἅμα καρποφοροῦντας, οὐ τοῖς ἐγγὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόρρω. *Ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους.* Ἐκ τούτου δὲ φαίνεται, ὅτι καὶ πρεσβυτέρων εἶχον ἀξίαν οἱ ἀπόστολοι· ἀλλὰ καὶ διακόνων καὶ ἐπισκόπων εἶχον βαθμόν.

Prophetæ. Et quomodo Christus ait: *Lex ac prophetæ usque ad Joannem?* De illis ait prophetis, qui suum adventum prædixerant. *Significabat per Spiritum.* Ne existimarent homines idcireo famem esse ortam, quod Christianismus introductus erat, rem futuram prædicit Spiritus sanctus. Etenim Christus prædixerat. Non idcirco, quoniam ab initio hoc fieri oportebat: sed propter injurias et contumelias, quibus sancti apostoli erant affecti. Nam ut urgebant et molesti erant, fames oritur magna futura mala indicans Judæis. *Discipuli autem pro suis quisque facultatibus.* Vide etiam famem eis causam fuisse salutis, nempe, eleemosynæ faciendæ præbentem occasionem. Vide item illos simul et credentes, simul et fructum ferentes, non propinquis modo, verum etiam longinquis. *Ut mitterent ad presbyteros sive seniores.* Ex hoc autem apparet, etiam presbyterorum sive seniorum dignitate præditos fuisse apostolos; quinetiam diaconorum et episcoporum gradum obtinebant.

Variæ lectiones et notæ.

[27] τούτου, *erat.* [28] *In vulgato adjectus est articulus* τοῦ. [29] *In vulgato additur* αὐτῶν.

CAPUT XII.

VERS. 1. *Cæterum illa tempestate injecit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia.*

VERS. 2. *Atque interfecit etiam Jacobum fratrem Joannis gladio.*

VERS. 3. *Et cum animadvertisset id gratum esse Judæis, adjecit animum ad comprehendendum etiam Petrum* (*erant autem dies Azymorum*).

VERS. 4. *Quem cum etiam comprehendisset, conjecit in carcerem, ac tradidit eum quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens eum post Pascha producere populo.*

VERS. 5. *Et Petrus quidem servabatur in carcere: supplicatio autem assidua ac sedula ab Ecclesia ad Deum pro illo fiebat.*

Illa tempestate. Qua tempestate? nempe, tempore Claudii Cæsaris. Caius **100** enim imperator Romanorum Agrippam constituit regem Judææ, cum Herodem atque etiam Herodiada in Galliæ urbem Lugdunum relegasset. Hic est ille Herodes, qui fuit eo tempore, quo Joannes morte affectus est, ut memoriæ prodidit Josephus et Eusebius. Discrepantia igitur nominis, quod pro Agrippa dicit Herodem, aut errore accidit scriptoris, aut propterea ita dictus est, quod binominis esset. Notandum est autem ex duodecim illis discipulis Domini primum Jacobum ob testimonium Christo præbitum supplicio fuisse affectum. *Ut afflgeret quosdam de Ecclesia.* Animadverte, fideles viros, et ex iis corpus constitutum, Ecclesiam vocari. *Et cum animadvertisset id gratum esse Judæis, adjecit animum ad comprehendendum etiam Petrum.* Ne quis dicat, idcirco illos absque periculo intrepide atque audacter sese morti offerre, quod Deus eos eriperet: propterea permittit interfici etiam principes, Stephanum videlicet et Jacobum, ut persuaderet ipsis interfectoribus, ne his quidem illos suppliciis ad defectionem compelli et impediri. Res autem grata erat cædes, et cædes injustâ absurdis illorum et importunis cupiditatibus inserviebat: cum oporteret exscindere, ac refrenare illorum impetum et appetitum, ille, ut qui carnifex, non medicus esset ægrotantium, auxit illorum impetum et incitavit: tametsi sexcenta habebat exempla et avi et patris Herodis. *Erant autem dies Azymorum: quem cum etiam comprehendisset, conjecit in carcerem.* Rursus superflua ac supervacua Judæorum accurata ratio servandæ legis proponitur. Interficere quidem non vetabant, sed in ejusmodi temporis statu id agere prohibebant. *Ac tradidit eum quatuor quaternionibus militum custodiendum.* Hoc et iracundiæ et timoris erat. Quanto autem accuratior erat custodia, tanto mirabilius erat divinæ potentiæ documentum. Hoc autem fiebat pro Petro, qui melior ac probatior evadebat. *Precatio autem sedula,*

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας.

Ἀνεῖλε δὲ καὶ [80] *Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ.*

Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον (*ἦσαν δὲ αἱ ἡμέραι τῶν Ἀζύμων*).

Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακήν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν, βουλόμενος μετὰ τὸ Πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ.

Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρόν. Ποῖον καιρόν; Τὸν ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Γάϊος γὰρ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Ἀγρίππαν καθίστησι βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, τὸν Ἡρῴδην ἐξορίσας ἐν Λουγδόνῳ τῆς Γαλιλαίας [81] σὺν καὶ τῇ Ἡρωδιάδι. Οὗτός ἐστιν, ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Ἰωάννου, ὡς ἱστορεῖ Ἰώσηππος καὶ Εὐσέβιος. Ἡ οὖν διαφωνία τοῦ ὀνόματος ἐνταῦθα τὸ λέγειν ἀντὶ Ἀγρίππα Ἡρῴδην, ἢ κατὰ σφάλμα γέγονε γραφικὸν, ἢ κατὰ διωνυμίαν εἴρηται. Σημειωτέον δὲ ὅτι πρῶτος Ἰάκωβος ἐμαρτύρησεν ἀπὸ τῶν ιβ' μαθητῶν. *Κακῶσαί τινας ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας.* Θέα ὅτι πιστοὶ ἄνδρες, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν σύστημα, Ἐκκλησία καλεῖται. *Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον.* Ἵνα μηδεὶς λέγῃ [82] ὅτι διὰ τοῦτο ἀκινδύνως καὶ ἀδεῶς κατατολμῶσι τοῦ θανάτου, ἅτε ἐξαρπάζοντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦτο συγχωρεῖ ἀναιρεθῆναι καὶ τοὺς κορυφαίους, Στέφανον καὶ Ἰάκωβον· πείθων αὐτοὺς τοὺς ἀναιροῦντας, ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἀφίστησιν αὐτοὺς καὶ κωλύει. Ἀρεστὸν δὲ φόνος, καὶ φόνος ἄδικος ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ταῖς ἀτόποις ὑπηρετεῖτο· δέον ἐκκόπτειν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, ὁ δὲ ἐπέτεινε καθάπερ τις δήμιος ὢν τῶν νοσούντων, ἀλλ' οὐκ ἰατρὸς, καίτοι μυρία παραδείγματα ἔχων καὶ τοῦ πάππου καὶ τοῦ πατρὸς Ἡρῴδου. *Ἦσαν δὲ αἱ ἡμέραι τῶν Ἀζύμων. Ὃν καὶ πιάσας, ἔθετο εἰς φυλακήν.* Πάλιν ἡ περιττὴ τῶν Ἰουδαίων ἀκριβολογία. Ἀναιρεῖν μὲν οὐκ ἐκώλυσον, ἐν δὲ καιρῷ τοιούτῳ, τὰ τοιαῦτα [83] ἔπραττον. *Παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν.* Τοῦτο καὶ τοῦ θυμοῦ καὶ τοῦ δέους ἦν. Ὅσῳ δὲ ἀκριβεστέρα ἡ φρουρὰ, τοσούτῳ θαυμασιωτέρα ἡ ἐπίδειξις. Τοῦτο δὲ ἦν ὑπὲρ Πέτρου δοκιμοτέρου γινομένου. *Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.* Ἀκούσατε πῶς διέκειντο πρὸς τοὺς διδασκάλους· οὐκ ἐστασίασαν, οὐκ ἐθορυβήθησαν· ἀλλ' ἐπὶ εὐχῇ [84] ἐτράπησαν, τὴν ὄντως συμμαχίαν.

Variæ lectiones et notæ.

[80] καὶ *non est in vulgato.* [81] *Ισ.* τῆς Γαλλίας, ἢ, τῆς Γαλατίας. [82] λέγει *erat.* [83] *Locus corruptus esse videtur, aut certe mutilus; nam aut ante* ἔπραττον, *οὐκ præponendum, aut pro* ἔπραττον, πράττειν, *legendum est.* [84] *Ισ.* εὐχήν.

et assidua fiebat ab Ecclesia ad Deum pro illo. Audite quomodo affecti erant adversus magistros: non seditionem movebant ; non tumultuabantur, sed ad orationem, quod verum est auxilium, conversi sunt.

Ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρῴδης, A *τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, φύλακές τε πρὸς τῇς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν.*

Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι · πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων · Ἀνάστα ἐν τάχει. Καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν.

Εἶπε δὲ ἄγγελος [55] *πρὸς αὐτόν · Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ · Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι.*

Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον [56] *διὰ τοῦ ἀγγέλου · ἀλλ' ἐδόκει ὅραμα* [57] *βλέπειν.*

Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, B *ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν Σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς. Καὶ ἐξελθόντες* [58], *προῆλθον μίαν ῥύμην* [59], *καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ.*

Ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος. Οὐκ ἦν ἐν ἀγωνίᾳ οὐδὲ ἐν φόβῳ ὁ Πέτρος · ἀλλ' αὐτῇ τῇ νυκτὶ, ᾗ προάγεσθαι ἔμελλεν, ἐκάθευδε, τὸ πᾶν ῥίψας ἐπὶ τὸν Κύριον. Ὅρα δὲ καὶ πῶς ἀκριβὴς ἡ φυλακή · συγκαθεύδοντες ἦσαν οἱ φύλακες. Διὰ τί δὲ φῶς ἔλαμψεν; Ὥστε καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὸν Πέτρον, καὶ μὴ νομίσαι φαντασίαν εἶναι. Καὶ τὸ, *Ἐν τάχει*, ὥστε μὴ ῥᾳθυμῆσαι. Ἀλλὰ καὶ ἔπληξεν αὐτὸν, οὕτω βαθέως ἐκάθευδε. Τὸ δὲ, *Πατάξας τὴν πλευρὰν αὐτοῦ*, οὐχὶ θορυβοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ πείθοντος τοῦ μὴ ἀναβάλλεσθαι. *Περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου.* Πῶς ἐποίει Πέτρος παρὰ τὸ πρόσταγμα τὸ λέγον · *Μὴ κτήσασθε* [60] *χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ζώνην, μηδὲ ῥάβδον*, αὐτὸς ζώνην ἔχων καὶ ἱμάτια καὶ ὑποδήματα; Καίτοι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐχρῆν ἀνυπόδητον εἶναι · ἡ γὰρ πολλὴ τούτων χρεία ἐν τῷ χειμῶνί ἐστιν. Ἀλλὰ καὶ Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν, παραγγέλλει · *Τὸν φελόνιον, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε* · οὐ γὰρ ἂν ἔχῃ τις εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἕτερον οὐκ εἶχεν ὃν ἐφόρει. Οὐκ ἠναντιώθησαν τῷ ἐπιτάγματι τοῦ Χριστοῦ. Μὴ γένοιτο · ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἠκολούθησαν. Τὰ γὰρ ἐπιτάγματα ἐκεῖνα πρόσκαιρα ἦν, καὶ οὐ διαπαντός · καὶ τοῦτο Λουκᾶς φησιν εἰρηκέναι Χριστὸν τοῖς μαθηταῖς · *Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας, καὶ ὑποδημάτων, καὶ ζώνης, μή τι ὑστέρησεν ὑμῖν; Λέγουσιν · Οὔ. Λέγει αὐτοῖς · Θύκοῦν λοιπὸν κτήσασθε.* Ὥστε τότε ἐκεῖνο ἐπέ-

VERS. 6. *Cum autem producturus esset eum Herodes, in illa nocte Petrus dormiebat inter duos milites, vinctus catenis duabus, et custodes ante ostium carcerem servabant.*

VERS. 7. *Et ecce angelus Domini astitit, et lumen resplenduit in conclavi. Cum pulsasset autem latus Petri, excitavit eum, dicens : Surge celeriter, et exciderunt catenæ de manibus ejus.*

VERS. 8. *Dixit item angelus ad eum : Præcinge* **101** *te, et subliga sandalia tua : ac fecit sic. Et dicit ei : Circumda tibi pallium tuum, et sequere me.*

VERS. 9. *Et egressus, sequebatur eum, et nesciebat rem veram esse, quæ facta erat per angelum : sed putabat se spectrum videre.*

VERS. 10. *Prætergressi autem primam custodiam et secundam, venerunt ad portam ferream, quæ pertinebat ad urbem, quæ sua sponte eis aperta est. Et egressi processerunt vicum unum, et statim discessit angelus ab eo.*

Petrus dormiebat. Non versabatur in angore ac metu Petrus : sed in ipsa nocte, cum postridie producendus esset, dormiebat, toto negotio ad Dominum rejecto. Vide autem quam accurata, quam diligens ac sedula fuerit custodia : una cum illo dormiebant custodes. Sed cur lumen resplenduit ? ut et videret, et audiret Petrus, et non putaret esse spectrum ac visum. Ac quod dicit, *Celeriter*, id fiebat, ne desideret atque cessaret. Quin etiam pulsavit eum, adeo alto somno premebatur. Quod autem dicit, *Cum pulsasset latus ejus*, non tumultuantis est, sed persuadentis, ne cunctaretur. *Præcinge te, et subliga sandalia tua.* Quomodo Petrus faciebat adversus præceptum, quo dicitur : *Ne habeatis aurum, neque argentum, neque tunicas binas, neque calceamenta, neque zonam, neque virgam* [60], cum ipse zonam haberet, et pallia, et soleas ? quanquam illo tempore anni soleis carere oportebat : nam multus earum usus est tempore hiberno. Quin etiam Paulus Timotheo scribens, ut ante hiemem veniret, mandat his verbis : *Penulam, quam reliqui in Troade apud Carpum, cum veneris, porta* [61]. Non enim quis dicere possit, illum non habuisse aliam, quam gestaret. Non fecerunt adversus præceptum Christi : absit ! Quin etiam vehementer exsecuti sunt illud. Nam illa præcepta temporaria erant, non perpetua, atque hoc Lucas ait Christum dixisse discipulis : *Quando emisi vos absque crumena ac pera, et calceis, et zona, numquid defuit vobis ? Dicunt : Non* [62]. *Dicit eis : Igitur post-*

[55] Matth. x, 10. [56] II Cor. IV, 13. [57] Luc. XXII, 35.

Variæ lectiones et notæ.

[55] *In vulgato est*, εἶπέν τε ὁ ἄγγελος. [56] *In vulgato est*, γινόμενον. [57] *In vulgato est*, ἐδόκει δὲ ὅραμα. [58] *In vulgato est*, ἐξελθόντες. *In manuscripto*, ἐλθόντες· *in utroque*, προσῆλθον. *Nonnulla correctiora*, προῆλθον, *habent*. [59] *In vulgato est*, ῥύμην μίαν. [60] Ἴσ. κτήσησθε.

Vers. 20. *Sed scribendum et mandandum esse illis, ut abstineant se ab contaminationibus simulacrorum, et fornicatione, et suffocato, et sanguine.*

Vers. 21. *Moyses enim ab ætatibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum prædicent, dum per omne Sabbatum recitatur in synagogis.*

Vers. 22. *Tunc placuit apostolis et senioribus totique Ecclesiæ, ut delectos ex sese viros mitterent Antiochia cum Paulo et Barnaba, Judam videlicet* C *cognomento Barsaban, et Silam, viros primarios inter fratres.*

Vers. 23. *Per quorum manus litteras quoque miserunt scriptas in hanc sententiam*

Ἀπεκρίθη Ἰάκωβος λέγων. Ἐπίσκοπος ἦν οὗτος· διὸ καὶ ὕστερον λέγει. Ὅρα καὶ τούτου τὴν σύνεσιν, ἀπό τε νέου καὶ παλαιῶν βεβαιουμένου τῶν προφητῶν τὸν λόγον. *Συμεὼν ἐξηγήσατο.* Συμεὼν ὁ ἐν τῷ Λουκᾷ προφητεύσας. *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα.* — *Λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.* Οὐχ ἁπλῶς ἐξελέξατο [62], ἀλλὰ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τουτέστι τῇ δόξῃ αὐτοῦ. *Καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν.* Ἀπὸ μὲν τοῦ χρόνου δῆλος ἦν· τὸ δὲ ἀξιόπιστον οὐκ εἶχε, διὰ τὸ μὴ παλαιὸς εἶναι. Ἐπάγει οὖν παλαιὰν D προφητείαν· *Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Πεπτώκει γὰρ ὄντως πτῶμα ἀνίατον. Τί οὖν; ἠγέρθη τὰ Ἱεροσόλυμα; ἀλλ' οὐ κατεστράφη μᾶλλον; ποίαν [63] λέγει ἔγερσιν; Τὴν μετὰ Βαβυλῶνα, τὸ ἄξίωμα πάλιν. *Διὸ ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν*· τουτέστι, μὴ ἀνατρέπειν. Εἰ γὰρ ὁ *Excepit sermonem Jacobus.* Episcopus erat hic : quamobrem etiam posteriore loco dicit. Sed vide etiam hujus prudentiam, tum per novum, tum per veteres prophetas sententiam suam comprobantis et confirmantis. *Simeon exposuit.* Simeon, qui in Evangelio quod Lucas conscripsit, vaticinando dixit : *Nunc dimittis servum tuum, Domine* [61-62]. *Extraneas nationes, ut sumeret ex iis populum nomini suo.* Non simpliciter ac temere dicit, delectum habuit, sed nomini suo : hoc est, propter gloriam et existimationem suam. *Et huic consonant dicta prophetarum.* Ratione temporis notus **121** erat : sed ea auctoritate præditus non erat, ut ei fides haberetur, propterea quod non erat antiquus. Subjungit igitur antiquam prophetiam : *Post hæc revertar, et reædificabo tabernaculum Davidis, quod collapsum est*, etc. Collapsum enim erat revera ruina irreparabili. Quid igitur? an excitata et exstructa sunt

[61-62] Luc. II, 29.

Variæ lectiones et notæ.

[56] *Nonnulla exemplaria vulgata habent*, Συμέων. [57] *Interpres pro*, ἐπεσκέψατο *videtur legisse*, ἐξελέξατο. [58] *In nonnullis vulgatis est*, οἰκοδομήσω. [59] *In manuscripto est*, ὄνομά σου. [60] *In vulgatis est*, ταῦτα πάντα. [61] *In vulgatis est*, ἀλισγημάτων. [62] Ἐξελέξατο. *Ista dictio videtur cum superioris orationis contextu non concordare, sed pro* ἐπεσκέψατο *reposita esse.* [63] Ποίαν, *erat.*

Hierosolyma? ac non potius eversa? de quanam loquitur exstructione? de ea, quæ accidit post captivitatem Babylonicam, de dignitate rursus recepta. *Quamobrem ego censeo nos non debere illos obturbare et interpellare*, hoc est, non subvertere. Nam si Deus illos vocavit, atque hæ observationes evertunt Dei vocationem adversus Deum pugnamus. Cum auctoritate autem, ac pro potestate dicit, *Ego censeo. Sed scribendum et mandandum esse illis, ut abstineant ab inquinamentis simulacrorum*, etc. Hæc enim præcepta, atque hæ observationes, etsi corporales, tunc observatu necessariæ sunt: quoniam magnorum causa erant malorum, [idcirco] potissimum ab his illos se abstinere vult. *Nam Moyses quidem ab ætatibus antiquis*, etc. Etiam ante adventum Servatoris omnibus Sabbatis in synagogis duntaxat Moyses legebatur: sed post adventum Christi in Ecclesiis Christi, saltem legi ac recitari non perhibetur, atque id declaratur ex illo: Usque enim in hodiernum diem, quandocunque opus est Moyses recitatur. Nam si antiqua scripta in Ecclesiis non recitarentur, nonne temere ac sine judicio ad Galatas Apostolus illud scripsisset: *Dicite mihi qui legi subditi esse vultis, an legem non auditis* [49]?

Θεὸς ἐκάλεσεν, αὗται δὲ αἱ παρατηρήσεις ἀνατρέπουσι, τῷ Θεῷ πολεμοῦμεν. Μετ' ἐξουσίας δὲ τὸ, *Ἐγὼ κρίνω*. — *Ἀλλ' ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς, τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Αὗται γὰρ, εἰ καὶ σωματικαὶ, ἀλλ' ἀναγκαῖαι φυλάττεσθαι· ἐπειδὴ μεγάλα εἰργάζοντο κακά, τούτων μάλιστα αὐτοὺς ἔπαυσε. *Μωϋσῆς μὲν γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Σωτῆρος κατὰ πᾶν Σάββατον ἐν μόναις ταῖς συναγωγαῖς ἀνεγινώσκετο Μωσῆς· ἀλλ' οὖν μετὰ τὴν ἐπιδημίαν, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Χριστοῦ οὐ κωλύεται ἀναγινώσκεσθαι. Καὶ τοῦτο δηλοῦται ἐκ τοῦ, ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκεται Μωσῆς. Εἰ γὰρ μὴ ἀνεγινώσκετο τὰ Παλαιὰ Γράμματα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, οὐκ ἀκριτῶς Γαλάταις ἐπεστέλλετο τὸ, *Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;*

Apostoli et seniores et fratres habitantibus Antiochiæ, et in Syria, et Cilicia fratribus, qui sunt de nationibus externis, salutem.

Οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ ἀδελφοί, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν χαίρειν.

Vers. 24. *Quoniam audivimus nonnullos ex nobis egressos turbasse vos sermonibus, labefactantes animos vestros, cum dicerent vos circumcidi et legem servare oportere, quibus non mandaveramus:*

Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν [50] ἐξελθόντες ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα·

Vers. 25. *Placuit nobis simul coactis deligere viros, et mittere ad vos una cum charissimis nobis Barnabe et Paulo,*

Ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ,

Vers. 26. *Hominibus, qui vitam suam periculo exposuerunt pro nomine Domini nostri Jesu Christi.*

Ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Vers. 27. *Misimus enim Judam et Silam, qui et ipsi verbis eadem referent vobis.*

Ἀπεστάλκαμεν γὰρ [51] Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντας διὰ λόγου τὰ αὐτά [52].

Placuit nobis simul coactis. Quia omnibus hæc placebant, ac re deliberata hæc scribunt. Notandum est neque Jacobum, neque Petrum ausos esse sine consensu totius Ecclesiæ decernere de negotio **122** circumcisionis, quanquam judicabant hoc ita rectum esse: neque vero omnes auctoritatem suam interposuissent, nisi persuasum habuissent hoc etiam placere Spiritui sancto. Cæterum ne res videretur ad Pauli et Barnabæ spectare calumniam quod illi missi erant, vide laudationem illorum: *Hominibus*, inquit, *qui vitam suam periculo exposuerunt pro nomine Domini Jesu Christi.*

Ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδόν. Ὅτι πᾶσι ταῦτα ἔδοκει, καὶ ὅτι μετὰ ἐπισκέψεως ταῦτα γράφουσι. Σημειωτέον ὅτι οὔτε Ἰάκωβος, οὔτε Πέτρος ἐτόλμησαν δογματίζειν τὰ περὶ τῆς περιτομῆς, καίτοι κρίναντες αὐτὸ καλὸν εἶναι, δίχα πάσης τῆς Ἐκκλησίας· οὔτε δὲ πάντες ἠθέντησαν, εἰ μὴ ἐπείσθησαν ὅτι τοῦτο ἔδοκει καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ διαβολῆς εἶναι Παύλου καὶ Βαρνάβα τὸ [53] ἐκείνους ἀποσταλῆναι, ὅρα ἐγκώμια αὐτῶν· Ἀνθρώποις, φησὶ, *παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Vers. 28. *Visum est enim Spiritui sancto et nobis, nihil amplius vobis oneris imponere, præterquam hæc necessaria:*

Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τούτων τῶν ἐπάναγκες·

Vers. 29. *Nempe, ut abstineatis vos ab his, quæ simulacris immolata sunt, et sanguine, et suffocato, et scortatione: a quibus si conservaveritis vosmetipsos, recte facietis. Valete.*

Ἀπέχεσθε [54] εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας. Ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε.

[49] Galat. IV, 17.

Variæ lectiones et notæ.

[50] *In manuscripto erat*, ἐξ ὑμῶν. [51] *In vulgatis est*, ἀπεστάλκαμεν οὖν. [52] *In vulgatis est*, διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. [53] *Sic.* τῷ. [54] *In vulgatis est* πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων ἀπέχεσθαι.

Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος ἔδωκαν [49] *τὴν ἐπιστολήν.*

Ἀναγνόντες δὲ ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει.

Ἰούδας τε [50] *καὶ Σίλας, καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἐπεστήριξαν.*

Ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους [51].

Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου.

Μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε Παῦλος πρὸς Βαρνάβαν· Ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, πῶς ἔχουσι.

Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο συμπαραλαβεῖν τὸν Ἰωάννην, τὸν καλούμενον Μάρκον.

Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον.

Ἔδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀνθρώπινον εἶναι. Τὸ δέ, *Ἡμῖν*, ἵνα διδαχθῶσιν ὅτι καὶ αὐτοὶ ἀποδέχονται, καὶ ἐν περιτομῇ ὄντες. *Πλὴν τούτων τῶν ἐπάναγκες.* Δείκνυσιν ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς λείπει, ἀλλ' ἀρκεῖ τοῦτο. Διὰ δὲ τοῦ, ἀπέχεσθαι πνικτοῦ, τὸν φόνον ἀπείργει. *Καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἔδωκαν* [52] *τὴν ἐπιστολήν.* Τοῦτο παραμυθία διδασκάλων, ἡ ἐπίδοσις τῶν μαθητευομένων. *Ἐπιστρέψαντες δὲ ἐπισκεψώμεθα.* Σημειωτέον δὲ ὅτι ἔργον τῶν ἡγουμένων, περιεργάζεσθαι τοὺς ὑπ' αὐτῶν φωτισθέντας, μήπως ἄρα οὐχ ὑγιαίνουσι τῇ πίστει, ἀλλὰ χωλεύουσι, καὶ δεῖ αὐτοὺς διορθωθῆναι.

A

B

C

Vers. 30. *Atque illi quidem dimissi venerunt Antiochiam, ubi cum coegissent multitudinem, reddiderunt epistolam.*

Vers. 31. *Qua recitata, gavisi sunt propter consolationem et exhortationem.*

Vers. 32. *Ac Judas et Silas, quod ipsi quoque prophetæ erant, multo sermone fratres consolati et adhortati sunt, eosque confirmaverunt.*

Vers. 33. *Commorati autem illic aliquandiu amice dimissi sunt a fratribus ad apostolos.*

Vers. 34. *Paulus autem et Barnabas commorati sunt Antiochiæ docentes, et una cum aliis multis verbum Domini annuntiantes.*

Vers. 35. *Sed post aliquot dies dixit Paulus ad Barnabam : Age revertamur, et invisamus fratres nostros per omnes civitates, in quibus annuntiavimus verbum Domini, ut sciamus quomodo se habeant.*

Vers. 36. *Barnabas autem statuerat secum assumere Joannem cognomento Marcum :*

Vers. 37. *Sed Paulus non æquum censebat, ut is qui defecisset ab ipsis in Pamphylia, nec eorum comes in illo negotio esse voluisset, assumeretur.*

Visum est Spiritui sancto. Ne putarent esse negotium humanum. Quod autem dicit : *Et nobis*, hoc idcirco adjectum est, ut docerentur etiam illis ipsis quanquam circumcisis, rem ita probari atque placere. *Præterquam hæc necessaria.* Ostendit nihil illis deesse, sed hoc satis esse. Per hoc autem quod jubentur abstinere a suffocato, cædes prohibetur. *Ubi cum coegissent multitudinem, reddiderunt epistolam.* Consolatur hoc magistros, videlicet si discipuli proficiant. Notandum est autem officium esse eorum qui præsunt, ut curam suscipiant et studiose inquirant in eos, qui ab sese fuerint doctrina evangelica illuminati, **123** num utique aliquo modo non sana prædili sint fide, an etiam claudicent, atque in rectam viam reducendi et emendandi corrigendique sint.

Ἐγένετο οὖν παροξυσμός, ὥστε χωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε [53] *Βαρνάβαν, παραλαβόντα τὸν Μάρκον, ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον.*

Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν, ἐξῆλθε παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν.

Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἐπιστηρίζων τὰς Ἐκκλησίας.

D

Vers. 38. *Tanta igitur inter ipsos exstitit animorum concitatio, ut alter ab altero discederent, et Barnabas assumpto Marco navigaret in Cyprum.*

Vers. 39. *Sed Paulus delecto Sila, gratiæ Dei a fratribus commendatus profectus est,*

Vers. 40. *Ac peragrabat Syriam et Ciliciam Ecclesias confirmans.*

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν. Καὶ ἰδοὺ μαθητὴς ἦν ἐκεῖ [54], *ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος·*

Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν.

Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελ-

CAPUT XVI.

Vers. 1. *Pervenit autem Derben ac Lystran. Et ecce discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris cujusdam Judææ, quæ erat fidelis : sed patre Græco sive gentili,*

Vers. 2. *Quem suo testimonio commendabant fratres qui erant Lystris et Iconii.*

Vers. 3. *Hunc Paulus secum voluit proficisci,*

Variæ lectiones et notæ.

[49] *In vulgatis est*, ἐπέδωκαν. [50] *In nonnullis vulgatis est*, Ἰούδας δέ. [51] *In vulgatis est*, ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους. *Deinde adjiciantur hæc verba*, ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ. [52] ἔδοκάν, *erat.* [53] τόν τε, *est in vulgatis.* [54] *In vulgatis est*, μαθητής τις ἦν ἐκεῖ.

eumque cepit et circumcidit propter Judæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes patrem ejus esse Græcum sive gentilem.

Tanta igitur inter eos exstitit animorum concitatio. Inter Paulum et Barnabam ortum est pusilli animi vitii nonnihil. Atque unus quidem justitiam tuebatur, alter vero injustitiam amplectebatur, sed uterque tamen pietatis causæ et rationi serviebat. Causa vero pusilli inter illos animi hæc est: Marcus quidam illos ad evangelicum cursum proficiscentes ex Palæstina ad Pergam usque Pamphyliæ oppidum comitatus erat. Deinde cum apostoli vehementi studio diligentiaque in conficiendo cursu uterentur, Marcus, utpote homo segnis ac piger, cursui apostolorum renuntiavit, et in Palæstinam reversus est, non Christum abnegans, sed longinquum cursum, utpote sibi gravem, defugiens atque recusans. Reversi sunt tandem Paulus et Barnabas pietatis fructibus onusti, et Ecclesiæ quæ in Jerusalem erat, annuntiantes gentium conversionem ac pœnitentiam, quemadmodum nationes extraneæ se ad Deum verum convertissent, et pravis suis institutis damnatis, sanctorem doctrinam atque disciplinam amplexæ essent. Cum igitur ab omnibus ob res bene gestas laudarentur, Marcus dolore animi perculsus est: reputabat enim cum animo suo: Si particeps et socius fuissem laborum, laudis quoque particeps et socius essem. Statuerat igitur rursus illorum cursus comes et socius esse. Ac Barnabas quidem illum ad sanitatem reversum comitem recipere volebat: Paulus vero contendebat, eum qui una secum ad opus Domini profectus non esset, rursus **124** non esse comitem adjungendum. Dissensio igitur erat non injusta, sed justa et ab animo pusillo profecta. Paulus id, quod justum esset fieri volebat: Barnabas humanitatem spectabat. Sententia igitur dissidentes, pietate inter se concordabant. Ac discordarunt non fide, neque ratione, sed more hominum pusillanimitate. Fuit autem hæc dispositio divina. Nam ut dissenserunt, Barnabas assumpto Marco, ad cursum suum peragendum profectus est. Sed profuit Marco Pauli exacta disciplina jurisque rigor: studuit enim diligentia priorem negligentiam obtegere. Paulus Marcum in Ecclesiis recipi vetuerat, non ut eum contristaret et molestia afficeret, sed ut meliorem ac diligentiorem efficeret: sed ut vidit illum virtute ac diligentia profecisse, ac per ea, quæ postmodum egit, priora crimina purgasse, incipit eum commendare, et ait: *Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ, de quo mandata accepistis, ut, si venerit ad vos, eum recipiatis*[88]. Atque etiam in prophetis hoc idem reperimus, diversas videlicet sententias ac mores:

A θεῖν, καὶ λαβὼν, περιέτεμεν αὐτὸν διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις. Ἤδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.

Ἐγένετο οὖν παροξυσμός. Μεταξὺ Παύλου καὶ Βαρνάβα ἐγένετό τις μικροψυχία· καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς μέρους δικαιοσύνην τιμῶντος· τοῦ ἑτέρου δὲ, ἀδικίαν· ἀλλ' ἑκάστου σκοπῷ εὐσεβείας δουλεύοντος. Ἡ δὲ αἰτία τῆς μικροψυχίας ἐστιν αὕτη· Μάρκος τις ἦν συνοδοιπορῶν αὐτοῖς εἰς τὸν εὐαγγελικὸν δρόμον B ἀπὸ Παλαιστίνης μέχρι Πέργης τῆς Παμφυλίας. Εἶτα τῶν ἀποστόλων εὐτόνῳ κεχρημένων δρόμῳ, Μάρκος, ὡς ἄνθρωπος, ναρκήσας, ἀποταξόμενος τῷ δρόμῳ τῶν ἀποστόλων, ὑπέστρεψεν εἰς Παλαιστίνην· οὐ Χριστὸν ἀρνησάμενος, ἀλλὰ τὸν δρόμον τὸν πολὺν, ὡς βαρὺν, παραιτησάμενος. Ἐπανῆλθον οὖν Παῦλος καὶ Βαρνάβας καρποὺς εὐσεβείας γέμοντες, καὶ εὐαγγελιζόμενοι τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίαν τὴν τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν. Πάντων οὖν ἐπαινούντων αὐτοὺς [88] ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ὁ Μάρκος λυπηθεὶς, ἐπλήγη τὴν ψυχήν· ἐνενόησε γὰρ, ὅτι εἰ ἦμην κοινωνὸς τῶν πόνων, ἐγενόμην ἂν καὶ τῶν ἐπαίνων κοινωνός. Ἐβουλεύσατο οὖν πάλιν αὐτοῖς συνδραμεῖν. Ὁ οὖν Βαρνάβας μετανοήσαντα αὐτὸν ἐδέξατο· ὁ δὲ Παῦλος ἐφιλονείκει, τὸν μὴ συνελθόντα αὐτοῖς τὸ εἰς τὸ ἔργον Κυρίου οὐ δεῖν [89] συμπαραλαμβάνειν. Ἦν οὖν ἡ στάσις οὐκ ἀδικίας, ἀλλὰ δικαιοσύνης καὶ μικροψυχίας. Ὁ Παῦλος ἐζήτει τὸ δίκαιον· ὁ Βαρνάβας, τὸ φιλάνθρωπον. Τῇ γνώμῃ οὖν στασιάζοντες, συνεφώνουν τῇ C εὐσεβείᾳ· καὶ διέστησαν οὐ πίστει, οὐδὲ διαθέσει, ἀλλ' ἀνθρωπίνῃ μικροψυχίᾳ. Ἐγένετο δὲ οἰκονομία. Ὡς γὰρ διέστησαν, ὁ Βαρνάβας τὸν Μάρκον παραλαβὼν, ἐξῆλθεν εἰς τὸν οἰκεῖον δρόμον. Ὠφέλησε δὲ τὸν Μάρκον ἡ Παύλου ἀκρίβεια· ἐσπούδασε γὰρ τῇ προθυμίᾳ τὴν προτέραν ῥᾳθυμίαν καλύψαι. Ὁ Παῦλος ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις παρήγγειλε μὴ δεχθῆναι τὸν Μάρκον· οὐχ ἵνα λυπήσῃ, ἀλλ' ἵνα σπουδαιότερον ποιήσῃ· ὡς δὲ εἶδε προλαβόντα τῇ σπουδῇ τὸν Μάρκον, καὶ ἀπολογησάμενον διὰ τῶν δευτέρων, ἄρχεται αὐτὸν παρατίθεσθαι, καί φησιν· *Ἀσπάζεται ὑμᾶς Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολὰς, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν.* Καὶ ἐν τοῖς προφήταις δὲ τοῦτο εὑρίσκομεν D διαφόρους γνώμας καὶ ἤθη, οἷον· ὁ Ἠλίας, αὐστηρός· ὁ Μωϋσῆς, πρᾶος. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, σφοδρότερός ἐστιν ὁ Παῦλος. Ἀλλ' ὅρα καὶ οὕτως [90] ἐπιεικές. *Ἧξιον*, φησὶν· οὐδὲ γὰρ ὠργίζετο, ἀλλ' ἐπαρεκάλει. Τί οὖν; ἐχθροὶ ἀνεχώρησαν; Μὴ γένοιτο. Ὁρᾷς γὰρ μετὰ τοῦτο Βαρνάβαν πολλῶν ἐγκωμίων ἀπολαύοντα παρὰ Παύλου ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς. Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ κατὰ συναίρεσιν [90] γενέσθαι τὸν χωρισμὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰπεῖν, ὅτι Ἐπειδὴ ἐγὼ βούλομαι, σὺ δὲ οὐ βούλει, ἵνα μὴ μαχώμεθα,

[88] Coloss. IV, 10.

Variæ lectiones et notæ.

[88] αὐτοῖς, *erat.* [89] δεῖ, *erat.* [90] οὕτω, *erat.* [90] *Ita.* συναίνεσιν.

διανενώμεθα τοὺς τόπους· ὥστε πάνυ εἰκοντες ἀλλήλοις τοῦτο ἐποίουν. Ταῦτα δὲ γέγραπται πρὸς τύπον ἡμέτερον, ἵνα μὴ καταπίπτωμεν· οὐ γάρ ἐστιν, ἀνθρώπους ὄντας, μὴ παροξύνεσθαι· παροξυνθέντας δὲ χρὴ μεταβάλλεσθαι· πάνυ δὲ ὠφέλησε τὸν Μάρκον ἡ μάχη αὕτη. Τὸ μὲν γὰρ Παύλου φοβερὸν, ἐπέστρεφεν αὐτόν· τὸ δὲ Βαρνάβα χρηστὸν, ἐποίει μηκέτι ἀπολειφθῆναι. Ὥστε μάχονται μὲν, πρὸς ἓν δὲ τέλος ἅπαντᾷ τὸ κέρδος. Καὶ γὰρ Παῦλον ὁρῶν αἱρούμενον ἀποστῆναι, πάνυ ἐφοβήθη καὶ κατέγνω ἑαυτοῦ· καὶ Βαρνάβαν ὁρῶν οὕτως αὐτοῦ ἀντεχόμενον, πάνυ αὐτὸν ἐφίλησε· καὶ διωρθοῦτο ὁ μαθητὴς διὰ τῆς μάχης τῶν διδασκάλων· τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ σκανδαλισθῆναι. *Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν, ἐπιστηρίζων τὰς Ἐκκλησίας.* Οὐ πρότερον ἐπ' ἄλλας ἔρχεται πόλεις πρὶν ἢ τὰς δεξαμένας τὸν λόγον ἐπισκέψασθαι. Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν· τοὺς πρώτους πρώτως παιδεύωμεν [89], ἵνα μὴ οὗτοι ἐμπόδιον γένωνται τοῖς μετὰ ταῦτα. *Καὶ ἰδοὺ μαθητὴς ἦν ἐκεῖ ὀνόματι Τιμόθεος, ὑπὸ Ἰουδαίων* [90], φησί. Καὶ σημειωτέον ὅτι τοσοῦτον ἦσαν Ἰουδαῖοι τὸν νόμον καταφρονήσαντες, ὅτι καὶ Ἕλλησιν ἐγαμοῦντο, καὶ Ἑλληνίδας ἐγάμουν. *Καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν διὰ τοὺς Ἰουδαίους.* Ἄξιον ἐκπλαγῆναι τοῦ Παύλου τὴν σύνεσιν· ὁτοσαῦτα μαχησάμενος περὶ τῆς περιτομῆς, καὶ πάντα κινήσας ὑπὲρ τούτου ἕως οὗ κατώρθωσε, περιέτεμε τὸν μαθητήν· καὶ οὐ μόνον ἑτέρους οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τοῦτο ἐργάζεται. Πάντα οὖν πρὸς τὸ συμφέρον ἐώρα, καὶ οὐδὲν ἁπλῶς ἐποίει. Καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ ἐπηγάγετο αὐτόν. *Διὰ τοὺς Ἰουδαίους,* φησὶ, *τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις.* Οὐκ ἂν γὰρ ἠνέσχοντο παρὰ ἀκροβύστου τὸν λόγον ἀκοῦσαι· καὶ τί; Ὅρα τὸ κατόρθωμα· περιέτεμεν, ἵνα περιτομὴν καθέλῃ, οὐ συνιστῶν τὴν περιτομὴν, ἀλλὰ πρᾶγμα μέγιστον καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἀποστόλοις κατορθῶσαι βουλόμενος. Ἄνω γὰρ καὶ κάτω διέβαλ[λ]ον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς πανταχοῦ τὸν νόμον ἀνατρέποντα, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀποστασίαν διδάσκοντα, καὶ σφόδρα πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διέκειντο. Ἐπεὶ οὖν τὸν Τιμόθεον εὗρε μαθητὴν ἐξ Ἑλλήνων πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτοῦ ἐπιτήδειον, καὶ συνέκδημον ἔχειν αὐτὸν ἠβούλετο· διὰ τοὺς καταψευδομένους αὐτοῦ ἀσεβῶς, περιέτεμεν αὐτὸν, διὰ τῆς τοιαύτης κατασκευῆς ἑλκῦσαι τούτους πρὸς ἑαυτὸν βουλόμενος. Εἰ γὰρ ἦν Τιμόθεος ἀπερίτμητος, διδάσκαλος ὤν, πάντες ἂν ἀπεπήδησαν ἀπ' αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τοσαύτη γέγονεν αὐτοῦ κατηγορία διὰ Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ὃν ἐνόμιζον ὅτι Παῦλος εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν (ἐξ Ἑλλήνων δὲ ἦν οὗτος), τί ἄρα ἔπαθεν, εἰ Τιμόθεον ὄντα διδάσκαλον ἐξ ἀκροβύστων εἶχε σὺν αὐτῷ; Ὅρα δὲ αὐτὸν καὶ ἀγνισθέντα τῶν συναποστόλων τῇ γνώμῃ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ διαγγέλλοντα τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἁγνισμοῦ. Πάντα δὲ ἐποίει τῆς σωτηρίας τῶν Ἰουδαίων ἕνεκεν. Εὕροι δέ τις καὶ τὸν Πέτρον ὑποκριθέντα Ἰουδαΐ-

verbi gratia, Elias asper ac durus erat, Moyses lenis ac mitis. Ita nimirum etiam hic vehementior et acrior est Paulus, sed vide etiam sic non deesse illi mansuetudinem ac lenitatem. Ἤξιου, id est, volebat et censebat, inquit : neque enim irascebatur, sed rogabat. Quid igitur ? inimici digressi sunt ? absit. Vides enim postea multas laudes Barnabæ tribui in epistolis a Paulo. Mihi etiam consensu dirempti ac separati esse videntur, et alter ad alterum dixisse, videlicet, Quandoquidem ego volo, tu vero non vis, ne pugnemus inter nos, partiamur inter nos loca, atque in diversas regiones abeamus. Itaque admodum alter alteri cedentes hoc faciebant. Hæc autem scripta sunt nobis pro exemplo, ne relabamur ac prosternamur : fieri enim non potest, quin, cum homines simus, aliquando ira concitemur et exardescamus : sed concitatos animo mutari et mitigari oportet. Valde autem Marco profuit hæc pugna. Nam Pauli quidem acerbitas et asperitas illum ad sanitatem convertit : Barnabæ vero humanitas atque lenitas efficiebat, ne deinceps deficeret et officio suo deesset. Itaque pugnant quidem, sed lucrum ad unum finem tendit. Etenim cum videret Paulum malle discedere, admodum timuit, atque semetipsum damnavit, et Barnabam videns ita se tuentem, amplectentem ac vindicantem, valde eum dilexit. Et emendebatur et corrigebatur discipulus per pugnam atque dissensionem magistrorum. Tantum aberat ut scandalizaretur et offenderetur. *Peragrabat autem Syriam et Ciliciam confirmans Ecclesias.* Non prius ad alias accedit civitates, quam illas, quæ verbum Dei perceperant, invisisset. Hoc item nos faciamus, primos primum instituamus, ne hi posterioribus obstaculo et impedimento **125** sint. *Et ecce discipulus quidam erat ille nomine Timotheus filius Judææ.* Ac notandum est adeo contemptui Judæos habuisse legem, ut et Græcis sive gentilibus nuberent, et Græcas uxores ducerent. *Eumque cepit et circumcidit propter Judæos.* Operæ pretium est prudentiam Pauli vehementer admirari : qui toties pugnaverat de circumcisione, ac nihil non moverat atque tentaverat pro hoc negotio, quoad confecit, discipulum circumcidit : ac non solum non vetat ac prohibet alios, verum etiam ipse hoc facit. In omnibus igitur utilitatem spectabat, ac nihil temere et absque causa faciebat : ac mirum est quod illum adducere potuit. *Propter Judæos,* inquit, *qui erant in illis locis.* Non enim sustinuissent ab eo, qui præputiatus esset, verbum Dei audire. Ac vide, quidnam hac re consecutus sit. Circumcidit, ut circumcisionem tolleret, non commendans circumcisionem, sed rem maximam, et omnibus simul apostolis gratam et acceptam efficere volens. Ubique enim Judæi illum calumniabantur, ut qui in omnibus locis legem Mosaicam subverteret, et eos qui de nationibus extraneis credidissent,

Variæ lectiones et notæ.

[89] παιδεύομεν, *erat.* [90] *Ισ.* υἱὸς Ἰουδαίας. *Et alioqui locus mutilus esse videtur.*

defectionem a lege doceret, ac vehementer illis invisus erat. Quando igitur Timotheum invenerat discipulum de Græcis et gentibus conversum ad ministerium suum idoneum, et comitem eum peregrinationis habere volebat, propter eos qui impie sibi obtrectando negotium facessebant, eum circumcidit, hoc artificio illos trahere ad se volens. Nam si Timotheus incircumcisus fuisset, qui munere docendi fungeretur, omnes resiluissent ac defecissen ab illo. Nam si tantopere Paulus accusatus est propter Trophimum Ephesium, quem putabant ab illo in templum introductum fuisse : de Græcis autem ac gentilibus erat hic : quid tandem accidisset ei, si Timotheum, qui doctor esset, de præputiatis secum habuisset ? Vide item illum purificatum de sententia collegarum apostolorum, et in templo annuntiantem expletionem purificationis. Omnia autem faciebat propter salutem Judæorum. Posset item quis invenire Petrum quoque Judaismum simulasse ; atque hæc apostolis nihil nocebant. Erat autem Judæis causa salutis et fidei in Christum initium, quod tales habebant doctores, qui legem, ut putabant, servarent.

A σμόν. Καὶ ταῦτα μὲν τοὺς ἀποστόλους ἔβλαπτον οὐδέν · ἐγίνετο δὲ τοῖς Ἰουδαίοις σωτηρίας ὑπόθεσις καὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀρχὴ, ὅτι διδασκάλους εἶχον τοιούτους, ὡς ἐνόμιζον, φυλάττοντας τὸν νόμον.

Vers. 4. *Cum autem obirent civitates, tradebant eis servanda placita, quæ erant decreta ab apostolis et senioribus, qui erant in Jerusalem.*

B Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν [61] αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα, τὰ κεκριμένα [62] ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.

Vers. 5. *Hac itaque ratione fiebat, ut Ecclesiæ confirmarentur fide, et numero quotidie crescerent.*

Αἱ μὲν οὖν Ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθημέραν.

Vers. 6. *Cum autem peragrassent Phrygiam et Gallicam regionem, vetiti a Spiritu sancto in Asia verbum Dei prædicare,*

Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος [63] λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ,

126 Vers. 7. *Profecti in Mysiam, volebant per Bithyniam iter facere : sed non sivit eos Spiritus sanctus.*

Ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπειράζοντο [64] κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι· καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα.

Vers. 8. *Itaque Mysiam prætergressi, devenerunt in Troadem.*

Παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν, κατέβησαν εἰς Τρωάδα.

Vers. 9. *Et visum noctu Paulo hujusmodi oblatum est : Vir quidam Macedo astabat, qui eum his verbis rogabat : Transi in Macedoniam, et succurre nobis.*

C Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ Ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν ἑστὼς παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων· Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν.

Vers. 10. *Quod visum simul ac illi oblatum est, statim in Macedoniam proficisci studuimus, conjicientes nos a Domino accersi ut Evangelium illis traderemus.*

Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς Μακεδονίαν [65], συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς.

Vers. 11. *Cum solvissemus igitur a Troade, recto cursu pervenimus in Samothracen, ac postridie Neapolin :*

Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθρᾴκην · τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν,

Vers. 12. *Atque illinc Philippos, quæ prima regionis Macedoniæ civitas est colonia. Atque in illa urbe dies aliquot commorabamur.*

Ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς Μακεδονίας [66], πόλις κολώνεια. Ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς

Tradebant eis servanda placita. Dogmata, id est placita, atque certas stabilesque sententias dicit, non illa mysteria, quibus certo Dei consilio atque dispositione Verbum Dei traditur incarnatum esse, sive carnem induisse : sed illa nempe, abstinendum esse ab iis, quæ simulacris essent immolata, a sanguine, a suffocato, a scortatione, quæ spectant ad regularis vitæ constitutionem. *Vetiti a Spiritu sancto in Asia verbum Dei prædicare.* Quare quidem vetiti sint non dicit, sed vetitos duntaxat eos esse ait, docens nos ut pareamus solummodo ac non quæramus, et ostendens illos multa etiam humano

D Παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα. Δόγματα λέγει, οὐ τὰ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μυστήρια, ἀλλὰ τὸ ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας, ἅπερ εἰς κανονικῆς ζωῆς ὁρᾷ διατύπωσιν. *Κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Διὰ τί μὲν ἐκωλύθησαν, οὐ λέγει· ὅτι δὲ ἐκωλύθησαν, εἶπε· παιδεύων ἡμᾶς πείθεσθαι μόνον, καὶ μὴ ζητεῖν, καὶ δεικνὺς ὅτι πολλὰ καὶ ἀνθρωπίνως ἐποίουν. Ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ κωλύει τὸ Πνεῦμα λαλῆσαι τὸν λόγον τοὺς ἀποστόλους, προγινῶσκον τὴν τῶν Πνευματομάχων αἵρεσιν κυριεύειν τῶν ἐκεῖσε. *Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς*

Variæ lectiones et notæ.

[61] *In vetusto manuscripto est,* ἐπορεύετο τὰς πόλεις, παρεδίδου. [62] κεκρυμμένα, *erat.* [63] *In vulgatis est,* ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. [64] *In vulgatis est,* ἐπείραζον. [65] *In vulgatis est,* εἰς τὴν Μακεδονίαν. [66] *In vulgatis est,* τῆς Μακεδονίας πόλις, κολώνια.

ὤφθη τῷ Παύλῳ· Ἀνήρ τις Μακεδών, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐκέτι δι' ἀγγέλου, καθάπερ Φίλιππος [67], καθάπερ Κορνήλιος, ἀλλὰ δι' ὁράματος φαίνεται· ἐν τῷ, λοιπὸν ἀνθρωπινώτερον. Ἔνθα γὰρ εὔκολον τὸ πεισθῆναι, οὕτως· ἔνθα δὲ πολλὴ βία, θειότερον. Σημειωτέον ὅτι ἐν ταῖς πόλεσι ταύταις σὺν τῷ Παύλῳ ἦν ὁ Λουκᾶς, ἐξ ὧν καὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ συμπαραλαμβάνει λέγων· *Ἐζητήσαμεν· εὐθυδρομήσαμεν· ἐξήλθομεν.*

A more fecisse. In Asia atque Bithynia Spiritus sanctus vetat apostolos verbum Dei prædicare, quod præsciret fore ut secta Πνευματομάχων, id est, Spiritus sancti hostium, in homines illarum regionum dominaretur. *Et visum noctu Paulo oblatum est: Vir quidam Macedo*, etc. Non jam amplius per angelum, quemadmodum Philippo, quemadmodum Cornelio accidit, sed per visum apparet deinceps more magis humano. Nam ubi ratio credendi facilis, hoc modo: ubi vero majore vi opus erat, more magis divino. Notandum est in his urbibus una cum Paulo fuisse Lucam, ex eo quod suam etiam personam una assumit, dum dicit: *Studuimus, recto cursu pervenimus, profecti sumus.*

Τῇ δὲ ἡμέρᾳ [68] *τῶν Σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμόν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι. Καὶ καθίσαντες ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί.*

Vers. 13. *Die autem Sabbatorum egressi sumus extra urbem ad amnem, ubi precatio fieri solebat, et cum consedissemus, loquebamur mulieribus, quæ convenerant.*

Καί τις γυνὴ, ὀνόματι Λυδία, πορφυροπῶλις [69] *πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεόν, ἤκουεν* B *ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου.*

Vers. 14. *Et mulier quædam nomine Lydia purpuraria civitatis Thyatirorum, Dei cultrix, Paulum loquentem audivit: cujus cor Dominus aperuit, ut attenderet ea quæ dicebantur a Paulo.*

127 *Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε λέγουσα· Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου, μείνατε· καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς.*

Vers. 15. *Quæ postquam cum familia sua baptizata est, rogavit nos his verbis: Si existimatis me Domino fidelem esse, ingredimini in ædes meas, et mecum manete: et coegit nos.*

Παρὰ τὸν ποταμόν. Μᾶλλον μὴ οὔσης ἐκεῖ συναγωγῆς διὰ τὸ σπάνιον, παρὰ τὸν ποταμὸν ἔξω τῆς πόλεως λάθρα συνήγοντο οἱ δῆθεν θεοσεβεῖς. Οὐ γὰρ δὴ ἔνθα συναγωγὴ ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ηὔχοντο, ὥσπερ τόπον τινὰ ἀφορίζοντες· ἅτε σωματικώτεροι ὄντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων, ὅτε καὶ ὄχλον εἰκὸς συνελθεῖν. *Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ.* Ὅρα φιλόσοφον γυναῖκα· πρῶτον αὐτὸ C ἐμαρτύρησε, τὸ τὸν Θεὸν καλέσαι αὐτήν. Ἴδε καὶ τὸ ἄτυφον· γυνὴ ταπεινὴ αὕτη, καὶ ἀπὸ τῆς τέχνης πορφυροπῶλις, φησί· τοῦτ' ἔστι πορφυρόβαφα πωλοῦσα. Καὶ οὐκ αἰσχύνεται τὰ ἐπιτηδεύματα ὁ ἱστοριογράφος. Οὐκ εἶπε δὲ, Εἰ μεγάλην γυναῖκα, εἰ εὐλαβῆ κεκρίκατε, ἀλλὰ, *πιστὴν τῷ Κυρίῳ.* Εἰ τῷ Κυρίῳ, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν. Οὐ παρεκάλεσεν ἁπλῶς, ἀλλ' αὐτοὺς ἀφῆκε κυρίους εἶναι, εἰ καὶ ἠνάγκασε σφοδρῶς.

Ad *fluvium*. Hoc magis idcirco fiebat, ut extra urbem ad flumen clam convenirent nimirum Dei cultores, quod propter infrequentiam Judæorum non esset synagoga. Non enim utique ubi synagoga erat solummodo, verum etiam foris tanquam locum quemdam certum ac secretum diligentes, Judæi, ut qui corporeis rebus magis addicti essent, precabantur, ac die Sabbatorum, quando etiam par erat turbam convenire. *Si judicastis me Domino fidelem esse.* Vide mulierem sapientiæ studiosam. Primum ipsa testata est se a Domino fuisse vocatam. Vide item animi demissionem. Mulier humilis erat hæc, et arte purpuraria, inquit, id est purpura tinctos pannos vendens. Ac non pudet historiographum artem ac quæstum adjicere. Non dixit autem, Si me magnam mulierem, si religiosam esse existimatis: sed, *Domino fidelem.* Si Domino, multo magis vobis. Non rogavit simpliciter, sed ipsorum arbitrio rem permisit, etsi vehementer urgebat.

Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος ἀπαντῆσαι ἡμῖν· ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη.

Vers. 16. *Accidit autem nobis ad precationem euntibus ut ancillula quædam spiritu prædita Pythonis nobis obviam veniret, quæ dominis suis magnum* D *quæstum præstabat divinando.*

Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν, ἔκραξε [70] *λέγουσα· Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας.*

Vers. 17. *Hæc Paulum ac nos assectata clamabat ita: Isti homines servi summi Dei sunt, qui annuntiant nobis viam salutis.*

Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος καὶ ἐπιστρέψας, τῷ πνεύματι εἶπε· Παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.

Vers. 18. *Atque hoc complures dies faciebat. Quod cum Paulus moleste tulisset, conversus spiritui dixit: Præcipio tibi per nomen Jesu Christi, ut exeas ab ista: et emigravit eadem hora.*

Variæ lectiones et notæ.

[67] *Isc.* Φιλίππῳ, καὶ Κορνηλίῳ. [68] *In vulgatis est*, τῇ τε ἡμέρᾳ, *et paulo post*, παρὰ ποταμὸν, *absque articulo* τόν. [69] *In vulgatis est*, πορφυρόπωλις, *et paulo post*, ἤκουσεν. [70] *In vulgatis est*, ἔκραζε.

Vers. 19. *Conspicati autem domini ejus abisse spem quæstus sui, apprehensum Paulum et Silam traxerunt in forum ad magistratus,*

Vers. 20. *Cumque eos adduxissent ad prætores, dixerunt : Isti homines perturbant nostram urbem, cum sint Judæi.*

Vers. 21. *Et docent instituta, quæ non licet nobis suscipere, neque servare, qui sumus Romani.*

Spiritu prædita Pythonis. Quis est hic dæmon? Deus, inquit, Python, qui a loco ita dicebatur. Volebat autem tentationibus objicere. Atque aliter dicitur hæc Pythia, quæ mulier quædam erat, quæ sederet in tripode Apollinis diducens **128** crura : deinde sic malus spiritus qui ex infimo specu edebatur, ac per genitalia ejus subibat ac penetrabat, mulierem furore replere solebat. Atque illa crines solvens deinceps temulentorum atque bacchantium more furebat, et spumam ex ore emittebat ; atque ita quasi ebrietate correpta verba furiosa proferebat [a].

Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας·

Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, εἶπον· Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν, Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες.

Καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι, οὐδὲ ποιεῖν, Ῥωμαίοις οὖσιν.

Ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος. Τίς οὗτός ἐστιν ὁ δαίμων; Θεός, φησὶ, Πύθων, ἀπὸ τοῦ τόπου οὕτως [11] λεγόμενος. Ἐβούλετο δὲ εἰς πειρασμοὺς αὐτοὺς ἐμβαλεῖν. Καὶ ἄλλως λέγεται ἡ Πυθία αὕτη, γυνή τις οὖσα, ἐπικαθῆσθαι τῷ τρίποδι τοῦ Ἀπόλλωνος, διαιροῦσα τὰ σκέλη· εἶθ' οὕτως πνεῦμα πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν αὐτῆς μορίων διαδυόμενον, πληροῦν τὴν γυναῖκα τῆς μανίας· καὶ ταύτην τὰς τρίχας λύουσαν, λοιπὸν βαχχεύεσθαί τε καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφιέναι· καὶ οὕτως ἐν παροινίᾳ γινομένην, τὰ τῆς μανίας φθέγγεσθαι ῥήματα.

Variæ lectiones et notæ.

[11] *Isc.* οὕτως.

Scholion Laurentii Siphani.

[a] Operæ pretium me facturum esse putavi, si ad locum hunc diligentius explicandum ac melius intelligendum, nonnulla adjecerim ex Cicerone, Justino, Strabone et Diodoro Siculo collecta. Dæmon igitur iste apud gentiles alias Pythius, alias Delphicus Apollo vocabatur a Delphis, populo et civitate Phocidis, quæ alio nomine a Græcis ἡ Πυθὼ, et non nunquam ἡ Πυθὼν dicebatur. Ipse quoque dæmon ἡ Πύθων, ipsa mulier per quam oracula reddebat ἡ Πυθία et aliquando a poetis ἡ Πύθων, qui eo dæmone correpti instinctu illius futura præcinebant Πυθωνικοὶ, ludi quoque ac dies festi illic celebrari consueti. τὰ Πύθια appellabantur ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, id est, a sciscitando, quod in eo loco sciscitari, hoc est, consulere de futuris rebus homines dæmonem illum solerent. Nam quæ traduntur de Pythone dracone ab Apolline illic interfecto, fabulæ sunt, etiam ab ethnicis sanis certe scriptoribus irrisæ. Fuit in australi latere Parnassi montis locus in rupe undique impendenti, theatri forma, in vertice habens oppidum et templum cum oraculo, explens in circuitu stadia sexdecim, cui imminet Lycoria, in quo loco supra templum prius Delphi (ita populus et locus appellabatur) sedes habuerunt : sed postea juxta ipsum templum et circa fontem Castalium ipsa frequentia hominum, qui ad famam oraculi undique confluentes in eo saxo consederunt, civitatem effecit. Templum civitatemque non uare, sed præcipitia, nec manufacta, sed naturalia præsidia defendebant. Media saxi rupes in theatri formam, ut dictum est, recessit. Quamobrem et hominum clamor et quando accidit, tubarum sonus personantibus et resonantibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quam editur, redli solet : quæ res majorem majestatis terrorem ignaris rei et admiratione stupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine planitiem exignam fuisse aiunt, atque in ea profundum terræ foramen ac specum in ima parte concavum, sed ore non admodum lato : ex quo frigidus spiritus quodam quasi vento in sublime expulsus mentes hominum in furorem et vecordiam vertebat, impletasque dæmone responsa consulentibus dare cogebat. Cæterum fama obtinuit oraculum ipsum a capris inventum esse hoc modo : Nam cum in eo loco, ubi postea templi ὄδυτον fuit, terræ hiatus pateret, circumque eum pascentes capræ errarent, sæpe accidit ut ad cavernam illam capræ quædam propius accedentes et introspicientes miris quibusdam exsultationibus et voce prius eis insueta pastori suo admirationem concitarent, adeo ut et ipse spectatum ejus loci situm accesserit. Quo facto illum (quod et capris acciderat) perturbatio ingens invasit, ut illæ ea propemodum quæ divino furore correptis accidunt, paterentur; hic vero præterea futura quoque prædiceret. Qua commotione mentis quæ ad hiatum propius accedentibus oboriretur, apud homines illius regionis divulgata, complures illo tentandi gratia conveniebant, ac quicunque proprius accesserant, divino spiritu corripiebantur. Itaque re in admirationem versa, creditum est terrestre illud oraculum esse, et aliquandiu observatum ut consulturi de rebus suis ad hiatum illum se conferrent, et alter alteri responsa redderent. Sed cum multi furore correpti in præceps desilirent et interirent, qui eum locum tenebant, ne quisquam posthac ibi periclitaretur, instituerunt, ut femina vates ad omnium usum deligeretur, a qua prædictiones acciperentur, eique machina exstrueretur, in qua tuto tum divinitus afflari, tum consulentibus respondere posset; atque ea machina, quod tribus fulturis sustinebatur, τρίπους est appellata. Illuc igitur Pythia ascendens excepto spiritu oracula reddebat tum ligata tum soluta oratione ; sed ea, quæ soluta oratione reddiderat, versibus illigabantur a poetis quibusdam templi ministris. Vide Strabon. lib. IX, Justinum lib. XXIV, Diodorum item Siculum lib. XVI, ubi res gestas sexti anni regni Philippi Macedonis describit. Porro furorem divinum atque perturbationem Pythiarum et Sibyllarum pulchre describit Virgilius in sexto *Æneidos* his versibus :

Vestum erat ad limen, cum virgo poscere fata
Tempus, ait, Deus, ecce Deus. Cui talia fanti
Ante fores, subito non vultus, non color unus,
Non comptæ mansere comæ ; sed pectus anhelum

Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι, δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν. Ὦ μιαρὲ, εἰ οἶδας ὅτι ὁδὸν σωτηρίας καταγγέλλουσι, τί μὴ ἐξίστασαι ἐκείνων; Διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος. Ἀνεὶ τοῦ, κινηθεὶς καὶ δηχθεὶς· καὶ ἀληθῆ λέγουσαν ἐπιστομίσας αὐτὴν, διδάσκων ἡμᾶς μηδὲ τῇ ἀληθείᾳ συνηγορεῖν προσποιουμένους δέχεσθαι δαίμονας· ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀποτειχίζειν πλάνης ὁδὸν, καὶ ἀποφράττειν πρὸς τὰ παρ' αὐτῶν πάντα τὴν ἀκοήν. Εἰ γὰρ προσήκατο αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ὁ Παῦλος, πολλοὺς ἂν τῶν πιστῶν ἠπάτησε Τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐ προσήκατο, ἀλλὰ διέπτυσεν, οὐ βουλόμενος ἑαυτὸν ἐπιρρίπτειν τοῖς σημείοις· ὡς δὲ ἐπέμενε, τότε ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐξελθεῖν. Ὁ μὲν οὖν δαίμων κακούργως ἐποίει· οὗτος δὲ συνετῶς. Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν. Πανταχοῦ τὰ χρήματα αἴτια τῶν κακῶν. Ἐβουλεύοντο δαιμονᾷν τὸ κοράσιον, ὥστε χρηματίζεσθαι. Ὅρα ὅτι οὐδὲ τῷ δαίμονι αὐτοὺς προσέχοντας, ἀλλὰ πρὸς ἓν ὁρῶντας, τὴν φιλαργυρίαν. Ἐκεῖνος ἔλεγεν, ὅτι Δοῦλοί τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν· αὐτοὶ δὲ, ὅτι Ἐταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν. Ἐκεῖνος ἔλεγεν, ὅτι Καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας· οὗτοι, ὅτι Παραδιδόασιν ἡμῖν ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστι παραδέχεσθαι,

Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν, καὶ οἱ στρατηγοὶ περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν.

Πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς.

Ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς, ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.

Κατὰ δὲ [13] τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι, ὕμνουν τὸν Θεόν· ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι.

Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου· ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι πᾶσαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη.

Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν, ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους.

Ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ [13] Παῦλος, λέγων· Μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γὰρ ἐσμεν ἐνθάδε.

A *Isti homines summi Dei servi sunt.* O impure, si nosti illos viam salutis annuntiare, cur non abscedis ab illis? *Quod cum Paulus moleste tulisset.* Pro eo quod est, cum motus esset, cum ea res illum momordisset; atque etiam vera dicentem eam repressit, docens, nos ne veritati quidem patrocinari simulantes dæmones admittere, sed omnem illis fraudis auditum præcludere, et ad omnia quæ ab illis dicuntur, aures obturare debere. Nam si admisisset atque probasset ejus testimonium Paulus, multos fideles decepisset. Ac primum quidem non admisit, sed respuit; non enim volebat sese projicere signis, sed ut perseverabat, tum jussit illum emigrare. Ac dæmon quidem malitiosa faciebat: hic vero prudenter. *Conspicati autem domini ejus*
B *abiisse spem quæstus sui.* Ubique pecuniæ sunt causa malorum. Volebant puellam dæmone correptam **129** esse ut quæstum faceret, ac pecuniam conficeret. Vide illos ne dæmonem quidem curantes atque morantes, sed unum duntaxat, nempe pecuniæ studium et avaritiam spectantes. Ille dicebat: *Servi summi Dei sunt*; hi vero: *Perturbant nostram urbem.* Ille dicebat: *Annuntiant nobis viam salutis*; isti: *Tradunt nobis consuetudines, quæ non licet suscipere.*

Vers. 22. *Et plebs una coorta est adversus illos, ac prætores scissis vestibus suis jusserunt eos virgis cædi*

Vers. 23. *Cumque multas plagas illis inflixissent,*
C *conjecerunt eos in carcerem, carceris custodi mandantes ut diligenter eos et caute asservaret.*

Vers. 24. *Qui accepto tali mandato conjecit eos in carcerem interiorem, ac pedes illorum ligno constrinxit.*

Vers. 25. *Sed circiter mediam noctem Paulus et Silas precantes Deum collaudabant, atque exaudiebant illos vincti.*

Vers. 26. *Repente autem tantus exstitit terræ motus, ut fundamenta carceris concuterentur: apertæque sunt extemplo omnes januæ, et omnium vincula soluta sunt.*

Vers. 27. *Experrectus autem custos carceris, et*
D *conspicatus ostia carceris aperta, stricto gladio seipsum erat interfecturus, quia putabat aufugisse vinctos:*

Vers. 28. *Sed Paulus alta voce clamavit dicens: Ne quid tibimetipsi mali facias. Omnes enim hic sumus.*

Variæ lectiones et notæ.

[13] δὲ, *desideratur in manuscripto.* [13] *In vulgatis adjectus est articulus* ὁ, *et paulo post,* ἅπαντες γάρ ἐσμεν.

Et rabie fera corda tument, majorque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Jam propiore Dei.

Et paulo post:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse deum: tanto magis ille fatigat,
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

Sciendum est autem non apostolorum modo temporibus, verum etiam longe ante Christi adventum, Apollinem Pythium oracula Delphis edere desilsse; quemadmodum Cicero scribit in libris *De divinatione.* Postquam enim homines multa oracula reddita esse senserunt, quorum prædictis eventus non responderent, multa ambigua, multa adeo obscura, ut interpretatione egerent; paulatim auctoritas oraculorum contemni cœpit, et dæmones specus suos relinquere, et alia hospitia quærere coacti sunt.

VERS. 29. *Tum ille, cum lumen postulasset, intro prosilit, et tremore correptus, procumbit Paulo et Silæ ad pedes.*

VERS. 30. *Ac foras productis dicebat : Domini, quid me facere oportet, ut salvus sim ?*

VERS. 31. *Atque illi dixerunt : Crede in Dominum Jesum Christum, et salvus eris tu et familia tua.*

VERS. 32. *Et locuti sunt illi verbum Domini, et omnibus qui erant in ædibus ejus.*

VERS. 33. *Et cum cepisset eos in illa hora noctis, abluit a verberibus et plagis ; et baptizatus est ipse, et omnes domestici ejus et familiares extemplo.*

VERS. 34. *Cumque subduxisset eos in domum suam, apposuit illis mensam, ac lætatus est, quod cum tota familia sua Deo credidisset.*

Et plebs una coorta est adversus illos. Miracula atque doctrina Pauli opus erant : periculorum autem Silas quoque **130** particeps et socius est. Scito dæmones quoque scire Deum summum esse Jesum qui crucifixus est. Hujus igitur servus cum esset Paulus, affirmabat dicens : *Paulus servus Jesu Christi. Repente autem tantus exstitit terræ motus.* Terræ motus exstitit, ut ille expergisceretur. Januæ autem apertæ sunt, ut admiraretur id quod acciderat : sed hæc, nempe ostia aperta, vincti non videbant. Nam profecto fuga sibi consuluissent universi : sed ne videretur casu factus esse terræ motus, accidit præterea ut etiam januæ aperirentur, quæ res terræ motum illum testaretur. *Crede in Dominum, et salvus eris tu et familia tua.* Ne cum in carcere quidem esset, Paulus quiescebat : sed etiam illic carceris custodem in suam sententiam perduxit, atque præclaram illam captivitatem confecit. *Et cum cepisset eos in illa hora noctis, abluit illos a verberibus.* Illos quidem a verberibus lavit : ipse vero a peccatis ablutus est. *Ac lætatus est quod cum tota familia sua Deo credidisset.* Quanquam nihil erat, præterquam verba duntaxat ac bona spes.

VERS. 35. *Cæterum ubi diluxit, prætores miserunt lictores, qui dicerent : Dimitte homines istos.*

VERS. 36. *Et custos carceris detulit hæc verba ad Paulum, nempe, Prætores miserunt, qui juberent vos dimitti : nunc igitur egredimini, et salvi abite.*

VERS. 37. *Sed Paulus dicebat ad eos : Cæsos nos publice indemnatos, qui sumus cives Romani, conjecerunt in carcerem, et nunc clam nos ejiciunt ? Non ita : quin veniant ipsi, et nos educant.*

VERS. 38. *Renuntiaverunt autem lictores prætoribus verba hæc. Qui cum audivissent illos esse cives Romanos, territi sunt.*

A Αἰτήσας δὲ φῶτα, εἰσεπήδησε· καὶ ἔντρομος γενόμενος, προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ.

Καὶ προαγαγὼν [75] αὐτοὺς ἔξω, ἔφη· Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ ;

Οἱ δὲ εἶπον· Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν [76], καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου.

Καὶ ἐλάλησαν [77] αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα.

Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρέθηκε τράπεζαν· καὶ ἠγαλλιᾶτο πανοικὶ πε-
B πιστευκὼς τῷ Θεῷ.

Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν. Τὰ θαύματα καὶ τὴν διδασκαλίαν ὁ Παῦλος εἰργάσατο· τῶν κινδύνων δὲ καὶ ὁ Σίλας κοινωνεῖ. Γνῶθι ὅτι καὶ δαίμονες ἴσασι Θεὸν ὕψιστον ὄντα Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον. Τούτου οὖν δοῦλος ὑπάρχων ὁ Παῦλος, διεβεβαιοῦτο λέγων· Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ. — Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας. Ὁ σεισμὸς ἐγένετο, ὥστε ἀφυπνισθῆναι ἐκεῖνον· αἱ θύραι δὲ ἀνεῴχθησαν, ὥστε θαυμάσαι τὸ γεγονός. Ταῦτα δὲ οἱ δεσμῶται οὐχ ἑώρων· ἢ γὰρ ἂν ἔφυγον ἅπαντες. Ἵνα δὲ μὴ ζόξῃ ἀπὸ ταυτομάτου γεγενῆσθαι σεισμὸς, ἐπηκολούθησε καὶ τὸ ἀνοιχθῆναι τὰς θύρας ἐκείνῳ μαρτυροῦν. Πίστευσον ἐπὶ τὸν
C Κύριον, καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου. Οὐδὲ ἐν δεσμωτηρίῳ ὢν, ἡσυχάζει Παῦλος· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ τὸν δεσμοφύλακα ἦγε πρὸς ἑαυτὸν, τὴν καλὴν ταύτην αἰχμαλωσίαν ἐργασάμενος. Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν. Ἐκεῖνος [77] μὲν ἀπὸ τῶν πληγῶν ἔλουσεν· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἐλούσθη. Καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ. Καίτοι οὐδὲν ἦν, ἀλλὰ ῥήματα μόνον καὶ ἐλπίδες χρηστοί.

Ἡμέρας δὲ γενομένης, ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους λέγοντες· Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους.

Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τούτους πρὸς τὸν Παῦλον, ὅτι Ἀπεστάλκασιν οἱ
D στρατηγοὶ, ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόντες, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς· Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους [78], ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρᾳ ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν ; Οὐ γάρ· ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ, ἡμᾶς [79] ἐξαγαγέτωσαν.

Ἀνήγγειλαν δὲ τοῖς στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα. Καὶ ἐφοβήθησαν, ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι.

Variæ lectiones et notæ.

[75] *In manuscripto est,* προσαγαγών. [76] *In vulgat.* Χριστὸν, *desideratur.* [77] *In manuscripto est,* ἐλάλησεν. [77] *Isc.* ἐκείνους. [78] κατακοίτους, *erat.* [79] *In vulgatis desideratur,* ἡμᾶς.

Καὶ ἐλθόντες, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως.

Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς, εἰσῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν [80], *καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξῆλθον.*

Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς. Καὶ τῶν στρατηγῶν δηλωσάντων, ὁ Παῦλος οὐκ ἐξέρχεται· ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν Λυδίαν καὶ τοὺς ἄλλους, φοβεῖ αὐτοὺς, ἵνα μὴ νομισθῶσιν διότι ἠξίωσέ [81] τις ἀπολελῦσθαι. Ἔγκλημα δὲ ἐπῆγεν, ὅτι καὶ Ῥωμαίους, καὶ ἀκατακρίτους, καὶ δημοσίᾳ. Ὁρᾷς ὅτι καὶ ἀνθρώπινα κατεσκεύαζον πολλά; Ταῦτα δὲ εἶπεν ἵνα μὴ δόξῃ ὡς κατάδικος ἀπολύεσθαι καὶ ὡς ἡμαρτηκώς. Οὗτος [82] δὲ ὁ δεσμοφύλαξ οὗτός ἐστιν ὁ Στεφανᾶς ὃν μνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ, *Ἐβάπτισα*, λέγων, *καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον.* — *Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῆς φυλακῆς, εἰσῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν· καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξῆλθον.* Οὐ γὰρ ἔδει τὴν ξενοδόχον ἀφεῖναι ἐν ἀγῶνι καὶ μερίμνῃ· καὶ οὐκ ἠνέσχοντο δὲ ἐκδημῆσαι, καὶ ταῦτα παρὰ τῶν στρατηγῶν κατασπευδόμενοι, εἰ μὴ εἰσῆλθον πρὸς τὴν εὐτελῆ γυναῖκα, καὶ τοὺς λοιποὺς οὓς ἀδελφοὺς ἐκάλουν. Ὢ πόσην ἀτυφίαν εἶχον καὶ ἀγάπην!

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ Συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων.

Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ, εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ Σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν.

Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων [83] *πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε καὶ πρώτων οὐκ ὀλίγαι.*

Προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἀπειθοῦντες τῶν ἀγοραίων τινὰς [84] *ἄνδρας πονηροὺς καὶ ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἰάσονος* [85], *ἐζήτουν αὐτοὺς* [86] *ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον.*

Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα, καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας [87], *βοῶντες, ὅτι Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε* [88] *πάρεισιν.*

Οὓς ὑποδέδεκται [89] *Ἰάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι Ἰησοῦν.*

Vers. 39. *Et venerunt ac deprecati sunt eos, et eductos rogarunt ut exirent ex civitate.*

Vers. 40. *Egressi igitur ex carcere, diverterunt ad Lydiam, cumque vidissent fratres, consolati sunt eos ac discesserunt.*

Sed Paulus dicebat ad eos, etc. Etsi prætores mandarant, Paulus tamen non egreditur, sed tum propter Lydiam, tum propter reliquos fratres terret illos, ne existimarentur idcirco dimissi esse, quod aliquo deprecatore usi essent. Atque etiam crimen intentat illis quod et cives Romanos, et indemnatos, et publice verberassent. Videsne illos etiam humano more multa struxisse atque molitos esse? Hæc autem dixit, ne videretur dimitti tanquam condemnatus, et tanquam **131** maleficus. Porro carceris hic custos est Stephanas, cujus mentionem facit Paulus in prima ad Corinthios epistola, ubi dicit: *Baptizavi etiam Stephanæ familiam. Et egressi ex carcere, introierunt ad Lydiam, et visis fratribus consolati sunt eos, ac discesserunt.* Non enim oportebat eam, a qua hospitio excepti erant, relinquere in sollicitudine et ærumna. Atque etiam discedere noluerunt etsi a prætoribus urgebantur, nisi introiissent ad vilem mulierem, et ad reliquos quos fratres vocabant. O quanta præditi erant animi demissione atque charitate!

CAPUT XVII.

Vers. 1. *Cum transissent autem Amphipolin et Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.*

Vers. 2. *Ac pro consuetudine sua Paulus introivit ad illos, et ad Sabbata tria sermocinabatur eis ex Scriptis,*

Vers. 3. *Aperiens et exponens, ut oportuerit Christum affici supplicio et a mortuis resurgere. Et hic est, inquit, Christus Jesus, quem ego annuntio vobis.*

Vers. 4. *Et nonnulli ex illis crediderunt et se ad Paulum atque Silam aggregaverunt, et religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresque primariæ non paucæ.*

Vers. 5. *At Judæi qui non crediderant, æmulatione commoti, assumpserunt nonnullos circumforaneos homines improbos, et grege facto, civitatem excitato tumultu perturbabant: et adorti ædes Jasonis, conabantur eos ad plebem producere.*

Vers. 6. *Sed ut eos non invenerunt, trahebant Jasonem et nonnullos fratres ad rectores civitatis, clamantes: Hi, qui orbem terrarum concitarunt ac perturbaverunt, etiam hic adsunt,*

Vers. 7. *Quos hospitio excepit Jason. Atque isti omnes faciunt adversus Cæsaris decreta, dum dicunt alium esse regem Jesum.*

Variæ lectiones et notæ.

[80] *In vulgatis est,* εἰς τὴν Λυδίαν. [81] *Isc.* ἀξιώσαντός τινος, ἢ διότι ἠξίωσε τις. [82] *Videtur alterum* οὗτος *redundare.* [83] *In manuscripto desideratur,* Ἑλλήνων. [84] *In vulgatis est,* τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι. Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινάς. [85] *In vulgatis desideratur,* τοῦ, *ante* Ἰάσονος. [86] αὐτοῖς, *erat.* [87] *In manuscripto et hic, et paulo post est,* πολιτάρχους. [88] *In vulgatis est,* ἀναστατώσαντες οὗτοι, καὶ ἐνθάδε. [89] ὑποδέδεικται, *erat.*

VERS. 8. *Quibus auditis multitudinem et rectores civitatis perturbarunt :*

VERS. 9. *Et cum satis accepissent ab Jasone et reliquis, dimiserunt eos.*

Cum transissent autem Amphipolin. Parva quidem oppida prætereunt, et ad magnas urbes festinant, quod illinc ad finitimos verbum Dei dimanaturum esset. *Venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.* Quanquam dixerat : *Convertimus nos ad nationes externas,* non tamen deserebat hos : ingenti namque eorum desiderio tenebatur. *Disserebat autem ex Scripturis, patefaciens et* **132** *exponens, ut Christum oportuisset affici supplicio et a mortuis resurgere.* Ante omnia prædicat passionem atque supplicium Christi : noverat enim hoc esse salutare. *Et religiosorum Græcorum ingens multitudo.* Religiosos Græcos dicit eos, qui ex Judæis quidem erant, propterea quod legem servabant, sed Græce loquebantur, aut eos, qui de Græcis et gentilibus erant proselyti, et ascititii Judaicæque sectæ. *Et hi omnes faciunt adversus Cæsaris decreta, dum dicunt alium esse regem Jesum.* Et horum majores hoc crimini dabant Jesu, dum dicebant illum regem sese vocare. Verumtamen illi habere potuissent aliquam, ut apparet, rationem, qua facile deciperentur, propterea quod vivebat is qui accusabatur. Sed hi quodnam habebant refugium mendacii atque prætextum, dum dicebant : Jesum annuntiant regem, qui, ut ipsi putabant, mortuus erat, qui nunquam regibus terræ, ut quem prorsus non comparere videbant, poterat esse formidolosus ?

VERS. 10. *At fratres statim noctu Paulum et Silam Berræam emiserunt : quo cum venissent, in synagogam Judæorum se contulerunt.*

VERS. 11. *Hi autem erant generosiores, quam illi qui erant Thessalonicæ : quippe qui verbum Dei amplexi sunt cum summa animi promptitudine et alacritate, quotidie scrutantes Scripturas an hæc ita essent.*

VERS. 12. *Ac multi quidem eorum crediderunt, et Græcarum mulierum honestarum et virorum non pauci.*

VERS. 13. *Sed ut resciverunt Thessalonicenses Judæi etiam Berrææ verbum Dei annuntiatum esse a Paulo, illuc quoque venerunt turbas et multitudines concitatum.*

VERS. 14. *Tum vero fratres Paulum statim emiserunt, ut ad mare usque se conferret : sed Silas et Timotheus illic remanserunt.*

VERS. 15. *At illi qui Paulum producebant, duxerunt eum usque Athenas, et accepto mandato ad Silam et Timotheum ut quam celerrime venirent ad illum, discesserunt.*

Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχους. ἀκούσαντας [90] ταῦτα.

Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς.

Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν. Τὰς μὲν μικρὰς παρατρέχουσι πόλεις · ἐπὶ δὲ τὰς μείζους ἐπείγονται, ἐκεῖθεν μέλλοντος τοῦ λόγου διέρχεσθαι εἰς τὰς πλησίον · Ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων. Καίτοι εἰπὼν, Στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, οὐκ ἠφίει τούτους · πολὺν γὰρ εἶχε πρὸς αὐτοὺς πόθον. Διελέγετο δὲ ἀπὸ τῶν Γραφῶν [91] καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν. Πρὸ πάντων τὸ πάθος κηρύττει · ᾔδει γὰρ τοῦτο σωτήριον. Τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Σεβομένους Ἕλληνας [92], τοὺς ἐξ Ἰουδαίων μὲν ὄντας, Ἑλληνιστὶ δὲ φθεγγομένους διὰ τὸ φυλάττειν τὸν νόμον · ἢ τοὺς ἐξ Ἑλλήνων προσηλύτους, καὶ Ἰουδαίων ὑπάρχοντας. Καὶ οὗτοι πάντες ἀπέραντα τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι Ἰησοῦν. Καὶ οἱ τούτων πατέρες οὕτω κατηγόρουν τοῦ Ἰησοῦ, λέγοντες, ὅτι βασιλέα ἑαυτὸν καλεῖ. Πλὴν ἐκεῖνοι κἂν εἶχόν τινα κατὰ τὸ φαινόμενον εὐεξαπάτητον λόγον, διότι ἔζη ὁ κατηγορούμενος · οὗτοι δὲ ποίαν εἶχον ἀποφυγὴν τοῦ ψεύδους, λέγοντες, ὅτι Ἰησοῦν καταγγέλλοντες βασιλέα, τὸν κατ' αὐτοὺς ἀποθανόντα, περὶ οὗ οὐδέποτε εἶχον οἱ ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεῖς φοβηθῆναι, μὴ ὁρῶντες αὐτὸν ὅλως φαινόμενον ;

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέρροιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῆεσαν τῶν Ἰουδαίων.

Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθημέραν ἀνακρίνοντες τὰς Γραφὰς, εἰ ἔχει ταῦτα οὕτως.

Πολλοὶ μὲν οὖν [93] ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγων.

Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ ἐν τῇ Βερροίᾳ κατηγγέλη [94] ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες τοὺς ὄχλους.

Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ, πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.

Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν, καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξήεσαν.

Variæ lectiones et notæ.

[90] *In vulgatis est,* ἀκούοντας. [91] *Videtur desiderari dictio* διανοίγων. [92] *Locus corruptus et mutilus videtur.* [93] οὖν, *desideratur in manuscripto.* [94] κατηγγέλλει, *erat.*

Τὸ, *Εὐγενέστεροι*, ἀντὶ τοῦ, ἐπιεικέστεροι. Τὸ δὲ, *Καθημέρ ar ἀνακρίνοντες τὰς Γραφὰς, εἰ ἔχει ταῦτα οὕτως.* Οὐχ ὡς ἄπιστοι ἀνεζήτουν (ἦδη γὰρ ἦσαν πεπιστευκότες), ἀλλ' ὡς ἄμοιροι τῆς τῶν προφητῶν παραδόσεως· ὅπου γε μᾶλλον διὰ τούτου πιστότεροι ἐγίνοντο, ἐρευνῶντες τὰς Γραφὰς, καὶ εὑρίσκοντες τοῖς τῶν παλαιῶν προφητῶν λόγοις συνάδοντα τὰ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου πράγματα. *Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξέπεμψαν οἱ ἀδελφοὶ ἕως Ἀθηνῶν.* Οἰκονομικῶς ἔφευγον, οὐ δειλιῶντες; ἢ γὰρ [98] ἂν ἐπαύσαντο κηρύττοντες, καὶ οὐχὶ μᾶλλον παρώξυναν. Ἀλλ' ἐκ τούτου δύο ἐγίνετο· καὶ [ὁ] ἐκείνων θυμὸς ἐσβέννυτο, καὶ τὸ κήρυγμα ἐπεδίδου. Τὸν Παῦλον δὲ πέμπουσι μόνον· περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐδεδοίκεισαν μή τι πάθῃ, τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ὤν. Οὕτως οὐ πανταχοῦ ἡ χάρις ἐνήργει· ἀλλ' εἶα αὐτοὺς καὶ διυπνίζουσα καὶ εἰς μέριμναν ἐμβάλλουσα.

A Dictio *Generosiores* posita est pro humaniores, æquiores, moderatiores et honestiores. Quod autem dicit, *Quotidie investigantes atque scrutantes Scripturas an illa ita essent:* non ut increduli requirebant et investigabant, jam enim crediderant, sed ut expertes prophetarum traditionis. Quandoquidem potius hac ratione magis creduli evadebant dum scrutabantur Scripturas, et reperiebant ea, quæ fecit et administravit Dominus assumpta carne, cum scriptis veterum prophetarum consonare atque convenire. *Tum vero fratres statim Paulum emiserunt usque Athenas.* Certo Dei consilio atque **133** dispositione fugiebant, non periculi metu. Etenim prædicare desiissent, et non potius exacerbassent et irritassent: sed hinc duo eveniebant, et illorum iracundia restinguebatur et prædicatio promovebatur. B Paulum autem solum emittunt. Illi enim qui erat ipsum caput, et in quo summa rei consistebat, ne quid mali accideret metuebant. Ita non ubique gratia operabatur, sed sinebat eos tum expergefaciens, tum in sollicitudinem injiciens.

Ἐν δὲ [99] *ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν ἑαυτῷ* [97] *θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν.*

Vers. 16. *Cum autem Paulus illos Athenis expectaret, concitabatur spiritus ejus in ipso, quod videret simulacrorum cultui deditam esse civitatem*

Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ Συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας.

Vers. 17. *Sermocinabatur igitur in Synagoga cum Judæis et religiosis, et quotidie in foro cum iis, qui se forte illi obtulissent.*

Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων [98] *καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον* [99] *αὐτῷ, καὶ τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δὲ Ξένων δαιμόνων* [1] *δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι, ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο* [2] *αὐτοῖς.*

Vers. 18. *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi congrediebantur cum illo, ac nonnulli dicebant. Quid velit spermologus, id est, nugator et blatero iste* C *dicere? Alii vero peregrinorum inquiebant, Dæmonum videtur annuntiator esse quod Jesum et resurrectionem eis annuntiabat.*

Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον ἤγαγον λέγοντες· Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή [3]*;*

Vers. 19. *Cumque eum apprehendissent, duxerunt ad collem Martium dicentes: Possumus scire, quænam sit nova ista quæ abs te traditur doctrina?*

Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.

Vers. 20. *Nam peregrina quædam infers in aures nostras. Volumus igitur scire, quidnam ista sibi velint.*

Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον.

Vers. 21. *Cæterum Athenienses omnes et qui illic versabantur hospites nulli alii rei vacabant, præterquam ut dicerent aliquid et audirent novi.*

Παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Τὸ, *παρωξύνετο*, οὐκ ὀργὴν ἐνταῦθά φησιν. Ὀργῆς γὰρ καὶ ἀγανακτήσεως [4], πόρρω τὸ χάρισμα. Τί οὖν ἐστι, *παρωξύνετο*; Διηγείρετο· οὐκ ἔφερεν, ἀλλ' ἐτήκετο. *Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων* [5] *καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ.* Ἐπικούρειοί εἰσιν οἱ ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι τὰ πάντα· πρὸς οὓς καὶ μάλιστα τὸν λόγον ἀποτεινόμενος ὁ Παῦλος, φησίν· *Αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν· δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν πρό-*

D Concitabatur spiritus ejus, etc. Per verbum *concitabatur* non iram hic significat. Gratia namque [Dei] res longe aliena est ab ira atque indignatione. Quid igitur est id, quod dicit, *Concitabatur?* exstimulabatur, excitabatur, commovebatur, ferre non poterat, sed se macerabat. *Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi congrediebantur cum illo.* Epicurei sunt, qui omnia absque Dei providentia fieri dicunt. Adversus quos etiam Paulus potissimum orationem extendens dicit: *Qui ipse dat omnibus vitam, animam et halitum, qui definit et con-*

Variæ lectiones et notæ.

[98] *Isc.* ἢ γάρ. [99] *In manuscripto non est* δέ. [97] *In vulgatis est*, ἐν αὐτῷ. [98] *In manuscripto est*, Ἐπικουρίων, *et ita repetitur sæpius in scholio.* [99] *In vulgatis est*, συνέβουλον. [1] *In vulgatis est*, δαιμονίων, *in manuscripto*, δαιμόνων. [2] *In vulgatis est*, αὐτοῖς εὐαγγελίζετο. [3] *In manuscripto non est nota interrogationis post* διδαχή, *ut est in vulgatis.* [4] ἀναχτήσεως *scriptum erat initio; postea primæ duæ rubræ in margine adjectæ.* [5] Ἐπικουρίων, *erat, et* Ἐπικούριοι.

stituit tempora præscripta, certa atque destinata inquilinatus et habitationis eorum : quibus verbis Dei providentiam ostendit. Non deridebant eum philosophi ita loquentem : neque enim quidquam intelligebant eorum, quæ dicebantur. Qui enim potuissent quorum alii quidem Deum corpus esse, alii vero voluptatem beatitudinem esse dicebant? *Ac nonnulli dicebant : Quid velit spermologus dicere?* Spermologum, hoc sonat seminilegam seu frugilegam, aviculam aiunt esse vilissimam, quæ semina in triviis **134** dissipata colligere solita sit : cui qui inane supercilium tollunt et multum sibi placent, magnosque spiritus sumunt propter copiam et ubertatem dicendi philosophi, Paulum assimilabant. Sapientes enim viles vocant, inquit scriptor Proverbiorum. Quoniam igitur spermologus sive frugilega parva est avis, neque ad vescendum, neque ad delectandum idonea, viles homines spermologos appellabant. *Alii vero, Peregrinorum dæmonum, inquiunt, annuntiator esse videtur.* Etenim resurrectionem deam quamdam esse existimabant, ut qui etiam feminas colere solerent. Dæmonia namque deos suos vocabant. *Duxerunt eum ad collem Martium.* Non discendi causa, sed puniendi in eo loco ubi agebantur et cognoscebantur causæ homicidii. Martius autem collis vocabatur is locus, quoniam Mars illic, ut fama est, adulterii pœnas dedit. Πάγος autem locus est editus : nam in colle quodam erat illa curia. Notandum est autem illos, quanquam sermocinationibus et auditionibus dediti et addicti erant, tamen illa, quæ nunquam audiverant, peregrina ac nova putasse. Nam alioquin etiamsi prædicabat hominem cruci affixum fuisse, non novum erat quod dicebatur : sin autem Deum dicebat cruci affixum esse, et resurrexisse, revera nova atque peregrina loquebatur.

νοιαν· οὐ κατεγέλων αὐτοῦ οἱ φιλόσοφοι οὕτως αὐτοῦ φθεγγομένου· οὐδὲ γὰρ ἐνόουν τι τῶν λεγομένων. Πῶς γὰρ οἱ μὲν σῶμα τὸν Θεὸν λέγοντες· οἱ δὲ ἡδονὴν τὴν μακαριότητα; *Καί τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν;* Σπερμολόγον πτηνὸν εἶναί φασιν εὐτελέστατον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις κατεσκεδασμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν· ᾧ [8] ματαίαν αἴροντες ὀφρῦν ἐπὶ γλώττῃ πλατείᾳ, φρονοῦντές τε μέγα, παρείκαζον τὸν Παῦλον [7]. Τοὺς γὰρ σοφοὺς φαύλους καλοῦσι, φησὶ ὁ Παροιμιαστής. Ἐπειδὴ οὖν ὄρνεόν ἐστιν ὁ σπερμολόγος βραχὺ, καὶ οὔτε πρὸς βρῶσιν, οὔτε πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειον, τοὺς εὐτελεῖς σπερμολόγους ἐκάλουν. *Οἱ δὲ, Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι.* Καὶ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, Θεόν τινα εἶναι ἐνόμιζον, ἅτε εἰωθότες καὶ θηλείας σέβειν. Δαιμόνια γὰρ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἐκάλουν. *Ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον,* οὐχ ὅτι μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε κολάσασθαι, ἔνθα αἱ φονικαὶ δίκαι. Ἄρειος [8] δὲ πάγος ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὁ Ἄρης ἐκεῖσε τῆς μοιχείας [9], ὡς φασι, δέδωκε δίκας. Πάγος δὲ ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἐν γὰρ ὄχθῳ τινὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον. Σημειωτέον ὅτι, καίτοι ἐν τῷ λαλεῖν ἀσχολούμενοι καὶ ἀκούειν, ὅμως ξενίζοντα ἐνόμιζον εἶναι ἐκεῖνα, ἅπερ οὐδέποτε ἤκουσαν· ἄλλως τε δὲ καὶ εἰ ἄνθρωπον ἐκήρυττεν ἐσταυρῶσθαι, οὐ ξένον ἦν τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ Θεὸν ἔλεγεν ἐσταυρῶσθαι καὶ ἐγηγέρθαι, ὄντως ξενίζοντα ἐλάλει.

Vers. 22. *Stans autem Paulus in medio Martii collis, dicebat : Viri Athenienses, in omnibus vos fere video religiosiores esse.*

Vers. 23. *Transiens enim, et contemplans numina quæ colitis, reperi etiam aram cum hac inscriptione : Ignoto Deo. Quem igitur ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.*

Vers. 24. *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ sunt in eo, hic cum cæli terræque Dominus sit, non in manufactis templis habitat.*

Vers. 25. *Neque manibus hominum colitur, ut qui alicujus rei egenus sit, cum ipse omnibus vitam, animam et halitum atque omnia det.*

Vers. 26. *Fecitque ex uno sanguine omne genus hominum, ut in omni solo terræ habitarent, definivitque ac statuit tempora certa atque præscripta ac terminos habitationis eorum,*

Vers. 27. *Ut quærerent Dominum, si forte palpando et contrectando eum inveniant. Quanquam non procul abest ab unoquoque nostrum.*

Vers. 28. *Per eum enim vivimus et movemur et sumus, ut quidam etiam vestrorum poetarum dixerunt : nam hujus quoque progenies sumus.*

Σταθεὶς δὲ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου Πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.

Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος [10] ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ,

Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα [11].

Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους [12] καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τὰς κατοικίας αὐτῶν,

Ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν· καί γε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα.

Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Variæ lectiones et notæ.

[6] ὧ, *erat.* [7] παρεικάζοντες Παῦλον, *erat.* [8] ὅρειος, *erat.* [9] μοιχίας, *erat.* [10] *In vulgatis nonnullis est,* ὁ Κύριος. [11] V. C. *et* B. *legunt,* καὶ πάντα, *quam lectionem ego quoque sequor.* [12] *In vulgatis est,* προτεταγμένους.

Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.

A

Vers. 29. *Cum igitur simus Dei progenies, non debemus existimare auro, aut argento, aut lapidi arte et industria humana sculpto simile esse numen divinum.*

Ὡς δεισιδαιμονεστέρους. Δεισιδαίμων λέγεται ὁ δεδιὼς τὰ δαιμόνια, ὁ πάντα θειάζων, καὶ ξύλον, καὶ λίθον, καὶ πνεῦμα. Ὥσπερ ἐγκωμιάζειν αὐτοὺς δοκεῖ. Δεισιδαιμονεστέρους δὲ, ἀντὶ τοῦ, εὐλαβεστέρους· τοῦτο δὲ εἶπε διὰ τὸν βωμόν. Ἀνειστήκει δὲ αὐτοῖς ὁ βωμὸς ἐκ τοιαύτης αἰτίας· Πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις ποτὲ συνερράγη πρὸς ἐναντίους· εἶτα πράξαντες κακῶς ἀνεχώρησαν. Καὶ ἐπειδὴ παίζειν αὐτοὺς τοῖς δαίμοσιν ἔθος ἦν, τῶν δαιμόνων τις ἐπιφανεὶς, οὐδεπώποτε ἔφη παρ' αὐτῶν τεθεραπεῦσθαι· κἀκεῖνος αὐτοῖς ὀργισθεὶς, τῆς ἥττης ταύτης αἴτιος γεγενῆσθαι. Ἐκείνῳ τε οὖν ἀνίστησαν [13] ναόν· καὶ ὡς φυλαττόμενοι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ Θεὸν ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον ἐπιγράφοντες· *Ἀγνώστῳ Θεῷ*· τοῦτο λέγοντες, ὅτι, Εἰ καί τις ἕτερος ἀγνοοῖτο παρ' ἡμῶν, εἰς τιμὴν ἐκείνου οὗτος ὁ βωμὸς ἐγηγέρθω, ὡς ἂν ἵλεως ἡμῶν [14] εἴη, εἴπερ ἀγνοούμενος ὢν μὴ θεραπεύοιτο. Ἦν δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφή· *Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης· Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. — Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν.* Εὗρεν ἐν τῇ πόλει οὐχὶ βιβλίον θεῖον, ἀλλὰ βωμὸν ἑστηκότα· καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ βωμοῦ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Τί γὰρ ἔδει ποιῆσαι αὐτόν; Ἕλληνες πάντες ἦσαν ἀσεβεῖς. Εἰ ἀπὸ Εὐαγγελίων διηλέχθη αὐτοῖς, κατεγέλων· ἀπὸ προφητῶν, οὐκ ἐπίστευον. Ἀπὸ τῶν ὅπλων οὖν τῶν πολεμίων αὐτὰ ἐχειρώσατο· καὶ τοῦτο ἐστιν ὃ λέγει· *Ἐγενόμην τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος.* Εἶδε τὸν βωμὸν, καὶ μετέστησε τὰ γράμματα πρὸς ἑαυτόν· μᾶλλον δὲ τὸ νόημα τούτων μετέθηκεν. Ἐγέγραπτο, φησὶν, ἐν τῷ βωμῷ· *Ἀγνώστῳ Θεῷ.* Τίς δὲ ἦν ἄλλος ἀγνοούμενος Θεὸς, ἀλλ' ἢ ὁ Χριστός; Τί οὖν; οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν τοῦτο; Εἰ διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστὸν τὸ κατόρθωμα Παύλου. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἄλλως; ἔγραψαν· οὗτος δὲ ἴσχυσεν ἄλλως; αὐτὸ μεταβαλεῖν. Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνοι ἔγραψαν· *Ἀγνώστῳ Θεῷ.* Πολλοὺς εἶχον θεοὺς ἐκεῖνοι, καὶ ἐπιχωρίους καὶ ξένους. Τούτους τοίνυν τοὺς μὲν παρὰ μητέρων εἶχον δεξάμενοι· τοὺς δὲ, ἀπὸ τῶν πλησίων ἐθνῶν. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς πάντας ἐδέξαντο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν εἰσηνέχθησαν αὐτοῖς· οἱ μὲν, ἐπὶ τῶν πατέρων, οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν πάππων, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς αὐτῶν, συνελθόντες εἶπον, ὅτι, Ὥσπερ τούτους ἠγνοοῦμεν, εἶτα ὕστερον αὐτοὺς ἐγνωρίσαμεν, οὕτω συμβαίνει καὶ ἄλλον εἶναι ἀγνοούμενον, καὶ ὄντα μὲν Θεὸν, οὐ γνωριζόμενον δὲ ὑφ' ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο λανθάνει ἀμελούμενος καὶ μὴ θεραπευόμενος. Ἔστησαν οὖν βωμὸν, καὶ ἐπέγραψαν· *Ἀγνώστῳ Θεῷ*· τοῦτο λέγοντες διὰ τοῦ γράμματος, ὅτι Καὶ εἴτις ἐστὶ Θεὸς

B

C

D

135 *Fere religiosiores.* Δεισιδαίμων dicitur is, qui timet dæmonia, qui omnia pro numine colit et veneratur, et lignum, et lapidem, et spiritum. Quasi laudare eos videtur. Δεισιδαιμονεστέρους autem, id est, dæmonia timentes, posuit pro *religiosores :* hoc autem dixit propter altare. Porro altare exstructum fuerat ab illis ex hujusmodi causa : Prælio quondam conflixerant Athenienses cum adversariis : deinde accepta clade recesserant. Et quoniam ludos dæmonibus celebrare consueverant, quidam dæmon cum apparuisset, nunquam ab illis se cultum esse dicebat : ac sese illis iratum mali prælii illius auctorem et causam fuisse. Itaque et illi delubrum exstruxerunt : et ut cavendi ne quando alias quoque, quod aliquem incognitum sibi Deum præteriissent ac neglexissent, idem ipsis accideret, exstruxerunt illud altare, inscribentes : *Ignoto Deo :* hoc significantes, Etiamsi quis alius a nobis ignoretur, in honorem illius hoc altare exstructum esto, ut nobis propitius sit, si cum nobis incognitus sit non colatur. Erat autem aræ tota inscriptio hæc : *Diis Asiæ, Europæ et Libyæ : Deo incognito ac peregrino. — Cum transirem enim et contemplarer numina quæ colitis.* Invenit in urbe non librum divinum, sed aram stantem : atque occasione sumpta ab altaris inscriptione, altare demolitus est. Quid enim illum facere oportebat? Græci omnes erant impii et veri Dei cultus expertes. Si ab Evangeliis sumpto argumento verba ad eos fecisset, derisissent : si a prophetis, non credidissent. Armis igitur hostium ipsa arma subegit ; atque hoc est quod dicit : *Fui legis expertibus et impiis tanquam impius et legis expers.* Vidit altare, et ad suum usum scripta traduxit : imo vero sententiam illorum traduxit et invertit. Inscriptum, inquit, altari erat , *Ignoto Deo.* Quis autem erat alius Deus qui ignorabatur, præterquam Christus? Quid igitur? an Athenienses propter Christum scripserant hoc? Si propter Christum scripsissent, non adeo mirandus esset rei a Paulo inceptæ prosper successus. Verum illi quidem aliter scripserant : hic vero potuit scriptum aliter traducere atque immutare. Necesse est autem dicere, cujus rei gratia illi scripserant, *Ignoto Deo.* Multos illi deos habebant tum patrios atque domesticos, tum hospites ac peregrinos. Hos igitur partim quidem a matribus acceptos habebant, partim vero a finitimis nationibus. Quoniam ergo non omnes ab initio acceperunt, sed paulatim ab iis introducti erant, alii quidem ætate patrum, alii vero tempore avorum, alii ipsorum ætate, congregati dixerunt : Quemadmodum hos ignorabamus, deinde postea eos cognovimus , ita accidere potest ut etiam alius ignoretur,

Variæ lectiones et notæ.

[13] *Isc.* ἀνέστησαν. [14] ἡμῖν *Isc.*

qui Deus quidem sit, sed nobis incognitus, et id- A
circo nos fallat, dum negligitur et non colitur. Statuerunt igitur altare et inscripserunt, *Ignoto* **136** *Deo :* hoc scripto illo significantes : Etiamsi quis alius est Deus nobis incognitus, illum quoque colemus. Animadverte immensum et excellentem dæmonum metum. Idcirco Paulus dicebat : *In omnibus fere ad timorem dæmonum propensiores vos esse video*, hoc est, *religiosiores*. Non enim vobis notos dæmones solos colitis, verum etiam vobis nondum notos. Itaque cum captiose sententiam altaris inscriptionis interpretatus esset, accommodavit eam ad Christum. *Quem enim ignorantes vos colitis, hunc ego annuntio vobis.* His verbis illum erant insimulaturi Athenienses : Novam atque peregrinam doctrinam introducis, Deum quem ignoramus introducis. B
Cum igitur vellet liberari suspicione atque docere se non peregrinum Deum prædicare, sed quem ipsi antea colendo honorassent, Vos, inquit, me prævenistis, vester cultus meæ prædicationi antevertit : hunc enim annuntio, quem vos ignorantes colitis. *Deus qui fecit mundum.* Unum verbum prolocutus est, quo omnia philosophorum dogmata atque sententias subvertit. Nam Epicurei quidem res fortuitas esse aiunt, et ex atomis, hoc est, ex individuis corpusculis effici : hic vero Dei opus mundum esse ait, et omnia quæ sunt in eo. *Non in manufactis templis habitat.* Ne existimarent unum de multis esse Deum, qui ab eo prædicabatur, quod dixerat corrigit, subjungens, *Non in manufactis templis habitat*, sed in animo humano. Quid igitur? annon C
habitabat in templo Jerosolymorum? Nequaquam, sed operabatur ac vim suam exercebat, et in actum proferebat. Qui igitur manibus hominum colebatur apud Judæos? Non manibus, sed mente : quoniam illa hic non desiderabat quasi alicujus rei egenus : *Num vescar*, inquit, *carnibus taurorum?* etc. — *Nulla re indigens, cum ipse det omnibus vitam et halitum.* Duo ponit deitatis certa argumenta, nimirum quod et ipse nulla re indigeat, et omnibus omnia præbeat. Ecce autem etiam animæ illum conditorem facit, non genitorem. *Definivitque ac statuit tempora certa atque præscripta.* Definivit ac præscripsit ut quærerent Deum : verum non semper hoc præscripsit, sed certis atque præscriptis temporum vicissitudinibus, ostendens eos nunc, cum non quæsivissent, invenisse. Quoniam enim quæsitum non invenerant, ostendit illum ita fuisse manifestum, ut si aliqua res in medio posita contrectetur. Non enim hic quidem cœlum erat, alibi autem non : neque in hoc quidem tempore erat, in alio vero non. Itaque et in omni tempore, et in omni termino ac limite poterat inveniri : ita rem disposuit et administravit, ut neque loco neque tempore prohiberetur. Hoc enim ipsum maxime eos adjuvabat, quod ubique cœlum est, et quod in omni tempore stat.

ἕτερος ἀγνοούμενος ἡμῖν, κἀκεῖνον θεραπεύσομεν. Ὅρα ὑπερβολὴν δεισιδαιμονίας. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔφη· *Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ*, ἀντὶ τοῦ, *εὐλαβεστέρους*· οὐ γὰρ τοὺς γνωρίμους ὑμῖν δαίμονας θεραπεύετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὔπω γνωρισθέντας ὑμῖν. Καὶ αἰχμαλωτίσας τὸ νόημα, ἐπέστησεν αὐτὸ ἐπὶ τὸν Χριστόν. *Ὃν γὰρ ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε ὑμεῖς, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.* Ἔμελλον ταῦτα ἐγκαλεῖν Ἀθηναῖοι, ὅτι, Ξενίζοντα δόγματα εἰσφέρεις· ὅτι, Θεὸν ὃν οὐκ ἴσμεν, εἰσφέρεις. Βουλόμενος οὖν ἀπαλλαγῆναι τῆς ὑποψίας καὶ διδάξαι ὅτι οὐ ξένον κηρύττει Θεὸν, ἀλλ' ὃν προλαβόντες αὐτοὶ διὰ τῆς θεραπείας ἐτίμησαν, Ὑμεῖς με προελάβετε, φησὶν, ἔφθασεν ὑμῶν ἡ θεραπεία τὸ ἐμὸν κήρυγμα· τοῦτον γὰρ καταγγέλλω, ὃν ὑμεῖς ἀγνοοῦντες θεραπεύετε. *Ὁ Θεὸς ποιήσας τὸν κόσμον*, μίαν φωνὴν ἐφθέγξατο, δι' ἧς πάντα κατέστρεψε τὰ τῶν φιλοσόφων. Οἱ μὲν γὰρ Ἐπικούριοι [18] αὐτόματά φασι καὶ ἀπὸ ἀτόμων· οὗτος δὲ, ἔργον φησὶ Θεοῦ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. *Οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ.* Ἵνα μὴ νομίσωσιν ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι Θεὸν τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενον, διορθοῦται ἐπάγων· *Οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ*, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. Τί οὖν; Οὐ κατῴκει ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἱεροσολύμων; Οὐ δῆτα, ἀλλ' ἐνήργει. Πῶς οὖν ἐθεραπεύετο ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων παρὰ Ἰουδαίοις; Οὐχ ὑπὸ χειρῶν, ἀλλ' ὑπὸ διανοίας· ἐπεὶ ἐκεῖνα οὐκ ἐζήτει οὗτος ὡς προσδεόμενος. *Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων;* φησὶ, καὶ τὰ ἑξῆς. — *Μὴ προσδεόμενός τινος αὐτὸς δίδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοήν.* Δύο τεκμήρια Θεότητος, τὸ αὐτόν τε βηδενὸς δεῖσθαι, καὶ πᾶσι πάντα παρέχειν. Ἰδοὺ δὲ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὸν δημιουργὸν ποιεῖ, οὐ γεννήτορα. *Ὁρίσας προστεταγμένους καιρούς.* Ὥρισε ζητῆσαι τὸν Θεόν· ἀλλ' οὐ διαπαντὸς τοῦτο ὥρισεν, ἀλλὰ [16] προστεταγμένους καιρούς· δεικνὺς ὅτι νῦν οὐχὶ ζητήσαντες εὗρον· ἐπειδὴ γὰρ ζητήσαντες οὐχ εὗρον, δείκνυσιν ὅτι οὕτως ἦν φανερῶς [17], ὥσπερ ἂν εἰς μέσον τι ψηλαφώμενος. Οὐ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ἦν οὐρανὸς, ἀλλαχοῦ δὲ οὔ· οὐδὲ ἐν τούτῳ μὲν ἦν τῷ χρόνῳ, ἄλλῳ δὲ οὔ. Ὥστε καὶ κατὰ πάντα καιρὸν καὶ κατὰ πᾶσαν ὁρθεσίαν δυνατὸν εὑρεῖν αὐτόν· οὕτως ᾠκονόμησεν, ὥστε μήτε τόπῳ κωλύεσθαι μήτε χρόνῳ. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο μάλιστα αὐτοῖς συνεβάλλετο τὸ πανταχοῦ εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ ἐν παντὶ χρόνῳ ἑστάναι. Οὕτως ἐγγύς ἐστι, φησὶν, ὡς χωρὶς αὐτοῦ μὴ ζῆν. *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν.* Ὥσπερ ἐν σωματικῷ ὑποδείγματι [18] ἀδύνατον ἀγνοῆσαι ἀέρα πανταχοῦ κεχυμένον, καὶ οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἡμῖν ὄντα. Τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ λέγει καὶ τὴν συγκρότησιν, τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ, τὸ ἐνεργεῖν, τὸ μὴ ἀπολέσθαι. *Ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν.*

Variæ lectiones et notæ.

[18] *Isc.* Ἐπικούρειοι. [16] *Videtur desiderari* κατά. [17] *Isc.* φανερός. *Et* ψηλαφῶμεν *aut* ψηλαφώμενον. [18] *Videtur desiderari*, διδάσκει, παρίστησιν, *aut simile quid.*

Ἄρατος μὲν ὁ σοφὸς περὶ τοῦ Διὸς εἶπε· *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*· οὗτος δὲ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ αὐτὸ λέγει, οὐ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λέγων, μὴ γένοιτο! Ἀλλὰ τὸ κυρίως ἐπ' αὐτῷ [19] λέγων· ἐπεὶ καὶ βωμὸν τούτου εἶπεν, οὐκ ἐκείνου οὗ ἔσεβον. Γένος τοῦ Θεοῦ εἶπεν ἡμᾶς, τουτέστιν οἰκείους ἐγγυτάτους· ἐπειδὴ ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Θεὸς εὐδόκησε τεχθῆναι ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, Οὐκ ὀφείλετε χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ τὸ θεῖον νομίζειν εἶναι ὅμοιον, ἀλλὰ ταπεινότερον τούτου, *Οὐκ ὀφείλομεν*. Ὅρα δὲ πῶς τὸ ἀσώματον εἰσήγαγεν. Ἡ γὰρ διάνοια, ὅταν ὑποπτεύσῃ σῶμα, καὶ διάστημα ὑπονοεῖ.

A Adeo prope est, inquit, ut **137** absque illo vivere non possimus. *Per ipsum enim vivimus et movemur et sumus.* Quasi corporea similitudine atque exemplo ostendit fieri non posse, ut aer qui ubique fusus, ac non procul ab unoquoque nostrum, imo vero qui etiam in nobis est, ignoretur. Providentiam illius significat, et conflationem atque exercitationem, nempe quod ab illo simus creati, quod ab illo proficiscatur efficientia et actus, quod non pereamus. *Ut etiam quidam vestri poetæ dixerunt.* Aratus quidem ille sapiens de Jove dixit: *Illius enim sumus progenies:* sed hic id dicit de Creatore, non eumdem significans, quem ille. Absit! sed id quod proprie de Deo dici convenit, significans quoniam etiam altare hujus dicit, non illius quem colebant. Progeniem Dei nos esse dixit, hoc est, cognatos proximos: quoniam ex genere nostro Deo visum est nasci in terra. Non dixit autem, Non debetis existimare numen divinum simile esse auro aut argento: sed quod humilius est quam hoc, nempe *Non debemus.* Vide autem ut introduxerit id quod est incorporeum. Mens enim cum corpus esse putat, etiam intervallum esse arbitratur.

Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, ταῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν.

B Vers. 30. *Ac tempora quidem istius ignorantiæ cum Deus usque hoc tempus dissimularit, nunc omnibus, qui ubique sunt, hominibus denuntiat, ut ad sanitatem revertantur.*

Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ἐν Ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παράσχων πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

Vers. 31. *Propterea quod statuit diem, in quo juste judicaturus est orbem terrarum per Virum quem huic negotio destinavit, fidemque fecit omnibus, dum illum ex mortuis resuscitavit.*

Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.

Vers. 32. *Audita autem resurrectione mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt: Audiemus te rursus de hac re.*

Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.

Vers. 33. *Atque ita Paulus exivit de medio eorum.*

Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς Διονύσιος [20] ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

C Vers. 34. *Sed quidam viri sese illi adjunxerunt atque crediderunt: in quorum numero erat Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum illis.*

Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας. Οὐ περὶ τῶν ἀπελθόντων λέγει, ἀλλ' οἷς παραγγέλλει [21]· οἷς οὐκ εἶπε, παρεῖδεν. Οὐ λέγει δὲ, Ἑκόντες ἐκακουργήσατε, ἀλλ', Ἠγνοήσατε. Παραγγέλλει γοῦν, οὐκ ἀπαιτεῖ κόλασιν, ὥσπερ ἀξίους ὄντας κολάσεως· ἀλλὰ τανῦν καλεῖ πρὸς μετάνοιαν. *Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην.* Ἀναγκαίως, φησὶ, κρίσιν κατὰ πασῶν πράξεων καὶ διαλήψεων ποιήσει ἐν Ἀνδρὶ, ὃν ὥρισεν ἔσεσθαι κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἀνθρωπήσας Κύριος. Μεγάλα δὲ καὶ ὑψηλὰ ἀκούσαντες, οὐδὲ προσεῖπον, ἀλλὰ τὴν ἀνάστασιν ἐχλεύαζον. Ψυχικὸς γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος, *οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος.* — *Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.* Οὕτω, πῶς; Τοὺς μὲν πείσας, ὑπὸ δὲ τῶν γελώμενος. *Τινὲς δὲ ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης.* Ἔξω τῆς πόλεως ἦν τὸ κατ' Ἄρειον Πάγον δικαστήριον. Ἐδίκαζον οὖν, Ἀρεοπαγῖται περὶ τῶν σφαλμάτων πάντων καὶ ἀνομιῶν. Διὰ τοῦτο ἅτε ξένων δαιμονίων καταγγελέα τὸν Παῦλον πρὸς τὴν ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴν ἕλκουσιν·

D Ac *tempora quidem istius ignorantiæ*, etc. Non de mortuis loquitur, sed de iis, quibus denuntiat Deus. Ὑπεριδών, id cum despexerit, cum dissimularit, non dixit, παρεῖδεν, id proprie significat, perperam vidit, allucinatus est, dum aliud pro alio videndo accipit, quod de Deo suspicari absurdum est et alienum. Non dicit autem, Sponte ac voluntate vestra atque consulto peccastis et malefici fuistis, sed, *ignorastis quid fuerit faciendum.* Denuntiat igitur, non pœnas expetit, tanquam a supplicio dignis: sed nunc invitat ad pœnitentiam, ad saniorem mentem, et ut vos ad frugem bonam recipiatis. *Propterea quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem terrarum.* Necessario, inquit, judicium de omnibus factis atque cogitatis **138** faciet per Virum, quem destinavit judicem vivorum et mortuorum: is autem est Dominus, qui homo factus est. Cæterum cum magna atque sublimia audissent, ne alloquio quidem illum dignati sunt, sed ressurrectionem deridebant. Animalis enim, inquit, homo non probat neque amplectitur spiritualia. *Atque ita Paulus exi-*

Variæ lectiones et notæ.

[19] *Videtur locus corruptus.* [20] *In vulgatis est,* ἐν οἷς καὶ Διονύσιος. [21] *Videtur locus mutilus, ac desiderari,* ὑπεριδὼν, *aut simile quid.*

vit de medio illorum. Ita. Quomodo? Alios quidem persuasos et in suam sententiam adductos relinquens, ab aliis vero derisus. *Quidam autem crediderunt, in quibus erat etiam Dionysius Areopagita.* Extra urbem curia erat in colle Martio. Cognoscebant igitur Areopagitæ de omnibus fraudibus ac maleficiis. Idcirco Paulum utpote peregrinorum dæmoniorum annuntiatorem, ad curiam atque senatum Martii collis trahunt: sed cum tunc divinus Dionysius in collegium Areopagitarum pro judice cooptatus esset, veritati evangelicæ hoc tribuit, ut contra eam pronuntiare nollet. Et cum valedixisset ac renuntiasset stultæ Areopagitarum severitati, illuminationem Evangelii amplectebatur. Nam etsi Romani tunc rerum potiebantur, tamen Athenas et Lacedæmona liberas reliquerunt: unde etiam tunc apud Athenienses judicium quoque Areopagitarum exercebatur. Atque initiatur quidem et imbuitur Dionysius salutari doctrina per Paulum, sed eruditur et instituitur, tanquam puer a magistro, ab Hierotheo maximo.

A ἀλλ' ἐν τοῖς Ἀρεοπαγίταις τότε τελῶν, ἅτε δικαστής, ὁ θεῖος Διονύσιος, ἀδίκαστον ἀπένεμε τῇ ἀληθείᾳ τὴν ψῆφον· καὶ ἐρρῶσθαι φράσας τῇ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἀνοήτῳ σεμνότητι, τοῦ φωτίσματος εἴχετο. Κἂν γὰρ Ῥωμαῖοι τότε ἐκράτουν, ἀλλ' οὖν αὐτονόμους ἀφῆκαν Ἀθήνας καὶ Λακεδαίμονα [22]. Ὅθεν ἔτι καὶ παρ' Ἀθήναις [23] καὶ [24] κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας ἐπολιτεύετο. Καὶ τελεῖται μὲν τὰ τῆς σωτηρίας δόγματα διὰ Παύλου· παιδεύεται δὲ διδασκάλως ὑπὸ Ἱεροθέῳ [25] τῷ μεγίστῳ.

CAPUT XVIII.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Vers. 1. *Posthæc autem Paulus, relictis Athenis, venit Corinthum:*

Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον.

Vers. 2. *Atque illic nactus quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum natione, qui recens venerat ex Italia, et Priscillam ejus uxorem, propterea quod Claudius Cæsar jusserat omnes Judæos excedere Roma, accessit ad eos,*

Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ Ἰταλίας [26], καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ προστεταχέναι [27] Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης), προσῆλθεν αὐτοῖς,

Vers. 3. *Et quia eamdem artem noverat, mansit apud illos et artem exercebat: erant enim arte tentoriorum confectores.*

Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμεινε [28] παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.

Vers. 4. *Sermocinabatur autem in Synagoga omni die Sabbati, ac suadebat Judæis et Græcis.*

Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν Σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας.

Vers. 5. *Ut autem Silas et Timotheus descenderunt de Macedonia, Paulus Spiritu concitabatur, testificans Judæis Christum esse Jesum.*

C *Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.*

Vers. 6. *Cumque illi sese opponerent ac verbis divinam majestatem læderent, excussis vestimentis suis dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. Purus ego posthac ad nationes extraneas proficiscar.*

Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.

Venit Corinthum. Corinthum a Spiritu **139** ducebatur, in qua urbe manere eum oportebat. Nam Athenienses etsi peregrinarum ac novarum auditionum studiosi, tamen non attendebant, nec curabant doctrinam salutarem. Non enim huic rei studebant, sed ut semper haberent aliquid quod dicerent. Satis igitur esse Paulo visum est, si illic semina dejiceret. *Propterea quod Claudius imperaverat.* Nam Nerone quidem imperante, Paulus propter Christum supplicio affectus et martyrio consecratus est: Claudii vero tempore bellum adversus Judæos conflabatur et excitabatur, et Roma, tanquam homines pestiferi, Judæi pellebantur. Idcirco divina voluntate atque dispositione accidit, ut hic vinctus illuc abduceretur, ne tanquam Judæus expelleretur. *Et quia Aquila erat ejusdem artificii, mansit apud eum et artem exer-*

Ἦλθεν εἰς Κόρινθον. Εἰς Κόρινθον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἦγετο, ἐν ᾗ μένειν ἔδει. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ξένης ὄντες ἀκροάσεως ἐρασταί, ὅμως οὐ προσεῖχον. Οὐ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον, ἀλλ' ὥστε ἀεί τι ἔχειν εἰπεῖν. Ἱκανῶς οὖν ἔχειν ἔδοξε τῷ Παύλῳ, τὸ καταβάλλειν τὰ σπέρματα [29]. Ἐπὶ μὲν γὰρ Νέρωνος, ἐτελειώθη ὁ Παῦλος· ἐπὶ δὲ Κλαυδίου, ἀνερρίπιζετο ὁ πρὸς Ἰουδαίους πόλεμος, καὶ ἀπὸ Ῥώμης ὡς λυμεῶνες ἠλαύνοντο. Διὰ τοῦτο οἰκονομεῖται τοῦτον ὡς D δέσμιον ἀπαχθῆναι ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὡς Ἰουδαῖος ἀπελαύνηται. *Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι τὸν Ἀκύλαν, ἔμεινε παρ' αὐτῷ καὶ εἰργάζετο.* Διὰ τοῦτο μένει ὡς ἐπιτήδειον εὑρὼν καταγώγιον. Πολλῶν γὰρ αὐτῷ τῶν βασιλείων [30] ἐπιτηδειότερον ἦν, ὥσπερ καὶ τῷ ἀθλητῇ ἡ παλαίστρα τῶν ἀπαλῶν στρωμάτων μᾶλλον χρήσιμος, καὶ τῷ πολεμιστῇ τὸ ξίφος;

Variæ lectiones et notæ.

[22] Λακεδαίμον, *erat.* [23] *Ισ.* παρ' Ἀθηναίοις. [24] *Locus mutilus videtur, ac desiderari,* τὸ δικαστήριον. [25] *Ισ.* Ἱεροθέου τοῦ μεγίστου. [26] *In vulgatis est,* ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. [27] *In manuscripto erat,* προσταχθέναι· *ισ.* προστεταχέναι. [28] *In vulgatis,* ἔμενει. [29] *Videntur hic repetenda esse verba Lucæ,* διὰ τὸ προστεταχέναι Κλαύδιον. [30] βασιλειῶν, *erat.*

τὸ σιδηροῦν, ἀλλ' οὐ τὸ χρυσοῦν. *Ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια εἶπε πρὸς αὐτούς.* Ὥστε μὴ ῥήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγματι φοβῆσαι· *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν.* Ἀσαφές ἐστι τὸ ῥητόν. Οἶμαι δὲ αὐτὸν τοῦτο λέγειν· Ἕκαστος τῶν ἀποστατούντων Χριστῷ [31], ὃς ἐστι ζωή, δοκεῖ ἑαυτὸν φονεύειν, ἀπὸ τῆς ζωῆς μεταβαίνων εἰς θάνατον, τὸ αἷμα αὐτοῦ τρόπον τινὰ ἐχχέων διὰ τῆς σφαγῆς, ἣν ἐπιφέρει ἐφ' ἑαυτόν. Τοῦτο οὖν φησιν· Ἀνθ' ὧν σφάζετε ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἀπιστίας, αὐτοῦ τούτου ὑμεῖς ἀπόσχητε δίκην ἐμοῦ ἀθώου ὄντος. Ἐκ τούτου δυνατὸν εἰπεῖν ὅτι ὁ σφάζων ἑαυτὸν τιμωρεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ ὡς φονεύς.

A cebat. Idcirco manebat, quia commodum et idoneum nactus erat hospitium. Multis enim regiis ædibus erat illi commodius, quemadmodum etiam athletæ palæstra mollibus stratis utilior est : et bellatori gladius ferreus, non aureus utilis est. *Excussis vestimentis dixit ad eos:* ut non verbo solum, sed etiam re terreret illos : *Sanguis vester super caput vestrum.* Obscurum est dictum. Sed opinor eum hoc significare : Quicunque desciscit a Christo qui est vita, seipsum interficere videtur, a vita transiens ad mortem, dum sanguinem suum quodammodo effundit per cædem et mortem quam sibi conciscit et infert. Hoc igitur dicit : Quod vosmetipsos jugulatis per incredulitatem, hujus ipsius delicti vos pœnas dabitis, cum ego innocens sim. Hinc dici potest, eum qui seipsum jugulat et occidit, a Deo puniri tanquam homicidam.

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς B *ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.*

Vers. 7. *Atque illinc digressus, venit in domum cujusdam nomine Justi, hominis religiosi, cujus ædes continentes atque adjunctæ erant synagogæ.*

Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούσαντες, ἐπίστευσαν καὶ ἐβαπτίζοντο.

Vers. 8. *Crispus autem magister synagogæ credidit Domino una cum tota familia sua, ac multi Corinthiorum, qui Paulum audiverant, crediderunt ac baptizabantur.*

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος τῷ Παύλῳ ἐν νυκτί· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.

Vers. 9. *Dixit autem Dominus Paulo per visum nocturnum : Ne timeas, sed loquere, ac ne taceas,*

Διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ· καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.

Vers. 10. *Quoniam ego tibi adsum : ac nemo te invadet ut noceat tibi, quia mihi multus populus est in hac urbe.*

Ἐκάθισέν τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς [32] *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.*

Vers. 11. *Commoratus est igitur illic annum et menses sex, ac verbum Dei docebat inter illos.*

Οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα. Ὥστε καὶ ἀπὸ τούτου ζῆλον ἔχειν, ἀπὸ τῆς γειτνιάσεως. *Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ.* Τοῦτον λέγει Κρίσπον, περὶ οὗ λέγει· *Οὐδένα ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον. — Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς.* Ὃ μάλιστα αὐτὸν ἔδει, τοῦτο ὕστερον αὐτῷ λέγει. Οὐδὲν γὰρ ἐλύπει οὕτω τὸν Παῦλον, ὡς οἱ ἀπειθοῦντες.

C *Cujus ædes continentes erant.* Ut etiam hinc studio et ardore incenderetur, nempe propter vicinitatem. *Crispus autem princeps synagogæ credidit Domino.* Hunc dicit Crispum, de quo dicit : *Neminem baptizavi, nisi Crispum et Caium* [31]. — *Ne timeas, sed loquere, ac noli tacere.* Quod maxime ipsum facere oportebat, id 140 posterius ei dicit. Nihil enim ita Paulum angebat atque sollicitum habebat, ut illi qui non credebant.

Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ· καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα,

Vers. 12. *Sed Gallione proconsule Achaiæ, Judæi universi adorti Paulum duxerunt ad tribunal,*

Λέγοντες, ὅτι, Παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν.

Vers. 13. *Dicentes : Hic suadet hominibus, ut contra legem Deum colant.*

Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, D *εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Εἰ μὲν ἦν ἀδίκημά* [33] *τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν·*

Vers. 14. *Cum autem Paulus pro se dicere conaretur, Gallio dixit ad Judæos : Si quidem maleficium aliquod a vobis, Judæi, aut dolus malus commissus et improbe fraus facta proponeretur, recte vos ferrem et audirem accusantes :*

Εἰ δὲ ζητήματά ἐστι [34] *περὶ λόγου, καὶ ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι.*

Vers. 15. *Sin autem quæstiones sunt de verbo et nominibus et lege vestra, vos ipsi videritis : nam ego de istis rebus cognoscere atque statuere nolo.*

Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος.

Vers. 16. *Et ita summovit eos a tribunali.*

Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθέ-

Vers. 17. *Ac Græci omnes apprehensum Sosthenem*

[31] I Cor. I, 14.

Variæ lectiones et notæ.

[31] Ισ. Χριστοῦ. [32] *In vulgatis est,* διδάσκων αὐτούς. [33] *In vulgatis est,* εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημα. [34] *In vulgatis,* ζήτημά ἐστι.

magistrum synagogæ, pulsabant atque cædebant ante tribunal : et Gallio nihil horum curabat.

Vers. 18. *At Paulus cum adhuc dies complures remansisset, fratres valere jussit, et in Syriam navigavit, et una cum illo Priscilla et Aquila, cum totondisset caput in Cenchreis : id enim voverat.*

Judæi universi adorti Paulum. Quomodo igitur Paulum adorti sunt, dixerit aliquis? Cum subito rapuissent. Atqui nihil valuerunt, sed duxerunt eum ad proconsulem, qui eos curia prohibuit, ac vir humanus et æquus hic mihi fuisse videtur. *Apprehensum Sosthenem.* Porro quod Sosthenem pulsabant, vel idcirco pulsabant, quod ipse Paulo magis erat deditus et addictus, quemadmodum etiam Crispus magister synagogæ : vel ad eum usque furorem progressi erant, ut non assecuti quod intenderant atque speraverant, pro Paulo Sosthenem pulsarent : vel idcirco percutiebant eum, quia Paulum occidere voluerant, et Sosthenes eos prohibebat. At coram ipso magistratu quod non licebat committentes, Sosthenem pulsabant, hoc quasi dicentes : Si qui vult facit quod vult, et non amplius locum habet lex, ecce etiam nos hunc pulsamus. Non vindicabat autem proconsul, nec animadvertebat in eos, sed sinebat eos se mutuo pulsare : quia si contra aliquem alium hoc fecissent, prorsus poterat eos reprimere atque coercere. *Atque una cum ipso avehebatur Priscilla et Aquila, cum caput rasisset in Cenchreis.* Quoniam Judæi suspicabantur illum defectionem a lege docere, ac multi offendebantur in eo, ac prædicationem non amplectebantur : idcirco et hic et in templo Hierosolymis consulto hoc facit, et hoc erat quod ipse dicebat : *Fui legi subditus* **141** *quasi legi obnoxius, ut legi subditos lucrifacerem.* — *Id enim voverat*[2]. Votum dicit pollicitationem. Pollicitus enim erat se capillum abscissurum esse, ne postea amplius tanquam mundanus, ea quæ mundani solent agere, tractaret, sed tanquam more divino vivens, permaneret apud Ecclesiam. Atque etiam Aquila ex pollicitatione sibi crines abscidit. Qui enim pie nimirum vivere volebant, hoc faciebant : quinetiam antiquitus hoc facere Judæi consueverant. Itaque et monachorum et canonicarum, id est regularium virginum et sanctimonialium, capilli recte detondentur.

Vers. 19. *Pervenit autem Ephesum, et illos ibi reliquit, sed ipse ingressus in synagogam, sermocinabatur cum Judæis.*

Vers. 20. *Rogantibus autem illis ut diutius apud se maneret, morem eis non gessit,*

Vers. 21. *Sed eos valere jussit cum diceret : Opor-*

νην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν[35].

Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν· καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν.

A dit timor super omnes illos, et magnificabatur nomen **286** Domini Jesu. Multique credentium veniebant confitentes et annuntiantes actus suos. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros et combusserunt coram omnibus : et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita fortiter crescebat verbum Dei et confirmabatur. His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia et Achaia, ire Jerosolymam, dicens : quoniam Postquam fuero ibi, oportet me et Romam videre. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. B Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum : quos convocans, et eos qui hujusmodi erant opifices, dixit : Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio ; et videtis, et auditis, quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens, quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt. Non solum autem hæc periclitatur nobis pars in redargutionem venire, sed et magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed et destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit. His auditis, repleti sunt ira, et exclamaverunt dicentes : Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est C civitas confusione, et impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio et Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem et de Asiæ principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum : alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa, et plures nesciebant qua ex causa convenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis. Alexander autem, manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium : Magna Diana Ephesiorum. Et cum sedasset scriba turbas, dixit : Viri Ephesii, quis enim est homi- D num qui nesciat Ephesiorum civitatem Neocoron esse magnæ Dianæ, et Diopetis? Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, et nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Quod si Demetrius, et qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur et proconsules sunt : accusent invicem. Si quid autem **287** alterius rei quæritis, in legitima ecclesia poterit absolvi. Nam et periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

στάσεως· περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον περὶ τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

CAPUT XXIX.

Circuitus Pauli : ubi et de morte et resuscitatione Eutychi per orationem Pauli Troade.

TEXTUS.

XX, 1-6. Postquam autem cessavit tumultus, vocavit Paulus discipulos, et exhortatus eos, valedixit, et profectus est ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam. Ubi cum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ a Judæis navigaturo in Syriam ; habuitque consilium ut reverteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Bercœensis, Thessalonicensium vero Aristarchus et Secundus et Gaius Derbeus et Timotheus, Asiani vero Tychicus et Trophymus. Hi cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade. Nos vero navigavimus post dies Azymorum a Philippis, et venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.

COMMENTARIUS.

Viam hic dicit Christum, vel fidem veram : hæc enim est via, quæ ducit ad regnum cœlorum. Hinc docet, oportere ut ab iis qui in Filium Dei blasphemant, omnino recedant, qui in ipsum credunt. Sudaria et semicinctia. Utraque linea sunt. Verum sudaria capiti imponuntur : at semicinctia in manibus tenere solent, **288** qui oraria gestare non possunt, ut sunt, qui consulares gestant stolas, aut saga, ad abstergendos a facie humores, ut sudorem, salivam, lacrymas et similia. « Tentaverunt autem. » Ipsa hæc vox ostendit, exorcistas illos, non quia crederent in Jesum, sed tentandi tantum causa, aggressos esse exorcizare impura dæmonia in nomine Domini. Quare, velut infideles, ut impurus dixit spiritus, paulo post temeritatis suæ pœnas dedere. Redarguit enim ipsos, et scenam eorum patefecit, vehementer iratus dæmon : quemadmodum, si quis de extremis periclitans, a misero (31) aliquo et ærumnoso coarguatur, omnem in illum furorem effundere conatur. « Contulerunt libros. » Adnotandum quod, quanquam magici libri multi essent pretii, quippe qui pulcherrima vitæ continebant, Christi fideles tamen ea non vendiderint ; sed licet eo loci alii essent, qui eos enumerato pretio comparare sibi voluissent, combusserunt : et hoc, primo quidem, ne quisquam exitialem illam animarum pestem participaret ; deinde ne hac via

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περίοδος Παύλου· ἐν ᾗ περὶ θανάτου καὶ ἀναπλήσεως Εὐτυχοῦς διὰ προσευχῆς ἐν Τρωάδι.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, μεταπεμψάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ παρακαλέσας ἀσπασάμενός τε, ἐξῆλθε πορεύεσθαι εἰς Μακεδονίαν. Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Πύρρου Βεροιαῖος· Θεσσαλονικέων δὲ, Ἀρίσταρχος, καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος Δερβαῖος, καὶ Τιμόθεος· Ἀσιανοὶ δὲ, Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Οὗτοι δὲ προελθόντες, ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν Ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ὁδὸν λέγει τὸν Χριστὸν, ἢ ὁδὸν λέγει τὴν πίστιν τὴν ἀληθινήν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἐντεῦθεν διδάσκει ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν βλασφημούντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ χωρίζεσθαι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. Σουδάρια καὶ σιμικίνθια, ἀμφότερα λινώδη εἰσί. Πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλεται· τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσιν οἱ μὴ δυνάμενοι ὁράρια φορέσαι, οἷοί εἰσιν οἱ φοροῦντες ὑπατικὰς, ἢ γουβία, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτας, πτύελον, δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια. Δείκνυσιν αὕτη ἡ λέξις, ὅτι οὐχ ὡς πιστεύοντες τῷ Ἰησοῦ οἱ ἐξορκισταὶ ἐξώρκιζον τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ὡς πειράζοντες. Διὸ καὶ ὡς μὴ ὄντες πιστοὶ, ὡς τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμά φησι, τῆς προπετείας δεδώκασι πρὸς ὀλίγον δίκην. Διήλεγξε γὰρ αὐτοὺς, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτῶν φανερὰν ἐποίησε, σφόδρα θυμωθεὶς ὁ δαίμων, ὡτάν εἴ τις περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύων, ὑπό τινος οἰκτροῦ [καὶ ταλαιπώρου] διελέγχοιτο, καὶ πάντα εἰς ἐκεῖνον ἀφιέναι [80] βούλεται τὸν θυμόν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι καίτοι πολυτίμους οὔσας τὰς γοητικὰς αὐτῶν βίβλους, ὡς τῶν ἐν βίῳ ἐχουσῶν τὰ κάλλιστα, οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες οὐκ ἐπώλησαν, ἀλλ' ἔκαυσαν· καίτοι ἄλλων ἐκεῖσε τοιούτων ὄντων τῶν θελόντων τὰς βίβλους κτήσασθαι· πρῶτον μὲν, ἵνα μή τις μετάσχῃ τῆς ἀπ' αὐτῶν ψυχοφθόρου

Variæ lectiones et notæ.

[80] ἀωεῖναι.

(31) Hentenius pro οἰκτροῦ, *misero*, habet ἐχθροῦ, *inimico* ; unde vertit, *velut si quis in extremis periculis positus ab aliquo inimico arguatur*, haud sane recto sensu. At Chrysostomus, cujus est hic textus, habet οἰκτροῦ καὶ ταλαιπώρου, *misero et ærumnoso*, ut nos posuimus ; quo congrua ratio redditur excandescentiæ dæmonis.

λύμης· ἔπειτα δὲ, ἵνα μὴ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας κτήσωνταί τι. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἀπὸ πορνείας κέρδος ἀπηγόρευται προσάγειν Θεῷ, οὕτως οὐδὲ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας ταύτης ἀργύριον τεθῆναι παρὰ τοὺς τῶν ἀποστόλων πόδας δίκαιον ἔκριναν, ἢ εὐαπόδεκτον. « Καὶ τοῦ Διοπετοῦς. » Τὸ εἴδωλον τῆς Ἀρτέμιδος ἐκαλεῖτο Διοπετὲς, ὡς ἐκ τοῦ Διὸς πεπτωκός· ἤτοι τὸ ὄστρακον [ἔλεγον] ἐκεῖνο πάντως [89] Διοπετὲς, τὸ ἐξ οὐρανοῦ πεσὸν παρὰ τοῦ Διὸς πεμφθὲν, ἤτοι καταπτὸν [88], καὶ οὐ γενόμενον ὑπὸ ἀνθρώπου ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος, καθὼς ἐμύθευον Ἕλληνες. « Νεωκόρον » δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἱερόδουλον. Κόρημα γὰρ ἐστι τὸ σάρωμα, [ἀφ' οὗ καὶ νεωκόρος,] τουτέστι [ὁ τὸν ναὸν] σαρῶν καὶ κοσμῶν. Εἶδος ἦν δικαστῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ [εὐτελῶν]· λέγονται δὲ ἀγοραῖοι καὶ οἱ δικολόγοι.

A quidquam sibi acquirerent. Quemadmodum enim, ne collectum ex fornicatione lucrum Deo offerretur, prohibitum erat; ita neque argentum tali modo comparatum, ut ad pedes apostolorum poneretur, dignum censebant, aut ab illis facile acceptandum, judicabant. « Et Diopetis (32). » Simulacrum Dianæ Diopetes vocabatur, hoc est a Jove delapsum, sive quia testam illam omnes sic vocabant, velut a Jove e cœlo demissam; seu quod statua illa Dianæ e cœlo devolaverit, adeoque ab hominibus facta non fuerit: quod Græci fabulabantur. « Neocoron » autem idem est, ac sacrorum famulam, ædituam. Corema enim idem est ac purgatio. Unde Neocoros ille est, qui *naon*, seu templum purgat et ornat (33). « Conventus forenses » erant B in Asia genus judicum inferiorum. Cæterum etiam causidici dicuntur forenses.

Τῷ Σαββάτῳ τῆς ς' ἑβδομάδος.

KEIMENON.

Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, συνηγμένων ἡμῶν τοῦ κλᾶσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον· παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, οὗ ἦμεν συνηγμένοι. Καθήμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ ἤρθη νεκρός. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβὼν αὐτὸν, εἶπε· Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ἀναβὰς δὲ καὶ κλάσας τὸν ἄρτον καὶ γευσάμενος, ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν. Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ παρεκλήθησαν οὐ μετρίως. Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀνήχθημεν ἐπὶ τὴν Ἄσσον, ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον· οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν. Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην. Κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρυς Χίου· τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον· καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον.

Sabbato hebdomadæ sextæ.

TEXTUS.

XX, 7-15. Una autem Sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Erant autem **289** lampades copiosæ in cœnaculo ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, et sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum, et complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem, frangensque panem et gustans, satisque allocutus usque in lucem, sic profectus est. Adduxerunt autem puerum viventem, et consolati sunt non minime. Nos autem ascendentes navem, navigavimus in Asson, inde suscepturi Paulum; sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Cum autem convenisset nos in Asson, assumpto eo, venimus Mitylenen. Et inde navigantes, sequenti die venimus contra Chium, et alia applicuimus Samum, et sequenti die venimus Miletum.

Κυριακῇ ζ'.

Παραίνεσις Παύλου ποιμαντικὴ πρὸς τοὺς ἐν Ἐφέσῳ πρεσβυτέρους.

KEIMENON.

Κέκρικε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Ἔσπευδε γὰρ, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς Ἐκκλησίας. Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε ἀπὸ

Dominica septima.

Admonitio pastoralis Pauli ad presbyteros Ephesi commorantes.

TEXTUS.

XX, 16-36. Proposuerat enim Paulus transnavigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis. A Mileto autem mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, et simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam,

Variæ lectiones et notæ.

[89] πάντες. [88] καταπτάν.

(32) Vulg. interpres habet, *Jovisque prolis*, fortasse quod legerit Διὸς παιδός. Ipse retinui vocem Græcam, tum quia unica Latina reddi non potest; tum quia ab auctore hic explicatur.

(33) Vulg. interpres *Neocoron* vertit *cultricem*; plerique alii vertunt *ædituam*.

qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate et lacrymis et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum : quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, et docerem vos publice et per domos, testificans Judæis atque gentilibus in Deum pœnitentiam et fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Jerusalem ; quæ in ea ventura sint mihi, ignorans : nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens quoniam vincula et tribulationes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium **290** gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.

Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte et die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum. Et nunc commendo vos Deo et verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare et dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis : quoniam ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu quoniam ipse dixit : Beatius est dare quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis, oravit cum omnibus illis.

πρώτης ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην· δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πολλῶν δακρύων καὶ πειρασμῶν τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων· ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους· διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ νῦν ἰδοὺ δεδεμένος ἐγὼ τῷ Πνεύματι πορεύομαι εἰς Ἰερουσαλήμ, τὰ ἐν αὐτῇ συμβησόμενά μοι μὴ εἰδώς· πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι λέγον· ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν. Ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν, ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ οἶδα, ὅτι οὐκ ἔτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου ὑμεῖς πάντες, ἐν οἷς διῆλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ, ὅτι καθαρός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων ὑμῶν. Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ.

Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι μετὰ τὴν ἄφιξίν μου εἰσελεύσονται λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου· καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. Διὸ γρηγορεῖτε μνημονεύοντες, ὅτι τριετίαν, νύκτα καὶ ἡμέραν, οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον ὑμῶν. Καὶ τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς, ἀδελφοί, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι καὶ δοῦναι ἡμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν. Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα. Αὐτοὶ δὲ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μου, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε· Μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι, ἢ λαμβάνειν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο.

COMMENTARIUS.

« Cum omni humilitate et lacrymis. » Hic doctrinæ suæ characterem ob oculos ponit, nempe invidia et fastu expertem esse, aliisque condolere (dolebat enim ille et pro illis qui peribant, et pro iis qui perdebant), et humiles esse (at non utcunque, sed cum omni humilitate, nempe, in verbo, in opere, erga superiores et inferiores), et quæ utilia sunt loqui : erant namque multa quæ discere iis non expediebat. Sicuti enim quædam illis occultare,

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἐνταῦθα χαρακτῆρα διδασκαλίας δείκνυσι, τὸ ἄφθονον, τὸ ἄοκνον [84], τὸ συμπαθὲς (ἔπασχε γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀπολλυμένων, ὑπὲρ τῶν ἀπολλύντων), καὶ τὸ ταπεινὸν (καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, « μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, » φησί· πολλὰ γὰρ εἶδη τῆς ταπεινοφροσύνης· ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, πρὸς ἄρχοντας, πρὸς ἀρχομένους), καὶ τὸ τὰ συμφέροντα λέγειν· ἦν γὰρ πρῶτον [85] οὐκ ἔδει μαθεῖν. Ὥσπερ γὰρ τό

Variæ lectiones et notæ.

[84] *Forte* ἄογκον. [85] ἀ.

τινα κρύπτεσθαι, φθόνου· οὕτω καὶ τὸ πᾶν λέγειν αὐτοῖς, ἀνοίας. Καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκε τῶν συμφερόντων οὐκ εἰπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάξαι. Ἐνταῦθα εἰς τὸ, « δεδεμένος, » δεῖ ὑποστίξαι, ἵν' ἡ διάνοια τοιαύτη· Πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ· προγνοὺς διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ ἐσόμενα, πορεύομαι δέσμιος ὤν. Ἵνα δὲ δείξῃ ὅτι ἑκών, καὶ οὐχὶ ἄκων ἀπέρχεται, φησίν· « Ὅτι κατὰ πόλιν δεσμὰ καὶ θλίψεις με μένουσι. » — « Καθαρός εἰμι, φησὶ, ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων, » εἰ νυστάξαντες, ἀποθανεῖτε[88*] ὑπὸ τοῦ φονευτοῦ τῶν ψυχῶν. Τὸ γὰρ τοῦ διδασκάλου, φησὶ, πεποίηκα, τὸ ἀπαγγεῖλαι ὑμῖν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ. Ἆρα ὁ μὴ λέγων, ὑπεύθυνος τοῦ αἵματός ἐστι, τουτέστι τῆς σφαγῆς αὐτῶν. Δείκνυσι τοίνυν ὅτι κἀκεῖνοι, ἂν μὴ ποιῶσιν, ὑπεύθυνοί εἰσι τοῦ ἰδίου αἵματος. Δύο προστάσσει ποιεῖν τοὺς διδασκάλους· οὔτε γὰρ τὸ ἑτέρου κατορθοῦν μόνον, ἔχει κέρδος· οὔτε τὸ ἑαυτοῦ μόνον ἐπιμελεῖσθαι· ὁ γὰρ τοιοῦτος, φίλαυτος. Σημειωτέον δὲ, ὅτι οὓς ὀπίσω φησὶ πρεσβυτέρους, [ὧδε ἐπισκόπους καλεῖ· ἤτοι, διὰ τὸ τοὺς πρεσβυτέρους] ἀνάγκην ἔχειν ἐποπτεύειν τὰ τῆς Ἐκκλησίας λογικὰ ποίμνια, μή τις ἀσθενῇ τῇ πίστει, μή τις πεινᾷ, ἢ διψᾷ, ἢ ἐλέγχου [καὶ] ἐπιστροφῆς δεῖται· ἢ ἐπισκόπους ὧδε τοὺς ὄντως ἐπισκόπους καλεῖ. Τὴν ῥίζαν ἀναιρεῖ τῶν κακῶν, τὴν φιλαργυρίαν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς φησι, οὐκ ἔλαβον, ἀλλ', οὐδὲ « ἐπεθύμησα. » Εἶτα δείκνυσιν, ὅτι ἀληθὴς ἐλεημοσύνη ἐκ τῶν ἰδίων κόπων ὀφείλει γίνεσθαι τοῖς ἐνδεέσιν· ἐπεὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων διδόναι, οὐ καλόν. Εἶτα καὶ χρῆσιν εἰς κατασκευὴν τούτου διὰ φωνῆς τοῦ Κυρίου εἰρῆσθαί φησιν, ὅπερ νῦν οὐχ εὕρηται ἐν Γραφῇ, καὶ ἴσως ἀγράφως παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι· ἢ ἐξ ὧν ἄν τις συλλογίσαιτο δυνατὸν εἰρῆσθαι δι' ἑτέρων λέξεων τοῦτο δηλουσῶν. Οὐ τοῦτο δέ φησιν, ὅτι κακὸν τὸ λαμβάνειν καὶ μεταδιδόναι, ἀλλὰ βέλτιον τὸ μὴ λαβεῖν· τοῦτο γὰρ συμπαθείας τῆς πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς. Ἔστι τοίνυν πρῶτος βαθμὸς, βίψαι τὰ αὐτοῦ· δεύτερος, ἑαυτῷ ἐπαρκεῖν· τρίτος, τὸ καὶ ἑτέροις· τέταρτος, τὸ καὶ κηρύττοντα καὶ ἐξουσίαν ἔχοντα λαμβάνειν, μὴ λαμβάνειν. Ὥστε πολὺ τῶν ἀκτημόνων οὕτω[86] βελτίων ἐστί[87].

A res fuisset invidiæ; ita omnia dicere, fuisset amentiæ. Et ideo addidit: « utilium, quominus » non solum dicerem, sed « et docerem. »— « Alligatus. » Hic ad vocem alligatus interpungendum est; **291** ut iste sit sensus: Vado in Jerusalem, prævidens per Spiritum sanctum quæ ventura sunt, vado autem alligatus: utque ostendat se sponte, et non invitum discedere, addit: « Per omnes civitates vincula et tribulationes me manent. » — « Mundus sum, inquit, a sanguine omnium, » si vos obdormientes occidamini ab interfectore animarum. Præceptoris enim oneri satisfeci annuntiando vobis consilium Dei. Ergo qui non dicit quæ debet, reus est sanguinis seu cædis. Quare innuit, et ipsos si non fecerint, reos futuros proprii sanB guinis. « Attendite vobis et universo gregi. » Duo hæc doctoribus præcipit: nam neque alterius tantum bonum prosequi, utile est, neque sui tantummodo curam habere: talis enim sui ipsius amator tantummodo est. Adnotandum vero, quod eos, quos supra presbyteros dixit, nunc episcopos seu inspectores appellet, vel quia necesse est, ut presbyteri attendant supra rationales greges, ne quis vel infirmus sit fide, vel esuriat, vel sitiat, vel reprehensione et correctione indigeat: vel episcopos hic, qui vere episcopi sunt, vocat. « Argentum et aurum. » Radicem exscindit malorum, nempe avaritiam; neque enim solummodo dicit, non accepi, sed, neque « desideravi. » Deinde C docet veram eleemosynam ex propriis laboribus faciendam esse; quandoquidem ex alienis dare, haud bonum est (34). Deinde in hujus rei confirmationem oraculum Domini profert, quod modo quidem in Scriptura non reperitur; et fortasse illud absque scripto tradidere apostoli: vel ratiocinando colligere quis potest, id dictum esse, aliis verbis hoc idem significantibus. Non ait vero, malum esse accipere, et sic aliis dare; sed melius esse non accipere: hoc enim est commiserationis erga infirmos. Primus igitur gradus (perfectionis hac in re) est sua abjicere; secundus, sibi sufficere; tertius, et aliis subministrare; quartus etiam prædicatorem, et qui habet potestatem accipiendi, non accipere. Quare Paulus iis, qui non possident, multo melior erat.

KEIMENON.

D Ἱκανὸς δὲ κλαυθμὸς ἐγένετο πάντων, καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου, κατεφίλουν αὐτὸν, ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκ ἔτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν. Προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον. Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶ· τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα· καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην, ἐπιβάντες ἀνήχθημεν. Ἀναφανέντες δὲ εἰς τὴν Κύπρον, καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς

TEXTUS.

XX, 37, 38; XXI, 1-8. Magnus autem fletus factus est omnium, et procumbentes supra collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri; et deducebant eum ad navem. Cum autem factum esset ut navigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, et sequenti die Rhodum et inde Pataram. Et cum invenissemus **292** navem transfretantem in Phœnicem, ascendentes navigavimus. Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad

Variæ lectiones et notæ.

[88*] ἀποθάνητε. [86] οὗτος. [87] ἦν.

(34) Chrysostomus habet: Οὐ μόνον οὐ καλὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπισφαλὲς, *non modo non bonum est, sed etiam periculosum.*

sinistram, navigavimus in Syriam, et venimus Tyrum: ibi enim navis expositura erat onus. Inventis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Jerosolymam. Et perfectis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum uxoribus et filiis usque foras civitatem; et positis genibus in littore, oravimus. Et cum valefecissemus invicem, ascendimus navem, illi autem redierunt in sua. Nos vero navigatione expleta, a Tyro descendimus Ptolemaidam, et salutatis fratribus, mansimus die una apud illos. Alia autem die,

A Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον. Ἀνευρόντες δὲ τοὺς μαθητὰς, ἐπεμείναμεν αὐτοῖς ἡμέρας ἑπτά. Οἵτινες ἔλεγον τῷ Παύλῳ διὰ τοῦ Πνεύματος μὴ ἐπιβαίνειν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἕως ἔξω τῆς πόλεως· καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, προηυξάμεθα. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἀνέβημεν εἰς τὸ πλοῖον· ἐκεῖνοί τε ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια. Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες ἀπὸ Τύρου, κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα· καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς, ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς. Τῇ δὲ ἐπαύριον,

COMMENTARIUS.

« Cum invenissemus navim. » Hoc perinde est ac si diceret: Cum non inveniremus navim abeuntem Cæsaream, sed in Phœnicem, ipsam conscendimus, ac Cyprum reliquimus et Syriam (35). Illud enim : « relinquentes eam ad sinistram, » non sine causa dictum est; sed quoniam nequidem prope ad Syriam accedere festinabant (36). Venerunt itaque in Lyciam, et relicta Cypro, navigarunt Tyrum: ibi enim navigium onus suum deposuit. « Et perfectis, » id est expletis « diebus, » nempe statutis; hoc est post dies Azymorum, venerunt Troadem diebus quinque.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

B Ὅ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ εὑρίσκοντες πλοῖον ἀπερχόμενον εἰς Καισάρειαν, ἀλλ' εἰς Φοινίκην, ἀνῆλθον εἰς αὐτὸ, καὶ Κύπρον δὲ εἶασαν [88] καὶ Συρίαν. Τὸ γὰρ, « Καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, » οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι τῆς Συρίας ἔσπευδον. Ἦλθον οὖν εἰς Λυκίαν, καὶ τὴν Κύπρον ἀφέντες, εἰς Τύρον κατέπλευσαν· ἐκεῖσε γὰρ τὸ πλοῖον ἀπεφόρτωσε τὸν γόμον. Τὸ, « ἐξαρτίσαι, » ἀντὶ τοῦ, πληρῶσαι, φησὶ, τὰς τεταγμένας ἡμέρας· τουτέστι, μετὰ τὰ Ἄζυμα, εἰς Τρωάδα ἦλθον δι' ἡμερῶν πέντε.

CAPUT XXX.

Agabi prophetia de iis quæ eventura erant Paulo in Jerusalem.

Feria 2 hebdomadæ septimæ.

TEXTUS.

XXI, 8-14. Profecti, venimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi evangelistæ, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, supervenit quidam a Judæa propheta, nomine Agabus. Is cum venisset ad nos, tulit zonam Pauli, et alligans sibi pedes **293** et manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum cujus est zona hæc, sic alligabunt in Jerusalem Judæi, et tradent in manus gentium. Quod cum audissemus, rogabamus nos et qui loci illius erant, ne ascenderet Jerosolymam. Tunc respondit Paulus et dixit: Quid facitis flentes et affligentes D cor meum? Ego enim non solum alligari, sed et mori in Jerusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu. Et cum ei suadere non possemus,' quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

C

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Ἀγάβου προφητεία περὶ τῶν συμβησομένων Παύλῳ ἐν Ἱερουσαλήμ.

Τῇ β' τῆς ζ' ἑβδομάδος.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἐξελθόντες ἤλθομεν εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ. Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι. Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείους, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης ὀνόματι Ἄγαβος· καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τε αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας, εἶπε· Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Τὸν ἄνδρα οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν. Ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι, τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἀπεκρίθη τε ὁ Παῦλος· Τί ποιεῖτε κλαίοντες, καὶ συνθρίπτοντές μου τὴν καρδίαν; Ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες· Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω.

Variæ lectiones et notæ.

[88] εἰάσαμεν.

(35) Perperam hic additum esse, *et Syriam*, clarum est; cum hoc narrationi Lucæ contrarium sit.

(36) Textus iste adeo mutile ex Chrysostomo exscriptus est, ut sensum efferat tam ipsi quam sacro textui plane adversum. Chrysostomi verba ita se habent: Τοῦτο (καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον) οὐχ ἁπλῶς εἴρηται, ἀλλ' ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐδὲ ἐγγὺς αὐτῆς γενέσθαι ἠξίωσε, κατευθὺ πλέοντες τῆς Συρίας. Οὕτως ἔσπευδεν. *Hoc* (nempe *relinquentes eam ad sinistram*) *non sine causa dictum est; sed ut ostenderet, ne prope quidem illam* (videlicet Cyprum) *accedere voluisse, cum recto cursu in Syriam pergerent: ita nempe festinabat.* Textus ab Hentenio editus congruit cum nostro codice : similiter etiam codex Florentinus.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Σημειωτέον, ὅτι τοῦ διακόνου Φιλίππου ἦσαν αἱ θυγατέρες· ὥστε οὖν καὶ τῷ κοινωνήσαντι γάμων διακονεῖν ἔξεστι. Σημείωσαι δὲ, ὅτι καὶ αἱ προφητίδες αἱ θυγατέρες αὐτοῦ παρθένοι ἦσαν, καὶ ὅτι ἤσκουν δι' εὐλάβειαν μᾶλλον τοῦτο, ὥστε καὶ προφητείας ἠξιῶσθαι. Ὥστε δῆλον, ὅτι περισπούδαστον ἦν αὐταῖς ἡ παρθενία. Εἰ γὰρ μὴ ἦν περισπούδαστον, οὐκ ἂν προσέθηκεν ὁ συγγραφεὺς, ὅτι καὶ παρθένοι ἦσαν.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ. Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ ἀρχαίῳ μαθητῇ. Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον· πάντες γὰρ [*vulg.* τε] παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι. Καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον, ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Παραίνεσις Ἰακώβου πρὸς Παῦλον περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν κωλύειν τοὺς Ἑβραίους περιτέμνεσθαι.

Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐδόξασαν τὸν Θεόν· εἶπον δὲ αὐτῷ· Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶ τῶν πεπιστευκότων Ἰουδαίων, καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι. Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωϋσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων, μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν. Τί οὖν ἐστι; Πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν· ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας. Τοῦτο οὖν ποίησον ὃ σοι λέγομεν. Εἰσὶν ἐν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν. Τούτους παραλαβὼν ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλήν· καὶ γνώσονται πάντες, ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς φυλάσσων τὸν νόμον. Περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ πνικτὸν, καὶ πορνείαν.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

« Ἐπισκευασάμενοι, » τουτέστι, τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες. Συμβουλεύουσιν, οὐκ ἐπιτάττουσιν οἱ περὶ τὸν Ἰάκωβον. Οἱ γὰρ ἐν Ἱεροσολύμοις πιστεύσαντες ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων τὰ ἔθη τὰ νομικὰ ἤθελον ἔτι φυλάττειν. Ἔργῳ τὴν ἀπολογίαν ποιῆσαι αὐτῷ συμβουλεύουσιν, οὐ λόγῳ. Τοῦτο οὖν φησι [89]. Τὰς προσφερομένας ὑπὲρ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον θυσίας σὺ πάρασχε, ἵνα λύσῃς τὴν ὑποψίαν, καὶ δείξῃς, ὅτι οὐ μόνον οὐ διδάσκεις ἔξω τοῦ νόμου, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸς φυλάττεις τὰ ἐν τῷ νόμῳ. Ἵνα δὲ μὴ λέγῃ· Ἐὰν τὰ ἔθνη τοῦτο μάθωσι, σκανδαλισθήσονται· ἐπάγει· « Περὶ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν

COMMENTARIUS.

Adnotandum, Philippi diaconi filias illas fuisse: quare etiam uxoratis licet diaconatus officium exercere (37). Observa vero etiam prophetissas illius filias fuisse virgines, ac propter pietatem hoc magis exercuisse; unde prophetiæ dono dignæ factæ sunt. Ex quo patet, summo illas studio virginitatem coluisse: aliter sacer scriptor non addidisset, quod essent virgines.

TEXTUS.

XXI, 15-19. Post dies autem istos præparati, ascendimus Jerusalem. Venerunt autem et ex discipulis a Cæsarea nobiscum, adducentes secum (apud quem hospitaremur) Mnasonem quemdam Cyprium, antiquum discipulum. Et cum venissemus Jerosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Jacobum, omnesque collecti sunt seniores. Quos cum salutasset, narrabat per singula quæ Deus fecisset in gentibus per ministerium ipsius.

CAPUT XXXI.

Adhortatio Jacobi ad Paulum de eo quod non videretur prohibere Hebræos circumcidi.

XXI, 20-25. At illi cum audissent, magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides, frater, quot millia sunt in Judæis qui crediderunt, et omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas a Moyse eorum qui per gentes sunt Judæorum: dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Utique oportet convenire **294** multitudinem: audient enim te supervenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se. His assumptis, sanctifica te cum illis, et impende in illis ut radant capita; et scient omnes quia quæ de te audierunt falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus judicantes, ut abstineant se ab idolis immolato et sanguine et suffocato et fornicatione.

COMMENTARIUS.

« Præparati, » hoc est sumptis, quæ ad iter necessaria erant. « Vides, frater. » Consilium dant, non jubent Jacobus et socii ejus. Etenim qui Jerosolymis ex Judæis crediderant, legalia instituta adhuc servare volebant. « Purifica te. » Ut opere, non verbo defensionem sibi paret, suadent. Igitur, aiunt, eas, quas ipsi juxta legem offerunt, victimas ipse suppedita, ut suspicionem quam de te habent, dissolvas, illisque ostendas quod non solum nihil contra legem doceas, sed ipse etiam quæ legis sunt, observes. Ne vero Paulus dicat: Si hæc gentiles resciverint, scandalum patientur,

Variæ lectiones et notæ.

[89] φασι.

(37) Utique, ubi non obstat ecclesiastica lex, ut in ecclesia Latina.

subdunt: « De his autem qui crediderunt ex gentilibus, nos scripsimus, judicantes, » nihil horum servandum illis esse. Quemadmodum igitur nos, etsi Judæis prædicemus, illis præcipimus, sic et tu qui gentibus prædicas, nobis cooperare. Attemperatio est; nihil suspicare. Et quidem hoc Jerosolymis facere difficile non est. Hoc igitur fac hic, ut illud alibi tibi facere liceat. His persuasus Paulus se totondit, et omnia legalia perfecit.

A ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, φησί, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτούς. » Ὥσπερ οὖν ἡμεῖς ἐκείνοις ἐπετάξαμεν, καίτοι Ἰουδαίοις κηρύττοντες, οὕτω καὶ σὺ τοῖς ἔθνεσι κηρύσσων, σύμπραξον ἡμῖν. Συγκατάβασεως τοῦτό ἐστι, μηδὲν ὑποπτεύσῃς· καὶ τὸ ἐν Ἱεροπολύμοις δὲ τοῦτο ποιεῖν, φορητόν. Ποίησον οὖν τοῦτο ἐνταῦθα, ἵνα ἐξῇ σοι [ἔξω] ποιεῖν ἐκεῖνο. Εἶτα ἐπείσθη αὐτοῖς, ἐξυράτο, καὶ πάντα τὰ Ἰουδαϊκὰ ἐτέλεσεν.

CAPUT XXXII.

De perturbatione mota contra Paulum Jerosolymis, et quomodo eum tribunus e multitudinis manibus eripuerit.

Feria 3 hebdomadæ septimæ.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοῦ Παύλου κινηθείσης ἀταξίας, ὅπως τε αὐτὸν ὁ χιλίαρχος τοῦ πλήθους ἐξαιρεῖται.

Τῇ γ' τῆς ζ' ἑβδομάδος.

B

TEXTUS.

XXI, 26-40. Tunc Paulus, assumptis viris, postera die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. Dum autem septem dies consummarentur, hi qui de Asia erant Judæi, cum vidissent eum in templo, concitaverunt omnem populum, et injecerunt ei manus, **295** clamantes: Viri Israelitæ, adjuvate: hic est homo, qui adversus populum et legem et locum hunc omnes ubique docens, insuper et gentiles induxit in templum, et violavit sanctum locum istum. Viderant enim Trophimum Ephesium in civitate cum ipso, quem æstimaverunt, quoniam in templum introduxisset Paulus. Commotaque est civitas tota, et facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum, et statim clausæ sunt januæ. Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis, quia tota confunditur Jerusalem. Qui statim, assumptis militibus et centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidissent tribunum et milites, cessaverunt percutere Paulum.

Tunc accedens tribunus apprehendit eum, et jussit eum alligari catenis duabus, et interrogabat quis esset, et quid fecisset. Alii autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, jussit duci eum in castra. Et cum venisset ad gradus, contigit, ut portaretur a militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans: Tolle eum. Et cum cœpisset induci in castra, Paulus dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græce nosti? Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti et eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Et dixit ad eum Paulus: Ego homo sum quidem Judæus a Tarso Ciliciæ, non ignotæ civitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem et magno

KEIMENON.

Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, καὶ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθείς, εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά. Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον ἐπ' αὐτὸν πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, κράζοντες· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε· οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τοῦ νόμου, καὶ τοῦ τόπου τούτου, πάντας πανταχοῦ διδάσκων· ἔτι τε καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον (ἦσαν γὰρ προεωρακότες C Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος). Ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου, εἷλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ· καὶ εὐθέως ἐκλείσθησαν αἱ θύραι. Ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, ὅτι ὅλη συγκέχυται ἡ Ἱερουσαλήμ. Ὃς εἰ αὐτῆς παραλαβὼν στρατιώτας καὶ ἑκατοντάρχους, κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς. Οἱ δὲ, ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον.

Τότε ἐγγίσας ὁ χιλίαρχος, ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσί· καὶ ἐπυνθάνετο τίς ἂν εἴη, καὶ τί ἐστι πεποιηκώς. Ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐπεφώνουν ἐν τῷ ὄχλῳ. Μὴ δυναμένου δὲ αὐτοῦ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολήν. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμούς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου. Ἠκολούθη γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, κράζοντες· Αἶρε αὐτόν. Μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ· Εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι πρὸς σέ; Ὁ δὲ ἔφη· Ἑλληνιστὶ γινώσκεις; Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας, καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων; Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεὺς τῆς Κιλικίας, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Δέομαι δέ σου, ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν.

Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν, κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ. Πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, λέγων.

A silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens.

Παύλου κατάστασις περὶ αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς ἀπόστολον αὐτοῦ κλήσεως.

Pauli narratio de seipso, suaque ad apostolatum vocatione.

Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας (ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρεῖχον ἡσυχίαν. Καὶ φησιν) · Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον. Ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς B φυλακὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεύς μαρτυρεῖ μοι καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον · παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν. Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ, καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ. Ἔπεσά τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι · Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην · Τίς εἶ, Κύριε; Εἶπέ τε πρός με · Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις. Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἐμφοβοι ἐγένοντο, τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. Εἶπον δέ · Τί ποιήσω, Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπε πρός με · Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκὸν, κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι. Ὡς δὲ οὐκ ἀνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι, ἦλθον εἰς Δαμασκόν.

XXII, 1-11. Viri fratres et patres, audite quam ad vos reddo rationem. Cum audissent autem, quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentium. Et dicit : Ego sum vir Judæus, natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamaliel, eruditus juxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut et **296** vos omnes estis hodie : qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem, alligans et tradens in custodias viros ac mulieres ; sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, et omnes majores natu ; a quibus et epistolas accipiens ad fratres Damascum pergebam, ut adducerem inde vinctos in Jerusalem ut punirentur. Factum est autem, eunte me, et appropinquante Damasco media die, subito de cœlo circumfulsit me lux copiosa : et decidens in terram, audivi vocem dicentem mihi : Saule, Saule, quid me persequeris ? Ego autem respondi : Quis est Domine? Dixitque ad me : Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt ejus qui loquebatur mecum. Et dixi : Quid faciam, Domine ? Dominus autem dixit ad me : Surgens, vade Damascum, et ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere. Et cum non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus a comitibus, veni Damascum.

Περὶ ὧν ἔφη ὁ Ἀνανίας πρὸς τὸν Παῦλον ἐν Δαμασκῷ · ὁπτασίας τε καὶ φωνῆς Θεοῦ γενομένης ἐν τῷ ἱερῷ · καὶ ὅτι μέλλων ὁ Παῦλος ἐπὶ τούτοις τύπτεσθαι, εἰπὼν ὅτι Ῥωμαῖός εἰμι, ἀνέθη.

De iis quæ Damasci Ananias ad Paulum dixit ; deque visione et voce Dei facta in templo : et quomodo jamjam ob hæc verberandus, ubi se Romanum dixit, liberatus sit.

Ἀνανίας δέ τις, ἀνὴρ εὐλαβὴς κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων ἐν Δαμασκῷ Ἰουδαίων, ἐλθὼν πρός με, καὶ ἐπιστὰς, εἶπέ μοι · Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. Κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν. Ὁ δὲ εἶπεν · Ὁ Θεὸς τῶν D πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ · ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτοῦ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὧν ἑώρακας καὶ ἤκουσας. Καὶ νῦν τί μέλλεις; Ἀναστὰς βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέφοντι εἰς Ἰερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένῳ μοι ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι · Σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἰερουσαλὴμ · διότι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ. Κἀγὼ εἶπον · Κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σέ · καὶ ὅτε ἐξεχύνετο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ

XXII, 12-22. Ananias autem quidam, vir secundum legem testimonium habens ab omnibus cohabitantibus Judæis, veniens ad me et astans dixit mihi : Saule frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum. At ille dixit : Deus patrum nostrorum præordinavit, ut cognosceres voluntatem ejus, et videres justum, et audires vocem ex ore ejus ; quia eris testis illius ad omnes homines eorum, quæ vidisti et audisti. Et nunc quid moraris ? Exsurge, et baptizare, et ablue peccata tua, invocato nomine ipsius. Factum est autem revertenti mihi in Jerusalem, et oranti in templo, fieri me in stupore mentis, et videre illum dicentem mihi : Festina, etexi velociter ex Jerusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi : Domine, ipsi sciunt, quia ego eram concludens in carcerem et cædens per synagogas eos qui credebant in te : et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam, et consentiebam et custodiebam vestimenta interficien-

tium illum. Et dixit ad me : **297** Vade, quoniam ego in nationes longe mittam te. Audiebant autem eum usque ad hoc verbum, et levaverunt vocem suam dicentes : Tolle de terra hujusmodi : non enim fas est eum vivere. Vociferantibus autem eis, et projicientibus vestimenta sua, et pulverem jactantibus in aerem, jussit tribunus induci eum in castra, et flagellis cædi, et torqueri eum, ut sciret, propter quam causam sic acclamarent ei. Et cum astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi centurioni Paulus : Si hominem Romanum et indemnatum licet vobis flagellare ? Quo audito, centurio accessit ad tribunum, et nuntiavit ei, dicens : Quid acturus es ? Hic enim homo civis Romanus est. Accedens autem tribunus, dixit illi : Dic mihi si tu Romanus es ? At ille dixit : Etiam. Et respondit tribunus : Ego multa summa civitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait : Ego autem, et natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit, postquam rescivit, quia civis Romanus esset, et quia alligasset eum.

μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἥμην ἑφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν. Καὶ εἶπε πρός με· Πορεύου ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε. Ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν λέγοντες· Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκον αὐτὸν ζῆν. Κραυγαζόντων δὲ αὐτῶν καὶ ῥιπτόντων τὰ ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα, ἐκέλευσεν ὁ χιλίαρχος εἰσάγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ. Ὡς δὲ προέτεινον αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος· Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν; Ἀκούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος, προσελθὼν τῷ χιλιάρχῳ, ἀπήγγειλε, λέγων· Ὅρα τί μέλλεις ποιεῖν. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥωμαῖός ἐστι. Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος, εἶπεν αὐτῷ· Λέγε μοι, εἰ σὺ Ῥωμαῖος εἶ; Ὁ δὲ ἔφη· Ναί. Ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος· Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη· Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι. Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι αὐτὸν ἦν δεδεκώς.

CAPUT XXXIII.

Quæ Paulus, cum descendisset in concilium, passus est, quæque dixit, et præclare sibi consulens fecit.

XXII, 30. Postera autem die volens scire diligentius, qua ex causa accusaretur a Judæis, solvit eum, et jussit sacerdotes convenire, et omne concilium, et producens Paulum, statuit inter illos.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Ὅσα Παῦλος, καταβὰς εἰς τὸ συνέδριον, ἔπαθέ τε, καὶ εἶπε, καὶ εὐβουλόλως ἔπραξε.

Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τὸ, τί κατηγορεῖται ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσε συνελθεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ πᾶν τὸ συνέδριον αὐτῶν· καὶ καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς.

COMMENTARIUS.

« Tolle eum. » Mos erat Judæis hanc proferre vocem contra justos (38) sicut et contra Dominum : « Tolle eum, » hoc est de numero viventium. Ægyptius autem (de quo hic mentio) homo quidem fuit novitatis amator, seditiosus, impostor et præstigiator. Cupiens itaque diabolus criminum, quæ illi conveniebant, Paulum consortem reddere (quemadmodum et eodem tempore Christum Dominum) excitavit **298** hominem illum, ut inter Judæos portenta quædam operaretur. Quoniam vero tribunus Paulo dixit : « Nonne tu es ille Ægyptius ? » hanc ut ille amoveret suspicionem, et genus suum et religionem quam colebat, confestim manifestavit, sicut et alibi se « legitimum » Christi appellavit[83]. Sicarii autem dicuntur latrones, parvis quibusdam gladiis utentes, qui magnitudine Persarum acinaces, curvitate vero Romanorum sicas referunt : ex quibus sicariorum nomen ejus generis hominibus adhæsit. Sunt vero,

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἔθος τοῖς Ἰουδαίοις, ταύτην λέγειν τὴν φωνὴν κατὰ τῶν δικαίων, ὡς καὶ κατὰ τοῦ Κυρίου· « Αἶρε αὐτὸν, » ἀντὶ τοῦ, Ἔπαρον αὐτὸν ἐκ τῶν ζώντων. Οὗτος ὁ Αἰγύπτιος ἄνθρωπος τις ἦν νεωτεροποιὸς, καὶ στασιαστὴς, καὶ ἀπατεὼν, καὶ γόης. Καὶ θέλει ὁ διάβολος κοινωνὸν ποιεῖν Παῦλον τῶν ἐκείνῳ προσηκόντων ἐγκλημάτων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, διήγειρεν αὐτὸν τερατεύεσθαι ἐν τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐπειδὴ δέ φησιν ὁ χιλίαρχος· « Σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος; εὐθέως ἑαυτὸν ταύτης ἀπήγαγε τῆς ὑποψίας, καὶ τὸ ἔθνος εἰπὼν καὶ τὴν θρησκείαν. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ ἔννομον ἑαυτὸν τοῦ Χριστοῦ καλεῖ. Σικάριοι δὲ λέγονται λῃσταὶ, ξιφιδίοις χρώμενοι, παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τῶν Περσῶν ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ καὶ ὁμοίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων σικαῖς καλουμέναις· ἀφ' ὧν καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον. Ἄλλοι δὲ, αἱρεσίν τινα παρὰ Ἰουδαίοις [ἔφασαν εἶναι. Τρεῖς γάρ εἰσιν αἱρέσεις γενικαὶ παρὰ Ἰουδαί-

[83] I Cor. IX, 21.

Variæ lectiones et notæ.

(38) Chrysostomus hic habet, καθ' ὧν ἂν ἀποφαίνοιντο, *contra eos, quos damnarent* : quod sic generatim dictum melius se habet, quam determinate dicere, *contra justos*.

οις·] Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, καὶ Ἐσσηνοί. Οὗτοι τὸν βίον σεμνότερον ἀσκοῦσι, φιλάλληλοι ὄντες καὶ ἐγκρατεῖς· διὸ καὶ Ἐσσηνοὶ προσαγορεύονται, ἤτουν ὅσιοι. Ἄλλοι δὲ αὐτοὺς σικαρίους ἐκάλεσαν, ἤτουν ζηλωτάς. « Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον. » Οὐκ ἐψεύσατο Παῦλος Ῥωμαῖον ἑαυτὸν καλέσας, καίτοι Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ὡς καὶ αὐτὸς πρὸ ὀλίγου ἔφη. Ἀπὸ γὰρ Ἀδριανοῦ συνέβη πάντας εἶναι Ῥωμαίους. Μεγάλην γὰρ εἶχον τότε πρόνοιαν οἱ οὕτως ἀξιούμενοι καλεῖσθαι. Τοῦτο δέ φησιν, ἵνα μὴ μαστιχθεὶς, εὐκαταφρόνητος γένηται. Εἰ γὰρ ἐμάστιξαν, καὶ παρέτρεψαν ἂν τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀπέκτειναν αὐτόν. Νῦν δὲ, εἰ καὶ [μὴ]·δι' ἕτερον, ἀλλά γε διὰ τοῦτο, οὐ μόνον οὐκ ἐμάστιξαν, ἀλλὰ καὶ ἀπέλυσαν. « Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη. » Δείκνυσιν οὖν ὁ Παῦλος, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ῥωμαῖος ἦν. Πρὸ γὰρ τοῦ γεννηθῆναι τὸν Παῦλον, γεγενημένης τῆς Κιλικίας ὑπὸ Ῥωμαίους, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν, ὡς ὄντα ὑπ' αὐτοὺς, Ῥωμαῖον εἶναι. Τέως δὲ κατὰ τὴν προφητείαν ἐδεσμεύθη ἐν Ἱερουσαλήμ. Τί οὖν ἀπὸ τούτου γίνεται; Λύσας κατήγαγεν αὐτὸν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. Οὐκ ἄρα ψεῦδος ἦν, ὅτι Ῥωμαῖος ἦν. « Ἐφοβήθη γὰρ, φησὶν, ὁ χιλίαρχος, ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, » τουτέστιν ἀξιωματικοῦ γένους ὄντα.

qui sicarios unam ex Judæorum sectis esse putent. Tres enim sunt generales ejus gentis sectæ : nempe Pharisæi, Sadducæi et Esseni. Isti cæteris honestiorem vitam ducunt, ac mutuo se diligunt, et continentiam colunt. Quare Esseni appellantur, quasi osii, id est sancti, quos alii sicarios vocant, hoc est, zelotas. « Si hominem Romanum. » Non utique mentiebatur Paulus sese Romanum appellans, tametsi Judæus esset, ut ipse paulo ante dixerat. Nam ab Adriani tempore contigit, ut omnes essent Romani ; magna enim ratio illorum habebatur, qui hanc gratiam consecuti erant, ut ita appellari possent. Hoc autem dicebat Paulus ne, si flagellis cæderetur, in contemptum facile veniret. Et quidem si flagellassent eum, et rem omnem pervertere potuissent, ac etiam eum interficere. Nunc vero, sin ob aliam, certe ob istam causam, non solum non flagellaverunt, sed etiam a vinculis solverunt. « Paulus ait. » Indicat Paulus, etiam patrem suum Romanum fuisse. Antequam enim Paulus nasceretur, cum Cilicia Romanæ ditionis facta esset, necesse fuit ut is etiam, utpote illis subjectus, Romanus esset. Interim tamen, juxta Agabi prophetiam, alligatus est in Jerusalem. Quid postea contigit? Solvit eum tribunus et duxit ad Judæos. Vere itaque Paulus Romanus erat. « Timuit enim, inquit, tribunus postquam rescivit, quia civis Romanus, » hoc est nobilis genere, erat.

Τῇ δ' τῆς ζ' ἑβδομάδος.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος ἐν τῷ συνεδρίῳ εἶπεν· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ, τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα. Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. Καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι; Οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπον τῷ Παύλῳ· Τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς; Ἔφη τε ὁ Παῦλος· Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἀρχιερεύς ἐστι. Γέγραπται γὰρ, ὅτι, Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ Σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι. Τοῦτο δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, ἐγένετο στάσις τῶν Σαδδουκαίων καὶ Φαρισαίων, καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος. Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη· καὶ ἀναστάντες τινὲς τῶν Γραμματέων τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων διεμάχοντο, λέγοντες· Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν. Πολλῆς δὲ γενομένης στάσεως, φοβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβῆναι, καὶ ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν παρεμβολήν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος, εἶπε· Θάρσει, Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἰερουσαλὴμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι.

Feria 4 hebdomadæ septimæ.

TEXTUS.

XXIII, 1-11, Intendens autem in concilium Paulus, ait : Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum, usque in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os ejus. Tunc Paulus dixit ad eum : Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens judicas me secundum legem, et contra legem jubes me percuti? Et qui stabant, dixerunt : Summum sacerdotem **299** Dei maledicis? Dixit autem Paulus : Nesciebam, fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim : Principem populi tui non maledices. Sciens autem Paulus, quia una pars esset Sadducæorum et altera Pharisæorum, exclamavit in concilio : Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi; de spe et resurrectione mortuorum ego judicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos et Sadducæos, et soluta est multitudo. Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum : Pharisæi autem utraque confitentur. Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum pugnabant, dicentes : Nihil mali invenimus in homine isto : quid si spiritus locutus est ei, aut angelus? Et cum magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, jussit milites descendere et rapere eum de medio eorum ac deducere eum in castra. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait : Constans esto : sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet et Romæ testificari.

COMMENTARIUS.

« Percutiet te Deus, paries dealbate. » Inquisitione dignum est, quomodo Paulus, cum alibi dixerit: « Maledicimur et benedicimus; blasphemamur, et obsecramus [58], » etc.; hic e contra non solum convicietur, sed etiam maledicat? Respondemus hæc verba liberi potius animi esse, quam irati: non enim volebat contemptibilis videri tribuno. Si enim Ananias quidem ab eo flagellando abstinuisset, quod mox Judæis tradendus esset, profecto, quod Paulus a famulis verberaretur, illum audaciorem effecisset. Ea autem verba non, ut aiunt quidam, ad ministrum, sed ad jubentem ipsum direxit; ac propterea statim se purgare aggreditur. Sciens enim justam etiam iram reprimendam esse, ac justam quoque indignationem obruendam, veluti pœnitentia ductus, ait: « Nesciebam quia princeps est sacerdotum. » Et quidem ille sciebat (39); (dixerat **300** enim: « Et tu sedens judicas me secundum legem? » attamen ignorantiam nemini noxiam, sed sibi utilem simulat. Ad animi enim libertatem spectat, vehementiore quandoque uti locutione. Et quidem intempestiva loquendi libertas veritati sæpe nocet; at opportunus ejus usus frequenter conficit, quod intenditur. « Sciens autem Paulus. » Rursus humana utitur industria, ac non semper gratia fruitur. Et quidem per hoc, sicut et postea, multitudinem, quæ contra ipsum inique conspiraverat, dividere studet. Atque hic etiam non mentitur: erat enim ex progenitoribus Pharisæus. Sadducæi, utpote crassi, fortasse neque Deum norant: quocirca etiam resurrectionem esse non credebant. « Pharisæi autem utraque confitentur. » At cum tria sunt, quomodo dicit « utraque? » Nempe, vel quia spiritum et angelum pro una re accipit: vel quia dictio utraque non solum de duobus (quæ quidem proprie significat), sed etiam de tribus (quanquam minus proprie) accipitur. Hinc non oportet ad profanæ locutionis proprietatem simplicium et rudium piscatorum scripta exigere.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἄξιον ζητῆσαι, πῶς ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ εἰπών, « Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, » ἐνταῦθα τοὐναντίον οὐ μόνον λοιδορεῖται, ἀλλὰ καὶ ἐπαρᾶται. Καί φαμεν, ὅτι ταῦτα τὰ ῥήματα παῤῥησίας μᾶλλόν ἐστιν ἢ θυμοῦ. Οὐ γὰρ ἐβούλετο εὐκαταφρόνητος φανῆναι τῷ χιλιάρχῳ. Εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἐφείσατο μαστίξαι, ὡς δὴ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκδίδοσθαι μέλλοντα· τὸ ὑπὸ τῶν οἰκετῶν τύπτεσθαι μᾶλλον ἂν ἐκεῖνον θρασύτερον εἰργάσατο. Τοῦτο δὲ οὐχ, ὡς φασί τινες, πρὸς τὸν παῖδα ἀπετείνεται, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν τὸν ἐπιτάξαντα· διὸ καὶ ἀπολογεῖται εὐθέως. Εἰδὼς γάρ, ὅτι δεῖ καὶ θυμὸν δίκαιον περιστέλλειν, καὶ ἀγανάκτησιν δικαίαν καλύπτειν, ὥσπερ μεταμεληθεὶς λέγει· « Οὐκ ᾔδειν ὅτι ἔστιν ἀρχιερεύς, » καίτοι εἰδώς, (Εἶπε γάρ· « Καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον; ») ἀλλὰ προσποιεῖται ἄγνοιαν, οὐ βλάπτουσαν, ἀλλ' οἰκονομοῦσαν. Ἔστι γὰρ καὶ μεταχειρισμῷ χρήσασθαι ἰσχυροτέρῳ παῤῥησίας. Πολλάκις μὲν γὰρ παῤῥησία ἄκαιρος ἔβλαψε τὴν ἀλήθειαν· μεταχειρισμὸς δὲ εὔκαιρος κατώρθωσε τὸ προκείμενον. Πάλιν ἀνθρωπίνως διαλέγεται, καὶ οὐ παντάχοῦ τῆς χάριτος ἀπολάβει [59]. Καὶ ἐν τούτῳ, καὶ μετὰ ταῦτα, ἠβουλήθη σχίσαι τὸ πλῆθος τὸ κακῶς ὁμονοοῦν κατ' αὐτοῦ. Καὶ οὐ ψεύδεται οὐδὲ ἐνταῦθα· Φαρισαῖος γὰρ ἦν ἐκ προγόνων. Σαδδουκαῖοι παχεῖς τινες ὄντες, τάχα οὐδὲ τὸν Θεὸν ἴσασιν· ὅθεν οὐδὲ ἀνάστασιν βούλονται πιστεύειν εἶναι. « Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. » Καὶ μὴν τρία ἐστί, πῶς οὖν λέγει, « ἀμφότερα; » Ἢ ὅτι πνεῦμα καὶ ἄγγελον ἓν φησιν, ἢ ὅτι ἡ λέξις οὐ μόνον περὶ δύο λέγει, ὅπερ κυρίως δηλοῖ τὸ, ἀμφότερα, ἀλλὰ καὶ περὶ τριῶν [λαμβάνεται]. Ὥστε οὖν οὐ δεῖ ἐκ τῆς ἔξωθεν ἀκριβολέκτου κυριότητος κρίνειν τὰς τῶν ἁπλῶν καὶ ἀγραμμάτων ἁλιέων συγγραφάς. Διχῶς ἔστι νοῆσαι τὸ εἰρημένον· ἢ γὰρ λείπει τι αὐτῷ πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ νοήματος, ἵνα ᾖ οὕτως· Εἰ δὲ πνεῦμα ἢ ἄγγελος ἐλάλησεν αὐτῷ, ἄδηλον, φησίν· ἢ ὡς ἀπὸ τῶν Φαρισαίων τὸ ῥῆμα λεκτέον. « Εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος. » Ἀντὶ τοῦ, Ἰδοὺ τὰ περὶ ἀνα-

[58] I Cor. IV, 21

Variæ lectiones et notæ.

[59] ἀπολαύει.

(39) Mirum, quod auctor iste, qui alias Chrysostomum fere exscribit, hic diserte ab illo, et, ut ego quidem puto, etiam a veritate discedat. Chrysostomus, ut æquitas ipsa postulare videtur, censet et sustinet Paulum revera ignorasse, quod Ananias eo tempore princeps esset sacerdotum. Verba, quæ ille habet hom. XLVIII in Act. ap. hic referre libet, ut nemo commentatoris hujus hac in parte expositioni fidat. Ait itaque initio num. 2: *Quidam dicunt* (verba Græca brevitatis gratia omitto) *per ironiam locutum esse. Mihi autem videtur ipsum omnino nescivisse, quod esset princeps sacerdotum: alioquin illum honorasset. Ideo sese purgat accusatus, et addit:* « *Principem populi tui non maledices.* » Et paulo post: *Et omnino persuasus sum, nescivisse illum, quod princeps sacerdotum esset, quod post longum tempus rediisset, nec frequenter Judæos convenisset, videretque eum in medio multorum aliorum; non enim manifestus erat princeps sacerdotum inter multos et diversos astans.* Et in fine hujus numeri: *Nesciebam, inquit, quod summus sacerdos sit. Ergo ex ignorantia increpatio fuit. Nisi enim hoc esset, illo accepto abiisset, nec tacuisset, atque ipsum illis tribunus tradidisset.* Similiter num. seqq.: *Nesciebam, inquit, quod summus sacerdos Dei esset. Hoc dixit, neque hic stetit; sed ostendens se non ironice loqui, addit:* « *Principem populi tui non maledices.* » Nulla verior aut æquior expositio hic dari potest. Cæterum in Commentario isto sub nomine Œcumenii edito refertur etiam hæc explicatio, velut *quorumdam*: τινές φασι, *quidam dicunt*. Miror vero, compilatorem, ut plurimum, Chrysostomi tam frigide ejus sententiam, ipsius ferme verbis, referre.

στάσεως λαλῶν δῆλός ἐστιν, ἢ διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἢ δι' ἀγγέλου κατηχηθεὶς τὸν τῆς ἀναστάσεως λόγον.

A « Quid si. » Duplici modo intelligi potest hoc dictum : vel enim ad sensus complementum ei aliquid deest, ut ita se habere debeat : Si Spiritus, aut angelus locutus sit ei incertum : vel dicendum illud Pharisæorum esse dictum, « Si Spiritus locutus est ei aut angelus : » id est, Cum de resurrectione loquatur, manifestum est eum de illius exstantia vel per Spiritum sanctum aut per angelum eductum fuisse.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ ἐπιβουλῆς μελετωμένης Ἰουδαίων κατὰ Παύλου, καὶ μηνύσεως αὐτῶν πρὸς Λυσίαν· ἐν ᾧ ὅτι παρεπέμφθη ὁ Παῦλος τῷ ἡγεμόνι εἰς Καισάρειαν μετὰ στρατιωτῶν καὶ γραμμάτων.

CAPUT XXXIV.

De insidiis Judæorum contra Paulum, et quod illæ indicatæ fuerint Lysiæ : et quod Paulus transmissus fuerit in Cæsaream ad præsidem cum militibus et literis.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι συστροφήν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς λέγοντες, μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον. B Ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα, οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν ποιησάμενοι· οἵτινες προσελθόντες τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον· Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς, μηδενὸς γεύσασθαι, ἕωσὰν ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον. Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν. Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὴν ἐνέδραν, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη· Τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι ἀναγγεῖλαι αὐτῷ. Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν, C ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ φησιν· Ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός με ἠρώτησε τοῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν πρὸς σὲ, ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπυνθάνετο· Τί ἐστιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι; Εἶπε δὲ, ὅτι Οἱ Ἰουδαῖοι συνέθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε, ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον τὸν Παῦλον καταγάγῃς πρὸς αὐτοὺς, ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ. Σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς· ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαράκοντα, οἵτινες ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς, μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν ἕως οὗ ἀνέλωσιν αὐτόν. Καὶ νῦν εἰσιν ἕτοιμοι, προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν· Ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός· κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα τὸν ἡγεμόνα· γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον· « Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν. Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι, ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι· βουλόμενός τε γνῶναι τὴν

TEXTUS.

XXIII, 12-35. Facta autem die collegerunt se quidam ex Judæis et devoverunt se dicentes, neque manducaturos neque bibituros donec occiderint Paulum. Erant autem plusquam quadraginta viri qui hanc cogitationem fecerant : qui accesserunt ad principes sacerdotum et seniores, et dixerunt : Devotione devovimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio, ut producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cogniturі de eo. **301** Nos vero, priusquam appropiet, parati sumus interficere illum. Quod cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit et intravit in castra nuntiavitque Paulo. Vocans autem Paulus ad se unum ex centurionibus, ait : Adolescentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumens eum duxit ad tribunum, et ait : Vinctus Paulus rogavit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, et interrogavit illum : Quid est quod habes indicare mihi ? Ille autem dixit : Judæis convenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo : tu vero ne credideris illis ; insidiantur enim ei ex eis viri amplius quam quadraginta, qui se devoverunt non manducare neque bibere donec interficiant eum ; et nunc parati sunt exspectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecisset. Et vocatis duobus centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant usque Cæsaream, et equites septuaginta, et lancearios ducentos a tertia hora noctis, et jumenta præparate, ut imponentes Paulum, eum salvum perducant ad Felicem præsidem (timuit enim, ne forte raperent eum Judæi et occiderent, et ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam), scribens epistolam continentem hæc : « Claudius Lysias optimo præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum a Judæis, et incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu cripui, cognito quia Romanus est : volensque scire causam quam objiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum. Quem inveni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil vero dignum morte, aut vinculis habentem cri-

minis. Et cum mihi perlatum esset de insidiis quas paraverant illi, misi eum ad te denuntians, et accusatoribus, ut dicant apud te. Vale. »

A

του ἢ δεσμῶν ἔχοντα ἔγκλημα. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξ αὐτῆς ἔπεμψα πρὸς σὲ, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔρρωσο. »

Milites ergo secundum præceptum sibi, assumentes Paulum duxerunt per **302** noctem in Antipatridem; et postera die, dimissis equitibus, ut cum eo irent, reversi sunt ad castra. Qui cum venissent Cæsaream et tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum et Paulum. Cum legisset autem et interrogasset de qua provincia esset; et cognoscens, quia de Cilicia: Audiam te, inquit, cum accusatores tui venerint. Jussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται διὰ νυκτὸς, κατὰ τὸ διαταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν. Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι, παρίστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ. Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας, Διακούσομαί σου, B ἔφη, ὅταν καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται, κελεύσας ἐν τῷ πραιτωρίῳ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι αὐτόν.

CAPUT XXXV.

Tertulli accusatio contra Paulum, et hujus defensio coram præside.

XXIV, 1-26. Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam et Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem adversus Paulum. Et, citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, et multa corrigantur per tuam providentiam, semper et ubique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tua clementia. Invenimus hunc hominem pestiferum et C concitantem seditiones omnibus Judæis in universo orbe, et auctorem seditionis sectæ Nazarenorum: qui etiam templum violare conatus est, quem et apprehensum voluimus secundum legem nostram judicare. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, jubens accusatores ejus ad te venire: a quo poteris ipse judicans, de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum. Adjecerunt autem et Judæi, dicentes hæc ita se habere. Respondit autem Paulus (annuente sibi præside dicere): Ex multis annis te esse justum judicem genti huic sciens bono animo pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere, quia non plus mihi dies quam duodecim, ex quo D ascendi adorare in Jerusalem, et neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in civitate, neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deservio Patri et Deo meo, credens omnibus quæ in lege et prophetis scripta sunt: spem habens in Deum, quam et hi ipsi exspectant, resurrectionem futuram justorum et iniquorum. In hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum et ad homines semper. Post annos autem plures eleemosynas **303** facturus in gentem meam veni et oblationes et vota: in quibus invenerunt

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ.

Τερτύλλου κατὰ Παύλου κατηγορία, καὶ αὐτοῦ ἀπολογία ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος.

Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας, κατέβη ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ πρεσβυτέρων τινῶν, καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινὸς, οἵτινες ἐνεφάνησαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου. Κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος λέγων· Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ πολλῶν κατορθωμάτων γενομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας, πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, μετὰ πάσης εὐχαριστίας. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως, τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσεις πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε ὄντα τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως· ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν. Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε, κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σέ. Παρ' οὗ δυνήσῃ καὶ αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι, ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ. Συνεπέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες, ταῦτα οὕτως ἔχειν. Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος λέγειν· Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν δίκαιον τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθύμως τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι, δυναμένου σου ἐπιγνῶναι, ὅτι οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι ἢ δώδεκα, ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ· καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ τὴν πόλιν· οὔτε παραστῆσαι δύνανταί σοι, περὶ ὧν νυνὶ κατηγοροῦσί μου. Ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον, καὶ τοῖς ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις, ἐλπίδα ἔχων πρὸς τὸν Θεὸν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι δικαίων τε καὶ ἀδίκων. Ἐν τούτῳ καὶ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον ἔχειν

συνείδησιν πρός τε τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός. Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου παρεγενόμην καὶ προσφοράς. Ἐν αἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου, τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαίων· οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι καὶ κατηγορεῖν εἴ τι ἂν ἔχοιεν πρός με· ἢ αὐτοὶ εἰπάτωσαν, τί εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, στάντι μοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἔκραξα ἐν αὐτοῖς ἑστώς, ὅτι Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών· Ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς, διαταξάμενος τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι αὐτὸν, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ. Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, οὔσῃ Ἰουδαίᾳ, μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν πίστεως. Διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ Φῆλιξ ἀπεκρίθη· Τὸ νῦν ἔχον πορεύου· καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε· ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων, ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος, ὡμίλει αὐτῷ.

me purificatum in templo, non cum turba, neque cum tumultu, quidam autem ex Asia Judæi, quos oportebat apud te præsto esse, et accusare si quid haberent adversum me: aut hi ipse dicant si quid invenerunt in me iniquitatis cum stem in concilio, nisi de una hac solummodo voce qua clamavi inter eos stans, quoniam De resurrectione mortuorum ego judicor hodie a vobis. Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac, dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos. Jussitque centurioni custodire eum, et habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquos autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua quæ erat Judæa, vocavit Paulum, et audivit ab eo fidem quæ est in Christum Jesum. Disputante autem illo de justitia et castitate et de judicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te: et simul et sperans, quod pecunia ei daretur a Paulo, propter quod et frequentem accersens eum loquebatur cum eo.

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῆς Φήλικος διαδοχῆς, καὶ τῆς Φήστου προαγωγίας, τῆς τε ἐπ' αὐτοῦ ἀναχρίσεως Παύλου καὶ ἀφέσεως.

Διετίας δὲ πληρωθείσης, ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον· θέλων δὲ χάριν καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ, κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον. Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισαρείας. Ἐνεφάνισάν τε αὐτῷ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν. Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐν Καισαρείᾳ, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι. Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησὶ, συγκαταβάντες, εἴ τί ἐστιν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ ἄτοπον, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ. Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας οὐ πλείους ὀκτὼ, ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι. Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν [αὐτῷ] οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι· τοῦ Παύλου ἀπολογουμένου, ὅτι Οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον. Φῆστος δὲ, θέλων τοῖς Ἰουδαίοις χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ Παύλῳ, εἶπε· Θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς, ἐκεῖ περὶ τούτων κριθῆναι ἐπ' ἐμοῦ; Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι· Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις. Εἰ μὲν οὖν ἀδικῶ καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τοῦ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν, ὧν οὗ-

CAPUT XXXVI.

De Felicis successione et Festi functione, et de Pauli coram ipso examine et dimissione.

XXIV, 27; XXV, 1-13. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum. Festus ergo cum venisset in provinciam, post triduum ascendit Jerosolymam a Cæsarea. Adieruntque eum principes sacerdotum et primi Judæorum adversus Paulum, et rogabant eum, postulantes gratiam adversus eum, ut juberet perduci eum in Jerusalem, insidias tendentes, ut interficerent eum in via. Festus autem respondit servari Paulum in Cæsarea, se autem maturius profecturum. Qui ergo in vobis (ait) potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum. Demoratus autem **304** inter eos dies non amplius quam octo aut decem, descendit Cæsaream, et altera die sedit pro tribunali, et jussit Paulum adduci. Qui, cum perductus esset, circumsteterunt eum, qui ab Jerolosyma descenderant Judæi, multas et graves causas objicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente, quoniam Neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quidquam peccavi. Festus autem volens gratiam præstare Judæis, respondens Paulo, dixit, Vis Jerosolymam ascendere, et ibi de his judicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi oportet me judicari. Judæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori; si vero nihil est eorum quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. Tunc Festus cum

concilio locutus respondit : Cæsarem appellasti ? ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent,

τοί μου κατηγοροῦσιν, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι. Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη· Καίσαρα ἐπικέκλησαι, ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ. Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν,

COMMENTARIUS.

« Anathematizarunt, seu devoverunt se, » inquit, hoc est professi sunt, se extra Dei fidem fore, nisi quod contra Paulum decreverant perfecissent. Cum autem duplex sit anathema, seu votum : unum quidem omnibus vel multis inaccessum, Deo autem soli oblatum; alterum autem omni ferme « creaturæ ac certe sanctis potestatibus, intactum et a Deo alienum, quippe quod diabolo convenit propter omnimodam alienationem a bono; huic posteriori anathemati isti nunc semetiosos subjiciunt. Adnotandum vero, quod Felix fidem notam haberet, utpote accurate instructus de iis quæ ad Christum spectant, ex Veteri Testamento. Nihilominus non absolvit Paulum, ad Judæorum gratiam captandam, sive quod munera se accepturum sperabat, ut in sequentibus innuitur. Noverat autem etiam, quia uxorem Judæam habebat, a qua continenter ista audiebat. Et quidem illa, Judæa cum esset, contra legem homini Gentili nupserat. Vel fortasse erat quidem primum Judæa, at cum illi nupsisset, facta est Gentilis : quare exposuit illi propriam fidem, et in prævaricationem induxit. « Dixit autem Paulus. » Hoc (nempe, Romam pergere volo ad Cæsarem, et ibi judicari) dixit Paulus, ut Judæorum manus effugeret.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

« Ἀνεθεμάτισαν, φησὶν, ἑαυτούς, » τουτέστιν ἔξω εἶναι τῆς κατὰ Θεὸν πίστεως εἶπον ἑαυτούς, εἰ μὴ ποιήσαιεν τὰ δόξαντα [61] [κατὰ Παύλου.] Τοῦ ἀναθέματος δισσοῦ νοουμένου· τοῦ μὲν, ὡς τοῖς πᾶσιν ἢ πολλοῖς ἀθίκτου [62], Θεῷ δὲ μόνῳ ἀνατιθεμένου· τοῦ δὲ, ὡς πάσῃ τῇ κτίσει καὶ ταῖς ἁγίαις δυνάμεσιν ἀψαύστου, καὶ Θεῷ ἀλλοτρίου, ὡς τῷ διαβόλῳ ἀνακειμένου, διὰ τὴν ἀμιγῆ τοῦ καλοῦ ἀλλοτρίωσιν· τοιούτῳ νῦν καὶ οὗτοι ἐπιβάλλουσιν ἑαυτοὺς ἀναθέματι. Σημειωτέον, ὅτι ᾔδει ὁ Φῆλιξ τὴν πίστιν, ἀκριβῶς κατηχηθεὶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς Παλαιᾶς· πρὸς χάριν δὲ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἀπέλυσε τὸν Παῦλον, ἢ καὶ διὰ δωροληψίαν, ὡς παρακατιὼν ὁ λόγος ἔδειξεν. Ἤδει δὲ καὶ ὡς ἔχων γυναῖκα Ἰουδαίαν, παρ' ἧς συνεχῶς ἤκουε ταῦτα. Αὕτη δὲ παρὰ τὸν νόμον συνήφθη αὐτῷ, Ἰουδαία οὖσα, Ἑλλήν. Ἢ τάχα ἦν μὲν Ἰουδαία, γαμηθεῖσα δὲ αὐτῷ, ἐγίνετο Ἑλληνίς. Διὸ καὶ ἔλεγεν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς πίστιν, πείθουσα καὶ τὸν ἄνδρα παραβάτην γενέσθαι. « Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος ἐπὶ τοῦ. » Τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ Παῦλος, βουλόμενος τὰς τῶν Ἰουδαίων χεῖρας ἐκφυγεῖν· τουτέστιν, Ἐν τῇ Ῥώμῃ θέλω ἀπελθεῖν παρὰ τῷ βασιλεῖ, κἀκεῖ δικάσασθαι.

CAPUT XXXVII.

Agrippæ et Bernicis adventus, et interrogatio de causa Pauli.

Feria 6 hebdomadæ septimæ.

TEXTUS.

XXV, 13-19. Agrippa rex et Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum. Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicavit de Paulo, dicens : Vir quidam est derelictus a Felice vinctus, de quo cum essem Jerosolymis, adierunt me principes sacerdotum et seniores Judæorum, postulantes adversus illum damnationem. Ad quos respondi, quia Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Cum ergo huc convenissent sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, jussi duci virum. De quo cum stetissent accusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar, malam. Quæstiones vero quasdam de sua superstitione habebant adversus eum, et de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

ΚΕΦΑΛ. ΑΖ'.

Ἀγρίππα καὶ Βερνίκης παρουσία, καὶ πεῦσις τῶν κατὰ Παῦλον.

Τῇ ε' τῆς ζ' ἑβδομάδος.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον. Ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, λέγων· Ἀνήρ τίς ἐστι καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος, περὶ οὗ, γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην. Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην, ὅτι Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Συνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα. Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι, οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον κατ' αὐτοῦ, ὧν ἐγὼ ὑπενόουν πονηράν. Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχεν πρὸς αὐτὸν, καὶ περί τινος Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν.

Variæ lectiones.

[61] τὸ δόξαν. [62] ἀνεφίκτου.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Εἰς τάξιν βασιλέως κατῆει ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὁ Ἀγρίππας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ βασιλεὺς ἐχρημάτιζεν· ἢ καὶ τάχα βασιλεὺς ἦν καὶ αὐτὸς τῶν ἀνατολικῶν μερῶν, τοῦ Νέρωνος τῶν δυτικῶν ἄρχοντος, καὶ ὄντος ἐν Ῥώμῃ.

KEIMENON.

Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτων ζήτησιν, ἔλεγον, εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα, κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων. Τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα αὐτὸν τηρεῖσθαι, ἕως οὗ ἀναπέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα. Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Φῆστον ἔφη· Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι. Ὁ δέ, Αὔριον, φησίν, ἀκούσῃ αὐτοῦ. Τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης, μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον, σύν τε τοῖς χιλιάρχοις, καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, καὶ κελεύσαντος τοῦ Φήστου, ἤχθη ὁ Παῦλος. Καὶ φησιν ὁ Φῆστος· Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον, περὶ οὗ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπιβοῶντες, μὴ δεῖν αὐτὸν ζῆν μηκέτι. Ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος, μηδὲν αὐτὸν ἄξιον θανάτου πεπραχέναι, αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν. Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ μου οὐκ ἔχω. Διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ ὑμῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγρίππα· ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης, ἔχω τί γράψω. Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτὸν αἰτίας σημᾶναι.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Σεβαστὸν καταχρηστικῶς τὸν βασιλέα καλεῖ, ὥσπερ καὶ Καίσαρα· ὃν παρακατιὼν καὶ κύριον καλεῖ, λέγων· « Περὶ οὗ τι γράψαι τῷ κυρίῳ μου οὐκ ἔχω. »

Παύλου ἀπολογία περὶ αὐτοῦ. Περὶ τῆς ἐν νόμῳ θρησκείας αὐτοῦ, καὶ κλήσεως αὐτοῦ εἰς τὸ Εὐαγγέλιον· ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ Ἰουδαίους ὁ Παῦλος, Ἀγρίππας ἔφη τῷ Φήστῳ.

Μηνὶ Μαΐῳ, κα' τῶν ἁγίων βασιλέων Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης.

KEIMENON.

Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· Ἐπιτέτραπταί σοι λέγειν ὑπὲρ σεαυτοῦ. Τότε ὁ Παῦλος, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπελογεῖτο· Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἡγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, ἐπὶ σοῦ μέλλων σήμερον ἀπολογεῖσθαι. Μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἠθῶν τε καὶ ζητημάτων. Διὸ δέομαί σου μακροθύμως ἀκοῦσαί μου. Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου, ἐν Ἱεροσολύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, προγινώσκοντές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν, ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἕστηκα κρινόμενος· εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ

COMMENTARIUS.

Aut pro rege seu imperatore in provincias descendebat Agrippa, et ideirco rex appellatus est · vel revera rex erat etiam ipse in partibus Orientalibus, cum Nero in Occidente imperaret et Romæ resideret.

TEXTUS.

XXV, 20-27. Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione, dicebam, si vellet ire Jerosolymam, et ibi judicari de istis. Paulo autem appellante, ut servaretur ad Augusti cognitionem, jussi servari eum, donec mittam eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Festum, Vellem et ipse hominem audire : Cras, inquit, audies eum. Altera autem die, cum venisset Agrippa et Bernice cum multa ambitione, et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis, jubente Festo, adductus est Paulus. Et dicit Festus : Agrippa rex, et omnes qui simul adestis **306** nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me Jerosolymis, petentes et acclamantes non oportere eum vivere amplius. Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, judicavi mittere; de quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, et maxime ad te, rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quid scribam. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, et causas ejus non significare.

COMMENTARIUS.

Festus imperatorem improprie Augustum vocat, quemadmodum et Cæsarem : quem etiam postea dominum appellat, dicens : « De quo quid certum scribam domino non habeo. »

Pauli apologia pro se ipso. De suo cultu in lege, et vocatione ad Evangelium : et quod Agrippa dixerit Festo, Paulum nulla injuria affecisse Judæos

Mense Maio, die 21, sanctorum imperatorum Constantini et Helenæ.

TEXTUS.

XXVI, 1-20. Agrippa vero ad Paulum ait : Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere : De omnibus, quibus accusor a Judæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie, maxime te sciente omnia, et quæ apud Judæos sunt consuetudines et quæstiones : propter quod, obsecro, patienter me audias. Et quidem vitam meam a juventute, quæ ab initio fuit in gente mea in Jerosolymis, noverunt omnes Judæi : præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus. Et nunc, in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est a Deo, sto judicio subjectus : in quam duodecim tribus nostræ, nocte ac die deservientes, sperant devenire.

De qua spe accusor a Judæis, rex. Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat? Et ego quidem existimaveram, me adversus **307** nomen Jesu Nazareni debere multo contraria agere : quod et feci Jerosolymis, et multos sanctorum ego in carceribus inclusi, a principibus sacerdotum potestate accepta ; et cum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare; et amplius insaniens in eos, persequebar usque in exteras civitates. In quibus dum irem Damascum cum potestate et permissu principum sacerdotum, die media in via vidi, rex, de cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, et eos qui mecum simul erant. Omnesque nos cum decidissemus in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraica lingua : Saule, Saule, quid me persequeris ? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autem dixi : Quis est, Domine ? Dominus autem dixit : Ego sum Jesus quem tu persequeris. Sed exsurge, et sta super pedes tuos : ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum et testem eorum quæ vidisti, et eorum quibus apparebo tibi, eripiens te de populo, et gentibus, in quas nunc ego mitto te, aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, et de potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum et sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me. Unde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni : sed his, qui sunt Damasci primum et Jerosolymis, et in omnem regionem Judææ, et gentibus annuntiabam, ut pœnitentiam agerent, et converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

A ἡμέραν λατρεῦον ἐλπίζει καταντῆσαι. Περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ. Τί ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει ; Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι. Ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ἱεροσολύμοις· πολλούς τε τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών· ἀναιρουμένων δὲ αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον· καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτοὺς, ἠνάγκαζον βλασφημεῖν· περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Ἐν οἷς πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡμέρας μέσης, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με φῶς, καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους. Πάντων τε καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνῆς λεγούσης πρός με τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις ; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Ἐγὼ δὲ εἶπα· Τίς εἶ, Κύριε ; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις. Ἀλλ' ἀνάστηθι, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα, ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι· ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐκ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν· τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς ἐμέ. Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ· ἀλλὰ τοῖς ἐν Δαμασκῷ πρῶτον καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπήγγελλον μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας.

B

C

COMMENTARIUS.

Duo ad resurrectionem astruendam argumenta proponit : unum ex prophetis, ex quibus tamen nullum profert, sed tantum ait, talem esse Judæorum opinionem ; alterum, illudque clarius ex re ipsa : quia nempe Christus, postquam surrexit a mortuis, ipsum allocutus est. Et hoc etiam, suam præcedentem enarrans insaniam, duobus argumentis confirmat. Quorum primum : « Quid, inquit, incredibile est, si Deus mortuos suscitat ? » Alterum : Si enim talis non esset Judæorum opinio, si in hoc dogmate innutriti non essent, sed nunc primum proponeretur, juste posset quispiam hunc sermonem non probare. **308** Propter hujusmodi autem dogma ego, inquit, accusor, quod inter illos viget : propter hoc gloriantur ; propter hoc serviunt Deo, ut ipsam resurrectionem consequantur. Et ego hanc annuntio. « Cœlestis visio » est purus, ac humanam superans conditionem intuitus rei, quam nemo exsistens in carne videre potest, nisi oculi ejus superiori lumine collustrentur.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Δύο τίθησι περὶ ἀναστάσεως λογισμούς· ἕνα μὲν, τὸν ἀπὸ τῶν προφητῶν· καὶ οὐ παράγει προφήτην, ἀλλ' αὐτὴν τῶν Ἰουδαίων τὴν δόξαν· ἄλλον δὲ τὸν ἰσχυρότερον, τὸν ἀπὸ τῶν πραγμάτων, ὅτι διελέχθη[a] αὐτῷ ὁ Χριστὸς ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. Καὶ κατασκευάζει καὶ τοῦτον ἀπὸ λογισμῶν, τὴν προτέραν αὐτοῦ μανίαν διηγούμενος. Πρῶτος λογισμός· « Τί ἄπιστον, φησὶν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει ; » καὶ ἄλλως· Εἰ γὰρ μὴ τοιαύτη δόξα ἦν, εἰ γε μὴ ἀνατεθραμμένοι ἦσαν ἐν τούτοις τοῖς δόγμασιν· ὃν δὲ εἰσφέρετο[b], τίς οὐκ ἂν ἐδέξατο τὸν λόγον ; Ὑπὲρ τῆς αἱρέσεως ταύτης, φησὶν, ἐγκαλοῦμαι, καὶ αὕτη παρ' αὐτοῖς πρεσβεύεται. Διὰ ταύτην εὔχονται, διὰ ταύτην λατρεύουσιν, ἵνα ταύτης τύχωσι. Καὶ ταύτην ἐγὼ καταγγέλλω. Ὀπτασία ἐστὶν, ἡ καθαρὰ θέα, ἡ ὑπερβαίνουσα ἄνθρωπον, ἣνπερ τις ἐν σαρκὶ ὤν, δίχα τοῦ ἀποκαλυφθῆναι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐκ ἔστιν ἰδεῖν δυνατός.

D

Variæ lectiones.

[a] διηλέχθη. [b] locus vitiatus.

KEIMENON.

Ἕνεκα τούτων, Ἰουδαῖοί με συλλαβόμενοι, ὄντα ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ· οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωϋσῆς, εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ τε λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ φησι· Μαίνῃ, Παῦλε· τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Ὁ δὲ Παῦλος, Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε Φῆστε, ἀλλὰ ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι. Ἐπίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεὺς, πρὸς ὃν καὶ παῤῥησιαζόμενος λαλῶ. Λανθάνειν γὰρ αὐτόν τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδέν. Οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο. Πιστεύεις, βασιλεῦ Ἀγρίππα, τοῖς προφήταις; Οἶδα ὅτι πιστεύεις. Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι. Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν· Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ, καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον, γενέσθαι τοιούτους, οἱοπερ κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων. Καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἀνέστη τε ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ ἡγεμὼν, ἥ τε Βερνίκη, καὶ οἱ συγκαθήμενοι αὐτοῖς· καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, ὅτι Οὐδὲν θανάτου ἄξιόν τι, ἢ δεσμῶν πράσσει ὁ ἄνθρωπος οὗτος. Ἀγρίππας δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη· Ἀπολελύσθαι ἠδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπικέκλητο Καίσαρα.

A

TEXTUS.

XXVI, 21-32. Hac ex causa me Judæi, cum essem in templo, comprehensum tentabant interficere. Auxilio autem adjutus Dei usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque majori, nihil extra dicens quam ea quæ prophetæ locuti sunt futura esse, et Moyses, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo et gentibus. Hæc loquente eo et rationem reddente, Festus magna voce dixit : Insanis, Paule ; multæ te litteræ ad insaniam convertunt. Et Paulus : Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem et constanter loquor : latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quidquam horum gestum est. Credis, rex Agrippa, prophetis ? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum : In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus : Opto apud Deum, et in modico et in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales, qualis et ego sum, exceptis vinculis his. Et exsurrexit rex, et præses, et Bernice, et qui assidebant eis. Et cum recessissent, loquebantur ad invicem, dicentes, quia Nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit : Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

B

ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

Ἵνα μὴ δόξῃ αὐτὸς διδάσκαλος εἶναι τούτου, ἐπάγει προφήτας καὶ τὸν Μωϋσέα λέγοντα· « Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ δὲ, « εἰ, » ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ, ὅτι, ἐστί. Μωϋσῆς, φησὶν, εἶπε, ὅτι « παθητὸς » ὁ Χριστὸς [πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως·»] πρῶτος γὰρ οὗτος ἀνέστη, καὶ οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει. Οἱ γὰρ ἀναστάντες δι' αὐτοῦ, ἢ διὰ τῶν μαθητῶν, καὶ οἱ διὰ τῶν προφητῶν, πάλιν ἀπέθανον, ἕως τῆς καθόλου ἀναστάσεως μένοντες. Ἐπειδὴ ἀεὶ πρὸς τὸν βασιλέα διελέγετο, ὥσπερ ἔπαθέ τι ὁ Φῆστος, καὶ ἰδὼν τὴν παῤῥησίαν, ἀπὸ θυμοῦ καὶ ὀργῆς φησι· « Μαίνῃ, Παῦλε. » Ὁ δὲ Παῦλος τὴν αἰτίαν διδάσκει, δι' ἣν πρὸς τὸν βασιλέα τὸν λόγον ἀπέστρεψε. [Εἶτα δεικνὺς] ὅτι πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τοῦτο γέγονε τὸ δόγμα, ἐπήγαγεν· [« Οὐ γὰρ ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο· »] τουτέστι τὸ περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ λέγων. [« Παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων. »] Οὐκ ἀπευχόμενος ἑαυτῷ τὰ δεσμὰ, οὐδὲ αἰσχυνόμενος, τοῦτο ἔλεγεν (τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ, εἴπερ ἄλλο τι, ἄξιον δόξης καὶ καύχημα)· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν ἀφορῶν, καὶ τῇ ἐκείνων ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων, « Γένοιτό μοι, φησὶ, πάντας τοιούτους γενέσθαι οἷος ἐγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων. »

C

COMMENTARIUS.

Ne Paulus auctor videretur doctrinæ quam prædicabat, adducit in testimonium prophetas et Mosen dicentem : « Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, » etc. Ubi illud « si » est pro *quod*, vel *quoniam*. Moses, inquit, dixit, quod « Christus passibilis » esset, ac « primus ex resurrectione. » Nam primus ille resurrexit, et « jam non amplius moritur. » Si enim qui ab ipso, **309** vel ab ejus discipulis, vel a prophetis exsuscitati sunt, iterum mortui sunt, mortuique manebunt usque ad universalem resurrectionem. Quoniam vero Paulus semper ad regem verba dirigebat, Festus veluti sese offensum putavit ; videnque ejus libertatem loquendi, ira et indignatione percitus : « Insanis, inquit, Paule. » Paulus autem causam profert, ob quam ad regem sermonem converterat. Deinde, ut ostenderet per totum terrarum orbem vulgatum esse dogma istud, subdit : « Neque enim in angulo quidquam horum gestum est : » loquitur scilicet de morte et resurrectione Christi Domini. « Exceptis vinculis his. » Non quod vincula aut abhorreret aut erubesceret, hoc dicit (siquidem illa pati gloria et exsultatione, si quidquam aliud, dignum existimabat) ; sed ad illorum mentem animumque respiciens, et ipsorum imbecillitati sese accommodans : « Opto, inquit, omnes fieri tales, qualis et ego sum, exceptis vinculis his. »

D

[b] Rom. VI, 9.

CAPUT XXXVIII.

Navigatio Pauli Romam, maximis plurimisque periculis plena : ubi et adhortatio Pauli ad eos qui cum ipso erant, ut spem salutis haberent. Naufragium Pauli, et quomodo incolumes evaserint in Melitam insulam ; quæve miracula in ipsa Paulus patraverit.

Feria 6 hebdomadæ septimæ.

TEXTUS.

XXVII, 1-44 ; XXVIII, 1. Ut autem judicatum est navigare eum in Italiam, et tradi Paulum cum reliquis custodiis centurioni nomine Julio, cohortis Augustæ, ascendentes navem Adrumetinam, incipientes navigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humane autem tractans Julius Paulum, permisit ad amicos ire, et curam sui agere. Et inde cum sustulissemus, subnavigamus Cyprum, propterea quod essent venti contrarii. Et pelagus Ciliciæ et Pamphyliæ navigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ : et ibi inveniens centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiam, transposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde navigaremus, et vix devenissemus contra Gnidum prohibente nos vento, adnavigamus Cretæ juxta Salmonem : et vix juxta navigantes, venimus in locum quemdam, qui vocatur Boniportus, cui juxta erat civitas Thalassa. Multo autem **310** tempore peracto, et cum jam non esset tuta navigatio, eo quod et jejunium jam præteriisset, consolabatur eos Paulus dicens eis : Viri, video quoniam cum injuria et multo damno non solum oneris et navis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio. Centurio autem gubernatori et nauclero magis credebat, quam his quæ a Paulo dicebantur. Et cum aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium navigare inde, si quomodo possent, devenientes Phœnicen, hiemare, portum Cretæ respicientem ad Africum et ad Corum. Aspirante autem Austro, æstimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. Cumque arrepta esset navis, et non posset respicere [conari] contra ventum, data nave flatibus, ferebamur. In insulam autem quamdam decurrentes quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham. Qua sublata, adjutoriis utebantur accingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, submisso vase sic ferebantur. Valida autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt ; et tertia die suis manibus armamenta navis projecerunt. Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, et tempestate non exigua imminente, jam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et cum multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit : Oportebat quidem, o viri, audito me, non tollere a Creta, lucrique facere injuriam hanc et jacturam.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Πλοῦς Παύλου ἐπὶ Ῥώμην κινδύνων πλείστων τε καὶ μεγίστων πάμπλεως. Ἐν ᾧ παραίνεσις Παύλου πρὸς τοὺς σὺν αὐτῷ περὶ ἐλπίδος σωτηρίας. Ναυάγιον Παύλου, ὅπως τε διεσώθησαν εἰς Μελίτην τὴν νῆσον, καὶ ὅσα ἐν αὐτῇ ὁ Παῦλος ἐθαυματούργησεν.

Τῇ ς' τῆς ζ' ἑβδομάδος.

ΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Vers. 14. « Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum? » Si proximo nostro offensas remiserimus, atque cum indigentibus bona nostra communicaverimus, etiam misericordia Dei nos benigne suscipiet in die, qua discutiet quæcunque a nobis in hac vita perpetrata fuerint. Magnum enim et præclarum est istud facinus. Quemadmodum e contra, gravis condemnatio erit iis, qui erga ejusdem consortes naturæ benigne affecti non fuerint. Eos enim, qui erga eos, qui in ipsos peccaverunt, immites fuerint, mali illius servi condemnatio comprehendet, eaque retributio, quæ in Oratione Dominica subindicatur, in qua rogamus Deum, ut « nobis dimittat, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris [12]: » et immisericordibus (seu iis qui dure se habent erga indigentes corporalis alicujus consolationis) « judicium sine misericordia fiet, » — « Superexaltat autem misericordia judicium. » — « Misericordes » enim, juxta Domini sententiam, « misericordiam consequentur [13]. » Aliunde vero etiam infidelibus aliquando misericordia in pauperes veniam obtinere valuit (16), ut ex historia Danielis cognoscimus. Quid igitur in fidelibus hominibus præstare non poterit? Sane mihi videtur misericordia perinde se habere, ac in athletis oleum, quod ex arboribus colligitur: istud namque illitum athletis, præstat illis, ut suorum adversariorum prehensiones elabantur, adeo ut teneri ab ipsis non possint. Ita et in judicio, si quam habuerimus in pauperes misericordiam, ea præstabit nobis, ut dæmonum impetus, atque insultus effugere valeamus.

B « Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τ
ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; Μὴ δύναται ἡ πίστις σω
αὐτόν; » Τῶν εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτημάτων ἀφίε
ἡμᾶς τοῖς πλησίον, καὶ τὴν τῶν ὑπαρχόντων ἡμ
μετάδοσιν κοινωνοῦντας τοῖς ἐνδεέστιν, ὁ ἀπὸ τ
Θεοῦ ἔλεος ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν βεβιωμένων ἀναλήψε
διαγνώσει· μέγα γὰρ τὸ διόρθωμα· ὥσπερ ἀπεν
τίας βαρὺ τὸ κατάκριμα τοῖς μὴ πρὸς τὸ ὅμοι
εὐσυνειδότως διατεθεῖσιν. Ἐπί τε γὰρ τῶν εἰς ἑα
τοὺς ἀπὸ τῶν πλησίον πλημμεληθέντων ἀσυμπαθ
διαγενομένων, τὸ τοῦ πονηροῦ δούλου κατάκριμ
περιστοιχήσει, μετὰ καὶ τοῦ ἐν τῇ εὐχῇ ἀνταπο
ματος. Καὶ γὰρ ἀφιέναι ἡμῖν ἐκεῖ ἡ αἴτησις πρ
Θεὸν, «καθὼς καὶ ἡμεῖς» τοῖς εἰς ἡμᾶς πλημμελήσα
« ἀφίεμεν. » Καὶ τοῖς ἀνηλεῶς, ἤτοι σκληρῶς, πρ
τοὺς χρῄζοντας σωματικῆς παραμυθίας διακειμέ
νοις, « ἀνηλεῶς ἡ κρίσις ἀπαντήσεται. » — « Κατα
καυχᾶται δὲ ἔλεος κρίσεως. » — « Οἱ γὰρ ἐλεήμονες
κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, « ἐλεηθήσονται. » Ἄλλ
λως τε, καὶ [*f. add.* εἰ] εἰδωλολάτραις ὁ εἰς τοὺς
πένητας ἔλεος ἄφεσιν οἶδε πορίζειν, ὡς ἐν τῷ Δανιὴ
ἠκούσαμεν, τί οὐκ ἂν ἐργάσαιτο ἐπὶ πιστῶν ἀνθρώ
πων; Τοιοῦτο δέ μοι δοκεῖ οὗτος ὁ ἔλεος διατρί
τεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐν σταδίοις ἀθλούντων, τὸ
ἀπὸ τῶν δένδρων ἔλαιον· ἐπαλειφόμενον γὰρ τοῖς
ἀθληταῖς, διολισθαίνειν δίδωσι τὰς τῶν ἀντικεί
λαβάς· οὕτως καὶ ἐν τῇ κρίσει, ὁ εἰς τοὺς πέντη
ἡμῶν ἔλεος, τὰς τῶν δαιμόνων ἐπιφορὰς διαδύ
σκειν παρέξεται.

Vers. 15, 16. « Si autem frater et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini, et saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid prodest? » Observa spiritualem sensum. Non enim dixit tantummodo, « Si fidem habeas, » sed « Quid prodest? » ac si diceret: Ostende mihi opus, ob quod talem tibi appellationem adjudicem: hoc est enim opus fidei. Quod ait igitur, hujusmodi est: Si quis opere non osten-

D « Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς, ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι
καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς, εἴπῃ δέ
τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν· Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαί
νεσθε καὶ χορτάζεσθε, μὴ δότε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτή
δεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος; » Σκόπει πνευμα
τικὴν σύνεσιν. Οὐ γὰρ εἶπε μόνον, « Ἐὰν πίστιν
ἔχῃς, » ἀλλὰ, « Τί τὸ ὄφελος; » ὥσπερ εἰ ἔλεγε·
Δεῖξόν μοι τὸ πρᾶγμα ἀφ' οὗ [σοι] τὴν προσηγορίαν
ταύτην λογίσομαι. Τοῦτο γὰρ τῆς πίστεως ἔργον.
Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐὰν μὴ ἔργῳ δείξῃ τις

[11] II Petr. II, 19. [12] Matth. VI, 12. [13] Matth. V, 7.

Bonifacii Finetti notæ.

(16) Intellige quoad pœnam temporariam.

ὅτι πιστεύει τῷ Θεῷ, περιττὴ καὶ ἡ κατηγορία τοῦ πιστὸν λέγεσθαι. Οὐ γὰρ ὁ ἁπλῶς λέγων ἑαυτὸν εἶναι τοῦ Κυρίου, οὗτός ἐστι πιστός, ἀλλ' ὁ οὕτως ἀγαπῶν τὸν Κύριον ὡς διὰ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν καὶ θανάτου κατατολμῶν [*f.* -μᾶν]· καὶ ὅτι οὗτος τῶν προκειμένων ὁ σκοπὸς, τὰ ὑποδείγματα δηλοῦσιν. Ἀβραὰμ γὰρ, φησὶν, ἔργῳ ἔδειξεν ὅτι ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, ἀνενεγκὼν εἰς ὁλοκάρπωσιν τὸν πρωτότοκον. Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ πιστεύσασα κατεφρόνησε θανάτου.

« Οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Σὺ πίστιν ἔχεις κἀγὼ ἔργα ἔχω. Δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου. Σὺ πιστεύεις ὅτι εἷς Θεός ἐστι· καλῶς ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίττουσι. » Οὐκ ἀντιφάσκει ταῦτα τῷ μακαρίῳ Παύλῳ· κατὰ δύο γὰρ σημαινομένων τοῦ τῆς πίστεως ὀνόματος φερομένου ἐπί τε τῆς ἁπλῆς τοῦ φαινομένου συγκαταθέσεως. Πίστιν γὰρ εἰώθαμεν καὶ τοῦτο λέγειν, καθὸ καὶ τοὺς δαίμονας ἴσμεν πιστεύειν εἰς Χριστὸν, ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν τὴν ἐκ διαθέσεως ἐπακολούθησιν μετὰ βεβαίας συγκαταθέσεως [τῷ τῆς πίστεως προσρήματι καλούντων ἡμῶν,] ὁ θεῖος Ἰάκωβος τὴν ἁπλῆν συγκατάβασιν νεκρὰν εἶναί φησι [πίστιν] ὡς ἀμοιροῦσαν τῶν ἀναζωπυρούντων ἔργων. Παῦλος δὲ αὐτὴν ἐκ διαθέσεως λέγει πίστιν, ἥτις μάλιστα οὐκ ἐστέρηται ἔργων· οὐκ ἂν γὰρ αὕτη διακένῳ σεμνοῦ ἔργων ἐγγένοιτο. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ ἔτυχε ταύτης μὴ πρότερον διηγωνισμένος τὴν πατρικὴν ἀπώσασθαι ἀσθένειαν, ᾧτινι ἀγωνίσματι ἡ πίστις ἔπαθλον ἐβραβεύετο. Ἀλλ' ἔργων ταύτην προέκρινεν ὁ Παῦλος τῶν κατὰ νόμον σαββατισμῶν, καὶ περιτομῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγνισμῶν. Δύο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ὁρᾶται τὰ σημαινόμενα. Ἔργα γὰρ καὶ τὰ τὴν πίστιν βεβαιοῦντα λέγεται, ὧν ἀμοιdat, se credere Deo, superfluum etiam est se appellare fidelem. Non enim qui nude dicit, se esse Domini, is fidelis est; sed qui Deum **333** ita diligit, ut propter fidem in ipsum etiam mortem subire paratus sit. Et quod hujusmodi sit propositorum scopus, exempla, quæ afferuntur, declarant. Abraham enim, inquit, opere ostendit, se credidisse Deo, cum obtulit in holocaustum primogenitum suum. Similiter et Raab, cum credidisset, mortem contempsit.

Vers. 17-19. « Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Sed dicet quis, Tu fidem habes, et ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam ex operibus; et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis, quod unus est Deus: bene facis: et dæmones credunt, et contremiscunt. » Non sunt ista contraria divo Paulo. Cum enim nomen fidei duo significare valeat: nam et simplicem mentis rei apparenti assensum interdum significat; fidem namque et hoc dicere solemus (qua ratione et dæmones credere novimus, quod Christus sit Filius Dei); et rursus consecutionem ex affectione simul cum firmo assensu, fidei nomine appellamus: sanctus Jacobus simplicem illum assensum fidem « mortuam » appellat, utpote vivificantibus operibus destitutam. Paulus autem eam quæ ex affectione est, vocat fidem, quæ sane non est operibus vacua (17): neque enim illa honestis operibus vacuo ingeneraretur (18). Nam neque Abraham hanc consecutus est, antequam certasset ad paternam repellendam imbecillitatem (19), cui certamini fides in præmium data est (20). Hanc vero Paulus fidem præposuit operibus, nempe sabbatismis, circumcisioni, reliquisque Mosaicæ legis observantiis. Quandoquidem etiam operum nomen duo significat: nam et opera dicuntur illa quæ fidem

Bonifacii Finetti notæ.

(17) *Fidem ex affectione* (seu animi dispositione) vocat hic commentator fidem quæ a theologis *formata* dicitur, quamque S. Paulus (*Gal.* v, 6) ait *per charitatem operari*. Fidem hujusmodi operibus vacuam esse non posse, perspicuum est.

(18) De eo quod ordinarie contingit, loqui hic puto auctorem istum. Ordinarie enim fides vera non innascitur iis qui recte et juxta rationis præscripta non vivunt; prava enim vivendi ratio validissimus fidei obex esse solet.

(19) Per *paternam imbecillitatem* intelligo parentum amorem, quem superare debuit Abraham, ut Dei mandato *egrediendi de terra et cognatione sua* (*Gen.* xii, 1) obtemperaret. Editus sub nomine Œcumenii commentarius pro ἀσθενείαν, *imbecillitatem*, vel *infirmitatem*, habet, et fortasse melius, ἀθείαν, *impietatem*: quæ si admittatur lectio, respexisse videtur hic auctor ad eam, quæ multorum est, opinionem, nempe, Tharem patrem Abrahæ, imo juxta nonnullos, ipsum Abrahamum aliquando, idolis serviisse. Quo supposito, quid sibi velit cum ait, Abrahamum non prius consecutum esse fidem, quam ad *paternam impietatem repellendam certaverit*, perspicuum est. Nescio autem quid Hentenius legerit, cum vertit: *Quo* (certamine) *paterna cognatione expelleretur*: non enim video quomodo hæc Græca verba, quæ in textu Græco e regione ejus versionis leguntur (Edit. Par. 1631), τὴν πατρικὴν ἀπώσασθαι ἀθείαν, talem interpretationem recipere possint.

(20) Si commentator de prima Abrahæ fide loquitur, præmium proprie dictum hic intelligere non potest, sed tantummodo, quod cuidam congruitati, seu congruæ dispositioni correspondet: non enim verum ullum meritum fidem, imo nec charitatem, præcedere potest. Si vero de uberiore aliqua fide, seu præcedentis fidei augmento Abrahæ ob certamen *ad repellendam* sive *imbecillitatem*, sive *impietatem paternam* concesso loquatur, potuit id quidem præmii rationem habere; id tamen haud conficit, fidem in homine bonis operibus vacuo ingenerari non posse. ad quod probandum exemplo Abrahæ uti videtur commentator. Verum, utut mens ipsius hoc loco se habeat, illud omnibus ratum esse debet, fidem justificantem in adultis neque bonis operibus vacuam permanere, neque absque bonis operibus et animi præparatione, seu absque proposito, bona opera suo tempore, et pro data occasione exercendi ingenerari posse. Et sic intelligendus, quanquam fortasse haud satis accurate se explicet, hic commentator.

confirmant : et opera dicuntur observantiæ legis Mosaicæ, sine quibus, et Abraham olim, et omnes credentes in Christum justificantur. Etenim, quod fidem in immundo progigni non possit (loquor autem de fide operum) quis contradixerit? Nam neque unguentum in fœculento vase quis reconderet ; neque in immundo homine ingenerabitur unquam fides Dei. Non igitur contrarii sibi invicem sunt **334** sancti apostoli, sed in diverso significato versantes, quisque juxta significatum suum, quod propositum sibi erat, prosequitur.

VERS. 20. « Vis autem nosse, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? » Inanem vocat eum, qui de sola fide gloriatur, utpote qui bonorum operum substantia vacuus est.

VERS. 21-23. « Abraham pater noster, nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius ; et ex operibus fides consummata est. Et impleta est Scriptura dicens, » etc. Abrahamum uterque proponit in exemplum ejus, quod de fide asserit : ille quidem ut ostendat, fidem operibus præstare ; hic vero ut opera fide meliora esse evincat argumento ex eodem Abrahamo desumpto. Dictum vero est superius, quod circa duplex significatum ambo versantes, quisque sumit id quod ad propositum suum inservit. Cæterum nonnulli ex Patribus ita hac de re censuerunt, nempe, Abrahamum variis distinctum temporibus utriusque fidei imaginem esse ; videlicet et ejus, quæ ante baptismum est, quæ opera non requirit, sed solam fidem et confessionem salutis, et verbum quo justificamur credentes in Christum ; et ejus, quæ baptismum subsequitur, quæque conjuncta operibus est. Hac ratione sibi contrarius neutiquam apparet is, qui in utroque locutus est Spiritus sanctus : cum una quidem fides per solam confessionem justificat baptizatum, si statim discedat e vita (huic enim non adsunt opera, sed satis ipsi est mundities per baptismum comparata) ; altera vero a baptizato exigat etiam bonorum operum exhibitionem. Cui rei et Paulus consentit alio loco, docens, fidem post baptisma perfectionem, quæ ex operibus consurgit, requirere ; cum nempe ait [21] : « Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. » Charitas autem multarum virtutum exercitio opus habet, ut adimpleatur. « Credidit autem Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, et amicus (21) Dei appellatus est [22]. » Justitiæ quidem ex sola fide imago fuit Abraham, cum credidit, idque « reputatum est illi ad justitiam. » Ejus autem quæ ex operibus est, cum filium obtulit supra

A ροῦσα πίστις νεκρὰ καταλείπεται· ἔργα πάλιν καὶ τὰ τοῦ νόμου, ὧν καὶ χωρὶς Ἀβραὰμ, καὶ πάντες οἱ κατὰ Χριστὸν δικαιοῦνται. Ἐπεὶ ὅτι πίστις οὐκ ἂν ἀκαθάρτῳ προσγένοιτο (λέγω δὲ τὴν τῶν ἔργων πίστιν), τίς ἀντερεῖ; Οὔτε γὰρ βορβόρου πλήρει ἀγγείῳ μῦρον ταμιευθείη, οὔτε ἀκαθάρτῳ ἀνθρώπῳ πίστις ἐγγένοιτο Θεοῦ. Οὐκ ἄρα διάφοροι ἑαυτοῖς θεῖοι ἀπόστολοι, ἀλλὰ περὶ τὸ διάφορον τοῦ σημαινομένου στρεφόμενοι πρὸς τὴν χρείαν ἕκαστος τοῦ σημαινομένου τὸ προτεθὲν αὐτῷ διεξάγει.

« Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν ; » Κενὸν ἐκάλεσε τὸν ψιλῇ τῇ πίστει αὐχοῦντα μόνον, [μηδὲν] τῆς διὰ τῶν ἔργων ὑποστάσεως κεκτημένον εἰς πλήρωσιν.

B « Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ; Βλέπεις, ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη ; Καὶ ἐπληρώθη ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα. » Τὸν Ἀβραὰμ ἀμφότεροι εἰς ὑπόδειγμα τοῦ τῆς πίστεως λόγου ἐπάγονται· ὁ μὲν, τὴν πίστιν τῶν ἔργων κρείττω δεικνὺς δι' ὑποδείγματος τοῦ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ· ὁ δὲ, πάλιν τὰ ἔργα τῆς πίστεως. Καὶ εἰρηται μὲν ἀνωτέρω, ὡς περὶ τὸ διττὸν τοῦ σημαινομένου ἑκάτερος στρέφεται τὸ συντελοῦν αὐτῷ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν. Τινὲς μέντοι τῶν Πατέρων καὶ οὕτως περὶ τούτου ἔγνωσαν. Φασὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ τοῖς χρόνοις διαστελλόμενον, ἑκατέρας πίστεως εἶναι εἰκόνα· καὶ τῆς πρὸ τοῦ βαπτίσματος μὲν τῆς μὴ ἐπιζητούσης ἔργα, εἰ μὴ τὴν C πίστιν μόνην καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς σωτηρίας, καὶ τὸ ῥῆμα ᾧ δικαιούμεθα οἱ πιστεύοντες εἰς Χριστόν· καὶ τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα πίστεως τῆς συνεζευγμένης τοῖς ἔργοις. Οὕτως οὐκ ἐναντίον φαίνεται τὸ ἐν τούτοις λαλῆσαν ἑαυτῷ Πνεῦμα· ἀλλὰ τοῦ [ſ. τὸν] μὲν δι' ὁμολογίας μόνης δικαιούσης τὸν προσιόντα, εἰ παραχρῆμα ἀπηλλάγη τοῦ βίου (τούτῳ γὰρ οὐ πάρεισιν ἔργα, ἀλλ' ἦν αὐτῷ ἱκανὸν ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος κάθαρσις)· τῆς δὲ, τὸν εἰδὸτ [ſ. ἤδη] βεβαπτισμένον ἀπαιτούσης καὶ ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Τούτῳ δὲ καὶ Παῦλος συμφωνεῖ ἑτέρωθι λέγων οὕτω, καὶ διδάσκων τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα πίστιν τὴν διὰ τῶν ἔργων τελείωσιν ἀπαιτεῖν, δι' ὧν φησιν· « Οὔτε περιτομή, οὔτε ἀκροβυστία τι ἰσχύει, ἀλλὰ D πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. » Ἡ δὲ ἀγάπη πολλῆς σοφίας δεῖται εἰς τὸ πληρωθῆναι. « Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη. » Τῆς μὲν ἐκ μόνης πίστεως δικαιώσεως εἰκὼν [ἦν] Ἀβραάμ· [ὅτε] ἐπίστευσε, « καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην· τῆς δὲ ἐξ ἔργων, ὅτε τὸν υἱὸν ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Καὶ γὰρ οὐ μόνον τὸ ἔργον ἐποίει, ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀπέστη τῆς ἐν Ἰσαάκ, ὅτι μέλλει

[21] Galat. VI, 15. [22] Galat. III, 6.

Bonifacii Finetti notæ.

(21) Codex noster pro φίλος, *amicus*, habet δοῦλος, *servus* ; quod expungere non dubitavi, tanquam meram librarii aberrationem, cum nec Millius ullam hic agnoscat lectionis varietatem ; et Commentarius sub nomine Œcumenii editus habeat φίλος, non δοῦλος.

τὸ σπέρμα αὐτοῦ πληθύνεσθαι ὡς τὰ ἄστρα, λογι- A σάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρει αὐτὸν ὁ Θεός. Ὅμως καὶ τὸν Δαβὶδ ὁ Παῦλος προκομίζει μάρτυρα. Ἤδει γὰρ τῷ θείῳ Πνεύματι Δαβὶδ τὴν μέλλουσαν ἐν Χριστῷ παρέσεσθαι κατὰ καιροὺς πίστιν. Διό φησι· « Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν. »

« Ὁρᾶτε, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνης. » — « Ἐξ ἔργων, » οὐ τῶν ἐκ τοῦ νόμου, ὡς εἴρηται ἤδη, οἷον περιτομῆς καὶ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ τῶν ἐξ ἀρετῆς, δικαιοσύνης καὶ τῶν ὁμοίων.

« Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα; Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι. »

altare: nam non solum opus implevit, sed etiam non descivit a credendo, quod per Isaac multiplicandum foret semen ejus sicut astra, reputans quod etiam ex mortuis suscitare illum Deus posset. At vero Paulus etiam Davidem in testem producit. Noverat enim David futuram aliquando in **335** Christo fidem. Quare ait: « Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum [23]. » (22)

Vers. 24. « Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum. » Ex operibus, non quæ sunt legis, ut jam dictum est, ex. gr. ex circumcisione et similibus; sed ex operibus justitiæ aliarumque virtutum.

Vers. 25. « Similiter et Raab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuntios, et B alia via ejiciens? (23) Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est; ita et fides sine operibus mortua est. »

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. » Εἰπὼν ἀνωτέρω καὶ διδάξας, τὴν πίστιν μὴ διάκενον ἔργων σπουδαίων κεκτῆσθαι τοὺς πιστοὺς, μετέβη ἐφ' ἕτερον ἴσον τούτου παράγγελμα. Καὶ γάρ τινες διδάσκειν ἐπιχειροῦσιν, ἃ μὴ κατώρθωσαν αὐτοί. Καί φησιν, ὅτι « μεῖζον τὸ κρῖμα » τῶν τοιούτων μετὰ τοῦ μηδὲν κερδαίνειν. Ὁ γὰρ τὰ μὴ προσόντα διδάσκων, ὡς ὄντα αὐτῷ, κατάκριτος, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης ὀλισθαίνων· καὶ βεβαιῶν τοῦτο ἐκ περιστάσεώς φησιν· Εἰ γὰρ καὶ ἄλλως ἡ γλῶσσα πέφυκεν ὀλισθαί- C

CAPUT III.

Vers. 1. « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam majus judicium sumitis » (24). Cum superius docuisset fideles, ne fidem honestis operibus vacuam haberent, ad aliud æqualis momenti documentum transitum facit. Sunt enim nonnulli, qui ea, quæ ipsi minime fecerunt, docere aggrediuntur. Ait igitur, hujusmodi hominibus districtius judicium imminere, et aliunde eos nihil lucrari. Qui enim docet ea, quæ ipse non habet, tanquam si haberet, condemnatione dignus est, utpote qui ex proprio suo ore

[23] Psal. XXXI, 2.

Bonifacii Finetti notæ.

(22) Hæc expositio est Cyrilli Alexandrini, ex ejus in Epistolam ad Romanos commentario, qui editus non est, desumpta. Quam habet tum Catena Vindobonensis, sed non ascripto nomine Cyrilli, tum similis Catena Oxoniensis (præmisso Cyrilli nomine), ut constat ex excerptis quæ *Anecdotis* suis *Græcis* tom. IV inseruit Joannes Christoforus Wolfius, pastor Hamburgensis. Quoniam vero dictus Cyrilli Comment. editus non est, et aliunde ista expositio paulo fusior in utraque dicta Catena habetur, eam integram si retulero, rem studioso lectori haud ingratam me facturum spero. Ita igitur se habet in Cat. Vindob.: Ἐπειδὴ ὁ μακάριος Ἰάκωβος τὸν Ἀβραὰμ λέγει ἐξ ἔργων δεδικαιῶσθαι ἀνενεγκόντα Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· ὁ δὲ Παῦλος λέγει αὐτὸν ἐκ πίστεως δεδικαιῶσθαι· οὕτω τὴν δοκοῦσαν ἐναντιότητα νοητέον, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ ἔχειν τὸν Ἰσαὰκ ἐπίστευσε, καὶ μισθὸν ἔλαβε τὸν Ἰσαάκ, ὅμως καὶ ὅταν ἀνήνεγκε τὸν Ἰσαὰκ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, οὐ μόνον τὸ ἔργον ἐποίει ὁ προσετάγη, ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀπέστη, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ μέλλει τὸ σπέρμα αὐτοῦ πολυπληθύειν· ὡς τὰ ἄστρα, λογισάμενος ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ Θεός. Ὅμως ὁ Παῦλος μάρτυρα τῶν ἰδίων λόγων καὶ συλλήπτορα ποιεῖται τὸν μακάριον Δαβὶδ ἄνδρα διαβόητον ἐν εὐσεβείᾳ, καὶ σοφῷ; διασκευάζει ὡς λαλῶν ἐν Πνεύματι τὴν διὰ πίστεως ἄφεσιν, καὶ διαγγέλλει πᾶσιν ἀνθρώποις. Ἤδει γὰρ ἐν Χριστῷ παρεσομένην κατὰ καιροὺς [διό φησι· « Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσεται Κύριος ἁμαρτίαν »]. Γέρας οὖν ἔχει τὴν δικαίωσιν ὁ πίστει τιμῶν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Δεσπότην. *Quoniam B. Jacobus ait, Abrahamum ex operibus justificatum fuisse, cum Isaacum filium suum in sacrificium obtulit; Paulus vero asserit, eum justificatum esse ex fide; apparens hæc contrarietas ita explananda: quod videlicet Abraham, priusquam Isaacum haberet, crediderit, et in præmium fidei Isaacum ipsum acceperit: et cum eumdem obtulit, non solum præceptum opus effecerit, verum etiam a fide non defecerit, qua credebat, quod per Isaac multiplicandum foret semen ejus sicut astra cœli, recogitans quod etiam mortuum suscitare eum Deus posset. Cæterum Paulus etiam Davidem, virum utique pietate illustrem, producit verborum suorum testem et assertorem, qui sapienter astruit, utpote in Spiritu sancto loquens, remissionem peccatorum per fidem, et annuntiat omnibus hominibus. Eam quippe noverat aliquando per Christum futuram. Quare ait: « Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum. » Qui itaque fide Deum ac Dominum omnium honorat, justificationem in præmium habet.*

(23) Huic commati Cat. Vindob. hæc appingit verba, quæ Severiani Gabalensis episcopi esse constat ex Cat. Oxon. apud laudatum Wolfium in *Anecd. Græc.*: Ἄκουε τῆς Γραφῆς μαρτυρούσης αὐτῆς Ῥαὰβ τὰ κατορθώματα. Ἦν ἐν πορνείῳ μαργαρίτης, ἐν βορβόρῳ πεφυρμένος χρυσός, ἐν πηλῷ διερριμμένον ἄνθος, ἀσεβείας ἀκάνθαις κεχωσμένον· εὐσεβὴς ψυχὴ ἐν ἀσεβείας χώρᾳ διακέκλειστο. *Audi Scripturam Raab de bonis operibus attestantem. Erat igitur illa in prostibulo margarita, in cœno commistum aurum, in luto jacens pietatis flos spinis circumseptus: pia demum anima in impietatis loco conclusa.*

(24) Text Gr. habet λῆψόμεθα, *recipiemus.*

reus esse convincitur. Quod ut magis confirmet, subdit : si cum lingua nativa lubricitate sua, aut ex negligentia labitur, is, qui ea sic utitur, non effugit judicium (ait enim Salomon: « Propter peccata labiorum ruina proximat malo [24]), qui fieri potest, ut qui deliberate lingua sua peccat, docens id quod experientia non didicit, inevitabilem pœnam effugiat?

VERS. 2. « In multis enim offendimus omnes. » Scilicet, per attentionis defectum negligenter vitam ducentes. « Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam circumducere totum corpus. » Neminem ab omni crimine liberum vivere posse, ex linguæ lubricitate evincit : et ex hoc neminem perfectum esse demonstrat. Quis enim lingua sua non **336** aliquando peccavit? Si autem quis linguæ suæ lubricitatem superaverit, quomodo totum corpus suum recte gubernare non poterit? Qui enim id, quod ad labendum pronius est, vicit, multo magis ejus, quod in lapsum segnius tendit, dominabitur.

VERS. 3. « Vide (25), equorum (26) frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illud circumferimus. » Similitudinibus confirmat id quod dixit : « Potens etiam circumducere totum corpus, » ex equorum frenis et gubernaculis navium. Illud autem « Vide » idem est ac, considera. Illud vero « equorum frena » ita construendum inverso paululum verborum ordine : in ora equorum mittimus frena : si enim ita non construatur oratio, intelligi non potest, cujus hic est sensus : Considera, quod in ora equorum frena immittimus, et naves parvo gubernaculo, quemadmodum et equos modico freno, quo volumus, ducimus, sic igitur et lingua recta ratione gubernanda est, quamvis sit « mundus » seu « universitas iniquitatis, » prout a vulgaribus hominibus adhibetur. Scilicet per mundum hic multitudinem intelligit. (27) Vel ita : quamvis sit mundus, seu ornamentum (28), quod naturam humanam ornat; hac enim nobis invicem cogitationes nostras communicamus (nam et in hac significatione aliqui volunt hic mundum accipere), attamen juxta vulgaris turbæ usum, nocet, « commaculans » quandoque « totum corpus, et inflammans integram rotam nativitatis, et inflammata a gehenna. »

[24] Prov. XII, 13.

A νειν ἐξ ἀπροσεξίας, ὧν καὶ τὸ κρῖμα οὐκ ἀποδ[ρά]σκει ὁ ταύτην κεκτημένος (ὡς ὁ Σολομὼν δ[ιδάσκ]ει « Δι' ἁμαρτίαν χειλέων ἐμπίπτει εἰς παγίδα ἀν[θρ]τωλός »)· ἦπου ἂν ὁ ἐκ προνοίας ἁμαρτάνων, [δι]σκων τῇ γλώσσῃ, ἃ μὴ τῇ πείρᾳ μεμάθηκεν, [ἐκ]φύγῃ τὴν ἀδιάδραστον δίκην;

« Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. » Ἐξ ἀπροσ[εξ]ίας ἀμελῶς διακείμενοι τῷ βίῳ. « Εἴ τις ἐν λόγῳ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνάμενος χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. » Τὸ ἀδιάψευκτον τοῦ τινα ἐκτὸς ἁμαρτίας βιοῦν ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ γλώσσης εὐολίσθου πιστοῦται· ἐκ τούτου δὲ κα[ὶ] μηδενὶ προσεῖναι τὸ τέλειον παρίστησι. Τίς γὰρ B οὐχ ἥμαρτεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ; Εἰ δὲ τοῦ εὐολ[ί]σ περιγένηται τῆς γλώσσης ἑαυτοῦ τις, πῶς οὐχὶ [κ]ὅλον οὗτος ἱκανὸς τὸ σῶμα περιάγειν καλῶς; γὰρ τοῦ πρὸς τὰ πταίειν εὐκόλου κρατήσας, σχο[λ]ῇ ἂν εἰ τοῦ νωθεστέρου μὴ κυριεύῃ.

« Ἴδε, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόμα[τα] βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅ[λο]ν τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν. » Παραδειγματική ἐ[στ]ις αὕτη τοῦ, « Δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλ[ο]ν τὸ σῶμα, » ἀπὸ τῶν ἵππων τῶν χαλινῶν, ἀπὸ τ[ῶ]ν πηδαλίων τῶν πλοίων. Καὶ ἔστι τὸ μέν, « Ἴδε, » ἀντὶ τοῦ, σκόπει. Τὸ δὲ, « τῶν ἵππων τοὺς χα[λι]νούς, » οὕτω συντακτέον, ἀναστρέφοντα τὴν σύν[τα]ξιν, εἰς τὰ στόματα τῶν ἵππων ἐμβάλλομεν τ[οὺ]ς C χαλινούς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω συνταγείη, ἀδιανόητ[ος] ἐστιν ὁ λόγος· Ἴδε, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς ἐμ[βά]λλομεν, καὶ τὰ πλοῖα μικρῷ πηδαλίῳ, ὡς καὶ τ[οὺ]ς ἵππους διὰ μικροῦ χαλινοῦ, ὅπου θέλομεν, μετ[ά]γομεν. Οὕτως οὖν καὶ ἡ γλῶσσα μεταγέσθω τῷ ὀρθ[ῷ] λόγῳ, κἂν γὰρ « κόσμος » ἐστὶ « τῆς ἀδικίας, » οἱονεὶ πρὸς τὸν συρφετὸν ὄχλον ἐκφερομένη καὶ [ῥ]έπουσα (κόσμον γὰρ ἐνταῦθα τὸ πλῆθος λέγει)· ἢ καὶ ὅτι κἂν κόσμος ἐστὶν ἤτοι κοσμοῦσα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν (ταύτῃ γὰρ ἀλλήλοις κοινωνοῦμεν τῶν ἑαυτ[ῶ]ν νοημάτων, ἐπεὶ καὶ οὕτω τινὲς βούλονται τὸν κ[ό]σμον λαμβάνειν πρὸς σημασίαν), ἀλλ' οὖν πρὸς τ[ὸ] δημῶδη ὄχλον φερομένη, ἀδικεῖ, « σπιλοῦσα » ἐφ' ὅτε « ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα ὅλον τὸν τρ[ο]χὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γε[έν]νης. » Ὅμως οὐ χαλεπὸν μεταχειρίσασθαι τ[αύ]τ[ης]

Bonifacii Finetti notæ.

(25) Ita codex noster; habet enim ἴδε, quod proprie *vide* vel *aspice* significat, quanquam a multis per *ecce* explicetur. Cum nostro codice alii multi optimæ notæ consentiunt. Usitatus textus Græcus habet ἰδοὺ, *ecce*, modico discrimine: at Vulgatum interpretem legisse oportet *si* ὁ, cum verterit *si autem*.

(26) Vulgata habet *equis*, et quidem optime ad claritatem. Ipse autem pressius ad textum Græcum, qui habet ἵππων in genitivo, posui *equorum* ob eam, quæ sequitur, commentatoris animadversionem.

(27) Hæc expositio spectat ad versiculum 6 qu[æ] postea sequitur. Videtur vero ea sicut qu[æ] sequuntur usque ad v. 4 a sciolo aliquo librar[ii] aliunde desumpta, et hic intempestive inserta.

(28) Mundus Græce dicitur κόσμος, quæ vox [ex] suo etymo *ornamentum* significat. Quare S. Jacobi verba quæ habet de lingua v. 6 sequente ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, æque verti possunt, *mundus* seu *universitas* (ut habet Vulgata) *iniquitatis*, et *ornamentum iniquitatis*; unde oritur duplex expositio, quæ hic et inferius proponitur.

πρὸς τὸ εὐλόγως κινεῖσθαι, καὶ ὡς ἂν μεταχειριζόμενος βούλεται. Εἰ γὰρ « πᾶσα φύσις θηρίων ἑρπετῶν τε καὶ πετεινῶν καὶ ἐναλίων δεδάμαστται καὶ δαμάζεται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· » ἆρα τὴν γλῶσσαν, ὅτι « ἀκατάσχετον κακόν, » ὅτι « μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου, οὐδεὶς ἀνθρώπων δύναται δαμάσαι, » οὐκ ἂν εἴποιμι. Εἰ γὰρ ἀδάμαστος καὶ οὕπω πρὸς τὸ κρεῖττον μεταγομένη, πῶς ἐν « αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, » καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους; Ἰδοὺ πρὸς τὸ βούλημα μετάγεται τοῦ χρωμένου. Ἀλλ' « οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. » Εἰ γὰρ δι' αὐτῆς εὐλογοῦμεν, ἆρα τοὺς κατ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας ἀνθρώπους οὐκ αἰσχυνόμεθα καταρᾶσθαι; Ἄδικον ἵν' ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐκοῦν πλέον « τῆς κόρης φύλαττε » τὴν γλῶσσαν. Ἵππος ἐστὶ βασιλικὸς ἡ γλῶσσα. Ἂν μὲν οὖν ἐπιθῇς αὐτῇ χαλινὸν, καὶ διδάξῃς βαδίζειν εὔρυθμα, ἐπαναπαύσεται αὐτῇ καὶ καθιεῖται ὁ βασιλεύς. Ἂν δὲ ἀχαλίνωτον ἀφῇς φέρεσθαι καὶ σκιρτᾷν, τοῦ διαβόλου ὄχημα γένηται.

« Ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται. » Ἔτι ταῦτα περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὡς ἔτυχε τὴν γλῶσσαν κινεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ κρείσσω μεταφέρειν. Ὡς γὰρ ἵππου θράσος χαλινῷ [ἀνακόπτομεν], καὶ πλοίου ὁρμὴν πηδαλίῳ [μεταφέρομεν]· οὕτω καὶ τὴν γλῶσσαν εἰς τὸ εὖ ἔχειν μεταφέρειν [ὀφείλομεν]. Τὸ γὰρ, « οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα, » τοῦτο σημαίνει, ὅτι οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα ὀφείλει μετάγεσθαι τῷ ὀρθῷ λόγῳ· μικρὰ γὰρ οὖσα μεγάλα ποιεῖ· διὸ καὶ μεγάλην ἡμῖν ἀνάπτει πυράν, ἐπεὶ αὐτὴ πῦρ. Καὶ τίνα αὕτη ποιεῖ; Κοσμεῖ τὴν ἀδικίαν διὰ τῆς τῶν ῥημάτων εὐγλωττίας καὶ δεινότητος· σπιλοῖ τὸ σῶμα, πείθουσα ταῖς προσαγωγείαις τὰ γύναια· φόνους δι' ἀπάτης ἐργάζεται· ἐπιορκίαις τὰ ἀλλότρια καρποῦται· « Καὶ φλογίζει τὸν τροχὸν τῆς γενέννης· καὶ φλογίζεται » καὶ αὕτη « ὑπὸ τῆς γεέννης· » ὡς δῆλον ἀπὸ τοῦ πλουσίου τοῦ ἀποτηγανιζομένου τὴν γλῶσσαν. Εἰ μὲν οὖν, « τῆς γεέννης, » ἔχει, ὥς τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχει, οὕτω τὸν λόγον ἀναπτυκτέον. Εἰ δὲ, « τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, » τοιαύτης τυγχάνει τῆς λύσεως· « τροχὸν τῆς γενέσεως, » τὴν ζωὴν ἡμῶν φησιν. Φλογίζουσα οὖν « τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, » σπιλοῖ τὴν ζωήν. Τοῦτον γὰρ καὶ ὁ Μελῳδὸς στέφανον ὠνόμασεν, εἰπών [πρὸς τὸν Θεόν· « Εὐλόγησον τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου· »]. Στέφανος δὲ καὶ τροχὸς οὐ διενηνόχασι κατὰ τὸ σχῆμα τὸ κυκλικόν. Τροχὸς δὲ καὶ ὁ βίος, ὡς εἰς ἑαυτὸν ἀνελιττόμενος.

A Verum difficile non est, eam ita dirigere, ut recta ratione moveatur, et eo modo, qui utenti libet. Si enim « omnis natura bestiarum et serpentium et volucrum et marinorum domita est, et domatur a natura humana : » quod linguam, utpote « inquietum malum » ac « plenam veneno mortifero, nullus hominum domare possit, » ego quidem non asseram. Si enim indomabilis est, neque unquam ad meliorem usum traducitur, quomodo per « ipsam modo benedicimus Deum et Patrem, » modo proximo maledicimus? Ecce igitur quomodo ad voluntatem utentis movetur. At « non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. « Si enim per ipsam benedicimus, quomodo non veremur maledicere? Nefas B est, ut ex eodem ore egrediatur benedictio et maledictio (29). Igitur magis quam « pupillam oculi custodi » linguam tuam. Equus regius est lingua : si igitur ei frenum injeceris et docueris **337** concinne ambulare, considebit et quiescet super eam rex. Si autem absque freno eam ferri ac lascivire dimiseris, vehiculum diaboli fiet.

Vers. 4. « Ecce et naves, cum magnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit. » Etiam ista spectant ad docendum, quod non oporteat inconsiderate linguam movere, sed ad meliora transferre. Quemadmodum equi audaciam freno coercemus, et navis impetum gubernaculo dirigimus ; ita et linguam ad recte se habendum adducere debemus (30). Illud enim, « ita et lingua, » signi- C ficat, quod eodem modo etiam lingua recta ratione gubernanda sit : quanquam enim parva sit, magna tamen facit, ideoque magnum nobis incendit rogum : quoniam et ipsa ignis est. Et quid præterea ? Ornat iniquitatem verborum fuco et elegantia ; maculat corpus, suadens mulierculis virorum accessum ; homicidia per dolum patrat ; perjuriis aliena rapit ; inflammat rotam gehennæ « et inflammatur » et ipsa « a gehenna » : ut patet ex divite, cujus lingua [cruciabatur in flamma. Et quidem, si sacer textus habeat « rotam gehennæ, » ut in quibusdam exemplaribus legitur (31), hoc modo dictum illud est explicandum. Si autem legendum sit, « rotam geneseos, seu na- D tivitatis » hanc recipit interpretationem : « Rotam nativitatis » dicit vitam : atque adeo, « inflammat rotam nativitatis, » perinde est, ac vitam maculat. Hanc enim et Psalmographus coronam nominavit dicens ad Dominum [28] : « Benedicas coronæ anni benignitatis tuæ. » Corona scilicet et rota inter se conveniunt quoad formam orbicularem. Rota quædam est etiam vita, utpote quæ in sese velut rota revolvitur.

[28] Psal. LXIV, 12.

Bonifacii Finetti notæ.

(29) Quæ sequuntur verba usque ad v. 4 sunt S. Jo. Chrysostomi, quæ habet ille hom. 51, alias 52, in *Matthæum*, exstantque tom. VIII postremæ edit. Paris., p. 527. Referuntur etiam in Cat. Vindob.

(30) Textum hunc ex Catena Vindobonensi supplevimus.

(31) Nempe v. 6, ubi Vulgata habet *rotam nativitatis*, in Græcis exemplaribus lectio varia reperitur. Quædam enim habent τροχὸν τῆς γεέννης, *rotam gehennæ*, alia et multa plura, τροχὸν τῆς γενέσεως, *rotam geneseos* seu *nativitatis*.

VERS. 5. « Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat. Ecce, quantus (32) ignis quam magnam silvam incendit. » — « Ita et lingua, » hoc est, eodem modo etiam lingua moveri debet juxta rationem : « modicum enim est membrum ; » attamen magna, scilicet vel mala, vel bona, operatur. Illud enim « Magna exaltat » idem est ac magna opera præstat.

A « Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ καὶ μεγαλαυχεῖ. Ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ, ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει. Ἀντὶ, Τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ἡ γλῶσσα ὀφείλει κινεῖσθαι κατὰ τρόπον. « Μικρὸν γὰρ μέλος ἐστὶν, ἀλλὰ μεγάλα ἐργάζεται, κακὰ δηλαδὴ καὶ καλά. Δὲ, « Μεγαλαυχεῖ, » ἀντὶ τοῦ, μεγάλα ἔργα ἐργ

VERS. 6. « Et lingua ignis est, mundus (33) iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata a gehenna. » Ordo orationis hic est : Ita et lingua mundus iniquitatis, ignis est. Sicut enim ignis omnia destruit; sic et illa. Per mundum autem quidem hic multitudinem intelligunt, quemadmodum et in eo loco [34] : « Et B mundus eum non cognovit. » Mundus itaque est etiam **338** lingua, hoc est multitudo, seu universitas iniquitatis (34).

« Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν λοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ἀπὸ τῆς γεέννης ἐξῆς· Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα οὖν ὁ κόσμος τῆς πῦρ ἐστιν. Ὡς γὰρ τὸ πῦρ ἀφανίζει πάντα καὶ αὐτή. Κόσμον δέ τινες ἐνταῦθα τὸ πλῆ γουσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ, « Ὁ κόσμος αὐ ἔγνω. » Κόσμος οὖν καὶ ἡ γλῶσσα, τοῦτ' ἔστι ἀδικίας.

VERS. 7, 8. « Omnis enim natura bestiarum et volucrum et serpentium et marinorum (35) domatur et domita est a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest : inquietum (36) malum, plena veneno mortifero. » Confirmatio hæc ad superius dicta referenda est. Cum enim dixisset et docuisset, quod per frenum et gubernaculum, etsi in sese parva, nihilominus, si recte adhibeantur, magna et præclara fiant, ac subjunxisset, ita et linguam oportere recta ratione moderari ; nunc allatis exemplis ostendit, se neutiquam impossibilia præcipere, perinde ac si diceret : Reponet fortasse quispiam : Tametsi lingua modicum membrum sit, cum tamen magna seu bona, seu mala operetur, nequaquam se regi patietur, ut volumus. At si bestias a natura sua alienas domat homo, multo magis membrum suum ab ipso domari posse, dicendum est. Quocirca illud : « Linguam autem nullus hominum domare potest, » non assertive, sed per interrogationem dictum esse, putandum est, ut iste sit sensus : Si homo ferocia animalia mansuefacit, ac tractabilia facit, cur linguam suam domare non poterit? Ita sane legendum. Si enim illud asserendo protulisset, haud videretur congrue ea postea usus adhortatione : « Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. » Si enim impossibile est, linguam ad rectam normam dirigere, perperam ad id hortaretur : qui enim impossibilia suadet, incassum suadet. Illud autem « Incoercibile malum » enuntiative dictum intelligendum est.

« Πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων καὶ ἑρπετῶν, πετεινῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ ἀνθρωπίνῃ. Τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται θρώπων δαμάσαι. Ἀκατάσχετον κακόν· μεστὴ θανατηφόρου. » Τὰ τῆς αἰτιολογίας ταύτης πρὸς ἄνω εἰρημένα ἀκουστέον. Εἰπὼν γὰρ καὶ διὰ τοῦ χαλινοῦ, διὰ τοῦ πηδαλίου, ἃ μικρὰ ἐστι, μεγάλα δὲ κατορθοῖ καλῶς κινούμενα, ἐπενέγκας, ὅτι οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα ὀφείλει μετασθαι τῷ ὀρθῷ λόγῳ, δείκνυσι διὰ τῶν παρόντων οὐκ ἀδύνατα προστάσσει διὰ τῶν ὑποκειμένων δειγμάτων. Ὥσπερ εἴ τις ἔλεγεν· Ἀλλ' ἐρεῖ τις, κἂν μικρὸν μέλος ἡ γλῶσσα, ἀλλ' οὖν μεγάλα ἐργαζομένη καλὰ καὶ κακὰ, οὐκ εὐπειθής ἐστι πρὸς βουλόμεθα. Οὐδὲν τοῦτο πρὸς ἀπολογίαν. Εἰ γὰρ ἀνοίκεια τῇ ἑαυτοῦ φύσει δαμάζει ὁ ἄνθρωπος θρία, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἑαυτοῦ μέλος. « Οὐδεὶς ἀνθρώπων δύναται δαμάσαι, » μὴ κατὰ ἀπόφασιν ἀναγνωστέον, ἀλλὰ κατ' ἐπαπόρησιν· ἵνα ᾖ οὕτως· Εἰ τὰ ἀτίθασσα [θηρία] ἄνθρωπος [τιθασσεύει καὶ χειροήθη ποιεῖ, ἆρα τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν οὐ μὴ δαμάσει; Οὕτως ἀναγνωστέον. Εἰ γὰρ κατὰ ἀπόφασιν, οὐκ ἂν δόξῃ καλῶς προῖων κεχρῆσθαι τῷ νῦν θετήματι· λέγω δὲ τῷ, « Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. » Εἰ γὰρ ἀδύνατον τὴν γλῶσσαν μετατρυθμίσαι, [ὁ] ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν [παραινῶν] οὐκ ἀσφαλῆ τὴν παραίνεσιν ποιεῖ, φήσειέν τις. Τὸ δὲ, « Ἀκατάσχετον κακόν· μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου, » κατὰ ἀπόφανσιν προσενεκτέον.

VERS. 9-12. « In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei,

« Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου,

[32] Joan. I, 10.

Bonifacii Finetti notæ.

(32) Græcus habet ὀλίγον, *modicus*.

(33) Vulgatus interpres vertit, *universitas*, ad sensum magis quam ad vocem respiciens.

(34) Cum hic proprio in loco exponatur quid sit *mundus iniquitatis*, profecto quæ ante v. 4 præcessit expositio ascititia esse debet.

ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίαν; ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; Οὕτως οὐδὲ μία πηγὴ ἁλικὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ δύναται. » Καὶ τοῦτο κατὰ ἐπαπόρησιν ἀκουστέον· ἐντρέποντος γάρ ἐστι τοὺς ἀκροατάς· ὡς καὶ τὸ ἑφεξῆς τὸ, « Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. » Εἰ γὰρ εὐλογεῖν πάντας κελευόμεθα « (Λοίδοροι γὰρ βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. ») ἆρα οὐκ αἰσχύνῃ τῷ αὐτῷ ὀργάνῳ χρῆσθαι ὑπουργῷ κακίας καὶ ἀγαθωσύνης; Οὐδεὶς τῶν σωφρονούντων τῷ αὐτῷ ὀργάνῳ βόρβορον διαταράξειε καὶ μύρον. Προσεύχῃ; Μὴ καταρῶ τοῦ ἐχθροῦ. Εὐχὴ γὰρ καὶ κατάρα πολὺ τὸ μέσον ἔχουσιν. Εἰ μὴ ἀφήσει [*f.* —σεις] τῷ λελυπηκότι, οὐδὲ ἀφεθήσεταί σοι· ἀλλὰ καταρώμενος σεαυτὸν ἀλώσῃ [ἡνίκα εὔχῃ ἀφεθῆναί σοι τὰ ὀφειλήματα, καθὼς ἂν καὶ αὐτῆς ἀφίῃς τοῖς σεαυτοῦ ὀφειλέταις].

« Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας. Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε, καὶ ἐριθείαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας. Οὐκ ἔστιν ἡ σοφία αὕτη ἄνωθεν κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαιμονιώδης. Ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. » Φίλαρχοι ὄντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ τῇ σοφίᾳ τοῦ κόσμου τούτου αὐχοῦντες, κατ' ἔριν καὶ ζῆλον τῶν ὀρθῶν διδασκάλων ἐκήρυττον, φθόνον πρὸς τούτους ἔχοντες, καὶ παραμιγνύντες τοῖς θείοις ἀνθρώπινα, ἵνα τῇ καινότητι τῶν λεγομένων ἐπισπῶνται τοὺς ἀκούοντας, ὅθεν καὶ αἱρέσεις ἐξῆλθον. Πληρώσας οὖν τὸν περὶ προπετείας λόγον καὶ ἀκρασίας γλώσσης, μέτεισι λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὸν ἐξ ὁμοίας ἐμπληξίας ἐγγινόμενον ἀνθρώποις φθόνον, καί φησι, ταύτας τὰς διδασκαλίας οὐ καθεστηκότων εἶναι, ἅτε μηδὲ ἐκ σοφίας οὔσας θείας, ἀλλὰ δαιμονιώδους. Ταῦτα δὲ εἶπε προεπαινέσας τὸν ἀγαθὸν διδάσκαλον. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ ζήλου ὄνομα ἐν μεσότητι ὁρᾶται χρηστῶν καὶ φαύλων (ἔστι γὰρ ζῆλος κίνησις ψυχῆς ἐνθουσιώδης ἐπί τι [μετά τινος ἀφομοιώσεως τοῦ πρὸς ὃ ἡ σπουδή ἐστι,)] διὰ τοῦτο τὸ, « πικρὸν. » ἐπήνεγκε, δεικνὺς τὸ πρός τί ὁ ζῆλος. Ἐριθεία δέ ἐστιν ἐπίψογος φιλονεικία· λέγεται δὲ καὶ καταλαλιὰ σὺν κακολογίᾳ.

« Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος. Καρπὸς δὲ δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς

A hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic nullus fons salsam et dulcem potest facere (37) aquam (38). » Et istud secundum interrogationem accipiendum est: verba enim sunt adhortantis auditores, sicut et quod sequitur: « Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. » Cum enim omnibus bene dicere] jubeatur (« Maledici enim regnum Dei non possidebunt [37] »), non erubescis eadem re ad malum, et ad bonum uti? Nemo prudens eodem instrumento cœnum et balsamum commiscet. Oras? Ne maledicas inimico: oratio enim et maledictio magno intervallo ab invicem distant. Si non dimiseris ei, qui te **339** contristavit, neque dimittetur tibi: quin maledicens alteri te ipsum perdes, cum scilicet oras, ut [38] dimittantur tibi debita tua, sicut et tu dimittis debitoribus tuis.

Vers. 13-16. « Quis sapiens et disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. » Homines ambitiosi, et mundana sapientia tumidi, contentionis et zeli, seu æmulationis œstro perciti, adversus bonos doctores prædicabant, iis invidentes, et divinis humana miscentes, ut doctrinæ novitate auditores ad se pellicerent ex quo etiam hæreses prodierunt. Cum igitur de petulantia et incontinentia linguæ sermonem absolvisset, transit ad eam quæ ex simili insania progignitur, invidiam; aitque hujusmodi doctrinas eorum non esse, qui mentis compotes sint, utpote quæ non sunt ex sapientia divina, sed diabolica. Hæc vero dicit, cum primum bonum doctorem commendasset. Quoniam vero zeli nomen ambiguum est, et in bonam malamque partem accipi potest (est enim zelus, motus quidam animæ incalescentis erga aliquid cum quadam assimilatione ad id erga quod est affectus), propterea addit « amaram, » declarans cujusmodi foret hic zelus. Contentio autem hoc loco est vituperabile vincendi studium. Dicitur vero etiam oblocutio cum maledictione.

Vers. 17, 18. « Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, non judicans, sine

[37] I Cor. vi, 10. [38] Matth. vi, 12.

Bonifacii Finetti notæ.

(35) Ita Græcus textus. At vulgatus interpres habet *cæterorum*; unde legisse credendus est, ἄλλων pro εὐαλίων, nisi ipse scripserit *cæterum* pro *cæterorum*; quod quidam autumant.

(36) Græce ἀκατάσχετον, *incoercibile*.

(37) Vulgatus interpres habet: *Sic neque salsa dulcem potest facere aquam*: adeoque legisse debet, οὕτως οὐδὲ ἁλικὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ· quam lectionem confirmant vetustissimi codices, præsertim Alexandrinus, et antiquæ versiones Syriaca, Æthiopica, etc.

(38) Scilicet, quod v. 9 dicitur.

simulatione. Fructus autem justitiæ in pace seminatur facientibus pacem. » Casta, hoc est pura et absque macula, nulli rei carnali adhærens. « Non judicans, » hoc est, non discernens observationes ciborum et variarum lotionum. Accurate autem de his disserit Paulus in Epistola ad Colossenses.

CAPUT IV.

VERS. 1. « Unde bella et lites in vobis? Nonne hinc? Ex voluptatibus (39) vestris, quæ militant in membris vestris. » Ostendit, quod etiamsi doctores sese esse pertendant, toti tamen carnales sint, et pessima operentur, voluptatibus sese tradentes; et alii quidem mensæ delicatioris (quos Paulus vituperans ait [29] : « Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri), » alii vero possessionis **340** agrorum sunt cupidi; alii splendidas domos ambiunt, et alii aliud quidpiam ex iis, quæ ipsis malignus suggerit spiritus, omnem conatum adhibens, ut æternam salutem ipsorum deprædetur.

VERS. 2. « Concupiscitis et non habetis : occiditis, et zelatis; et non potestis adipisci : litigatis, et belligeratis : et non habetis, propter quod non postulatis. » Per affirmationem et negationem hic procedit, affirmatione sublata propter absurditatem. Absurditas vero in eo posita est, quod ea quæ in affirmatione considerantur, sint incitamenta voluptatis. Concupiscentia enim in voluptatum consummatione desinit, et cædes, et zelus, et pugna, et bellum non sunt bona : et ideo neque ea quorum gratia ista exercent, assequuntur. Sciendum vero, quod non de carnali cæde bellove hic loquatur; id enim absonum foret vel de latronibus intelligere, nedum de iis, qui aliquo tenus saltem fideles et ad Deum conversi sunt. Ut igitur mihi quidem videtur, occidere dicit eos, qui propriam animam occidunt temerariis iis conatibus, quibus etiam adversus pietatem bellum gerunt. Scilicet quemadmodum postea « adulteros et adulteras » dicit, non qui reipsa tales sunt, sed qui in divina mandata spuriarum opinionum introductione fornicantur : (nemo enim, tametsi suibus fœculentior esset, adulterum ferat doctorem) sic et cædes et bella, non corporalia, sed spiritualia intelligit.

VERS. 3. « Petitis, et non accipitis; eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis. » Talis erat Pharisæus in Lucæ Evangelio memoratus : qui quanto plura bona opera a se patrata recensebat, tanto magis divinum obstruebat auditum; sicque verborum tumor vacuus per labia diffluebat, et in spumam velut æstuantis maris fluctus dissolvebatur. At inquiet quispiam : Si Domini Jesu Christi, qui fallere non potest, vera est illa promissio [30] : « Omnis qui petit accipit » ; quomodo nunc Apostolus iste talia fatur? Respondemus : Quicun-

ποιοῦσιν εἰρήνην. » Καθαρὰ καὶ ἀρύπαρος, μὴ τῶν σαρκικῶν ἀντεχομένη. « Ἀδιάκριτος, » μὴ κρίνουσα παρατηρήσεις βρωμάτων καὶ διαβαπτισμῶν. Ἀκριβῶς δὲ περὶ τούτων ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς διαλέγεται Παῦλος.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Πόθεν πόλεμοι, καὶ πόθεν μάχαι ἐν ὑμῖν; ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; » Δείκνυσιν, ὡς κἂν ὑποκρίνωνται λόγον διδασκαλικὸν, ὅμως ὅλοι σαρκικοί εἰσι [καὶ τὰ χαλεπώτατα πράττουσιν,] ἡδοναῖς ἐκπορριζόμενοι· οἱ μὲν, ἀβροτέρας τραπέζης [ὁ Παῦλος καταγινώσκων φησίν· « Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ· οἱ δὲ, κτήσεως ἀγρῶν ὀρεγόμενοι· ἕτεροι, λαμπρῶν οἰκιῶν· ἄλλος ἄλλο τι περὶ ἃ ὁ πονηρὸς ὑποβάλλει αὐτοῖς· ἀποσυλᾷν αὐτοὺς [μηχανώμενος] τῆς ἀληθείας αὐτῶν.

« Ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν· μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε, διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς. Κατὰ θέσιν καὶ ἄρσιν πρόεισι, τῆς θέσεως ἀναιρουμένης διὰ τὸ ἄτοπον. [Τὸ δὲ ἄτοπον, διὰ τὸ τῶν ὑπεκκαύματα μέλλειν ἔσεσθαι τὰ ἐπὶ τῇ θέσει θεωρούμενα.] Ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἐν ἡδονῶν ἐπιτάσει ἀποτελευτᾷ. Ὁ τε φόνος, καὶ ζῆλος, καὶ ἡ μάχη, καὶ ὁ πόλεμος, οὐκ ἀγαθά· διόπερ οὐδὲ τυγχάνουσι τούτων, ὧν ἕνεκα ταῦτα ἐπιτηδεύουσιν. Ἰστέον δὲ ὅτι φόνον ἐνταῦθα, καὶ πόλεμον, οὐ τὸν σαρκικὸν φησι. Τοῦτο γὰρ βαρὺ καὶ κατὰ ληστῶν ἐννοεῖν, μή τι γε κατὰ [ποσῶς] πιστῶν [καὶ τῷ Κυρίῳ προσεργομένων]. Ἀλλ' ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, φονεύειν φησὶ, τοὺς τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἀποκτιννύντας ταῖς τοιαύταις ἐπιχειρήσεσι, δι' ἃς καὶ ὁ πρὸς τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς πόλεμος. Καὶ ὥσπερ προεῖπον « μοιχοὺς καὶ μοιχαλίδα; » εἶπεν, οὐ πάντως τοιούτους αὐτοὺς ὄντας, ἀλλ' ὡς εἰς τὰ θεῖα προστάγματα ἐκπορνεύοντας διὰ τῆς τῶν νόθων εἰσηγήσεως· οὐκ ἂν γὰρ τὸν πόρνου ἀνάσχοιτο διδασκάλου [κἂν χοίρων ᾖ βορβορωδέστερος]· οὕτω καὶ φόνους καὶ πολέμους, τοὺς σωματικοὺς, ἀλλὰ τοὺς ψυχικοὺς λέγει.

« Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε. » Ὡς ὁ Φαρισαῖος ὁ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ. Ὅσῳ γὰρ πολλὰ κατέλεγε τῶν ἑαυτοῦ κατορθωμάτων, τοσούτῳ πλέον ἀπέβυε τὴν θείαν ἀκοὴν, καὶ ὁ τῶν ῥημάτων ὄγκος κενὸς περὶ τὰ χείλη ἦν, καὶ εἰς ἀφρὸν [κατ]έῤῥει, καὶ διελύετο καθάπερ παφλάζοντος κύματος]. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Εἰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐπαγγελία ἀληθὴς τοῦ ἀψευδοῦς διδασκάλου, τὸ, « Πᾶς ὁ αἰτῶν λάμβανει, » πῶς νῦν ταῦτά φησιν ὁ παρὼν Ἀπόστολος; Ἀλλά φαμεν, ὡς ὁ ὁδῷ τῇ ἀκολούθῳ

[29] Rom. xvi, 18. [30] Matth. vii, 5.

Bonifacii Finetti notæ.

(39) Vulgata habet, *ex concupiscentiis*.

χωρῶν ἐπὶ τὸ αἰτεῖν, ἔχει καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἀκεραίαν, μηδενὸς ἀστοχῶν τῶν αἰτουμένων. Εἰ δέ τις ἔξω χωρήσας τοῦ σκοποῦ τῆς παραδοθείσης αἰτήσεως δόξει αἰτεῖν, οὐχὶ αἰτῶν ὃν δεῖ τρόπον, οὗτος οὐδὲ αἰτεῖ· διὸ καὶ οὐδὲ λήψεται. Ὡς γὰρ διδασκάλου, φέρε, γραμματικοῦ ἐπαγγελλομένου πάντα τὸν προσιόντα αὐτῷ διδάξαι τὴν τῶν γραμματικῶν ἐπιστήμην, αὐτὸς δὲ ἐκμελῶς προσέλθῃ, καὶ μὴ συντείνας ἑαυτὸν ὁ μαθητιῶν πρὸς τὴν τῶν ἐπηγγελμένων ἀνάληψιν, εἶτα ὅμοιος ἀποφανθείη τῇ ἐκμελείᾳ, ἆρά γε δικαίως ἂν τις ψεύδους αὐτὸν γράψεται τὸν διδάσκαλον; Οὐ σῶφρον οὗτος ποιῶν. Οὐ γὰρ προσῆλθεν ὁ μέλλων μανθάνειν ὡς ὁ διδάσκαλος προετρέψατο. Καὶ πῶς δὲ, ἤ τί ἐχρῆν αἰτεῖν; εἴποι τις ἄν. Αὐτοῦ τοῦ τὴν ἐπαγγελίαν ποιησαμένου ἐπάκουσον· « Αἰτεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. » Δῆλον οὖν ὡς ὅ γε οὕτως αἰτῶν, καὶ προηγουμένως περὶ τοιούτων, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀστοχήσει· ὧν ὁ λαμβάνων οὐκ ἔξω πεσεῖται τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Ὁ δὲ ἐπιβλαβῶς καὶ ἐπιζημίως αἰτῶν, οὐχ ἕξει παρέχοντα τοῦτον, παρ' οὗ « πᾶσα δόσις ἀγαθή. » Ἀλλὰ καὶ γνῶσιν [θείαν] αἰτῶν, καὶ μὴ λαμβάνων, ἤ τι πνευματικὸν χάρισμα διὰ φιληδονίαν αἰτῶν, οὐ λήψεται. Κακῶς γὰρ αἰτεῖ [καὶ κακὸν ἐπ' ἀπωλείᾳ ἑαυτοῦ]· καὶ Θεὸς κακῶν πάροχος οὐκ ἔστιν.

